UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiae Moralis Sacramentalis Ad Instructionem Ordinandorum & Curandorum Ex Materia De Sacramentis In Genere Et Ordinis Eucharistiae, Poenitentiae, Ac Matrimonii In Specie

De Matrimonij Sacramento, & omnibus Peccatis contra VI. præceptum, ac de Abortu

Sporer, Patritius

Salisburgi, 1711

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55333

Visual Library



THEOLOGIÆ MORALIS SACRAMENTALIS

Ad Instructionem

Curandorum seu Confessariorum

PARS IV.

De Matrimonij Sacramento, & omnibus Peccatis contra VI. præceptum, ac de Abortu.

AUTHORE

P.F. PATRITIO SPORER,

Passavienſi, Ord. FF. Min. Recollect. Prov. Argent. SS. Theol. Lectore Jubilato.

EDITIO IV.

Post Propositiones damnatas ab ALEX. VII. INNOCENTIO XI. & Alexandro VIII.

Ex permissu Superiorum, & cum Privilegio Sac. Cæs. Majest.



M. D. CC. XI.

SALISBURGI,

Sumpt. & Typ. JOANNIS JOSEPHI MAYR, Aulico-Academici Typogr. & Bibliopolæ.

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

CUm S. Cæsareæ Majestatis Privilegio cautum sit omnibus & singulis Typographis, & Bibliopolis, ne libros à nostri Ordinis Patribus editos vel imposterùm edendos imprimant, recudant, aut alibi recusos intra S. R. Imperij, Regnorumque ac ditionum hæreditariarum Domûs *Austriacæ* fines adducant, vendant, vel distrahant absque assensu & facultate dictorum Patrum sub gravissima mulcta &c. Hinc Ego F. WOLFFGANGUS ZECH totius Ord. Seraphici Diffinitor Generalis, ac p. t. FF. Min. Recoll. Prov. *Argent.* VICARIUS PROVINCIALIS, JOANNI BAPTISTÆ MAYR, Typographo *Aulico* & *Academico* Salisburgi in impressione THEOLOGIÆ MORALIS SACRAMENTALIS à M. V. P. PATRITIO SPORER, ejusdem Provinciæ Lectore Jubilato ac Diffinitore actuali, compositæ, per præsentes facultatem concedo utendi dictô Privilegiô. In quorum fidem has meâ manu subscriptas & Officii Sigillô munitas dedi in Conventu nostro Passavienſi, Die 21. Novemb. *Anno* 1681.

(L.S.)

P. WOLFFGANGUS,
qui suprà.

Universitätsbibliothek Paderborn
20
89/138683
06
ISP
1300(9)-4

Renovatio Facultatum, & Privilegii Cæsarei, pro omnibus Editionibus in quacunque formâ.

CUm JOANNES JOSEPHUS MAYR, Typographus, & Bibliopola *Aulico-Academicus* Salisburgensis, pro plurimorum Exspectatione, cogitet Opera Patritiana, seu Theologiam Moralem, tàm Sacramentalem, quàm Decalogalem, Mult. Ven. P. PATRITII SPORER, Provinciæ Nostræ, olim SS. Theologiæ Lectoris Jubilati, reimprimere, & desuper meam expetierit Licentiam, hisce eandem renovo, & libenter impertior Facultatem, eandem Opera, in placità formâ reimprimendi ad multorum solatium, & animarum Curatoribus in Subsidium; Dabam in Conventu Nostro Egrano, Die 2. Decembris, 1710. sub Ordinario Sigillo Minori.

(L. S.)

Ita confirmo

Fr. MARCELLINUS WEDEL,
Provinciæ *Argentinæ*, seu Superioris Germaniæ Fratrum Minorum Recollectorum Minister Provincialis.

Facultas Plurimùm Reverendi P. Diffinitoris Generalis at p. t. Vicarij Provincialis.

EGO F. WOLFGANGUS ZECH, totius Ord. Seraphici Diffinitor Generalis, ac p. t. FF. Min. Recoll. Provinciæ *Argent.* Vicarius Provincialis, hisce facultatem, quantum in me est, concedo, ut PARS IV. THEOLOGIÆ MORALIS SACRAMENTALIS à M. V. P. F. PATRITIO SPORER. SS. Theologiæ Lectore Jubilato ac Provinciæ nostræ Diffinitore conscripta, ac à Theologis ad id depuratis lecta ac censa, prelo dari possit. In cujus fidem has Officij mei Sigillô munitas dedi in Conventu nostro Passaviensi die 21. Novemb. *Anno* 1681.

(L.S.)

P. WOLFGANGUS,
qui suprà.

Approbationes Theologorum Ordinis.

I.

TAndem & hæc QUARTA PARS THEOLOGIÆ MORALIS SACRAMENTALIS de MATRIMONIO una cum *Appendice de Abortu* M. V. P. ac Venerabilis Senis P. PATRITII SPORER, Ord. Fratr. Min. Recoll. *Almæ Alemaniæ* seu *Argentinensis* Provinciæ tertiò Definitotis *Actualis* & SS. Theologiæ Lectoris Jubilati, quum sactæ Fidei Orthodoxæ & bonis moribus in nullo contradicat, at verò doctrinam practicam Christianæ Reipublicæ apprimis utilem ac necessariam contineat, ut omnibus prosit, lucem publicam jure meretur. Ita censeo in Conventu nostro Salisburgensi, die 29. Maij. *Anno* Dominicæ Incarnationis M. DC. LXXXII.

(L. S.)

F. PETRUS de ALCANTARA STAUDACH, ejusdem Voti ac Conventûs Franciscanus, ac p. t. SS. Theologiæ Lector Ordinarius.

II.

ETiam QUARTA PARS THEOLOGIÆ MORALIS SACRAMENTALIS, in specie de SACRAMENTO MATRIMONII, aliisque Materiis huc facientibus, unà cum appendice Tractau de ABORTU, à M. V. P. F. PATRITIO SPORER Ord. Min. Recollect. Prov. Argent, Diffinitore Actuali, SS. Theologiæ Lectore Jubilato collecta & digesta, quia bonis Moribus & S. Fidei non adversatur, Materiam usque adeò practicam (at plerúmque incautè) ideo malè, cautissimè & optimè pertractatam continet, atque Curatis omnibus in & extra Confessionale plurimum deservit, hinc meritò typis mandari potest. Ita censeo ex nostro Conventu Salisb 30. Maij, *Anno* 1682.

(L. S.)

F. RODERICUS SCHNABL ejusdem Ord. & Provin. in Conventu Salisb. SS. Theol. Lector. Ordinarius.

TAndem etiam hanc Quartam Partem THEOLOGIÆ MORALIS SACRAMENTALIS â M. V. P. PATRITIO SPORER Ord. FF. Min. Recoll. Almæ noſtræ Provinciæ *Argent.* SS. Theol. Lectore Jubilato laborioſè, doctè, & ſolide conſcriptam, pro prima editione quidem jam cenſam, pluribus tamen mendis conſperſam, denuò pro ſecunda impreſſione pluries attentè legi & relegi, ac errata pro poſſe, conformiter ad priores Partes accuratè correxi. Quæ cùm Sacræ Fidei, & bonis moribus nil contrarium contineat, ſed ubique Materias, Quæſtiones, & Difficultates in cauſis & caſibus Matrimonialibus ac aliis annexis aliàs difficiles & perplexas, omnibus in Judiciis Eccleſiaſticis verſantibus, Parochis, & Confeſſariis ſcitu ſummè neceſſarias, mirâ doctrinæ claritate & ſoliditatè reſolutas exhibeat, eam meritò itetùm omnibus pro facillimo uſu in his fermè quotidiano plurimùm commendo. Ex Conventu noſtro Salisb. 10. Decemb. Anno 1689.

F. DEMETRIUS WIDMAN,
ejusdem Ordinis & Provinciæ in præfato Conventu SS. Theologiæ Lector Ordinarius.

Facultas Reverendiſſimi Metropolitici Conſiſtorij Salisburgenſis &c.

EX Mandato Reverendiſſimi Metropolitici Conſiſtorii Salisburgenſis, legi Tractatum IV. Partis M. V. P. PATRITII SPORER Paſſavienſis Ord. FF. Min. Recollect. Provinc. Argent. SS. Theol. Lectoris Jubilati &c. Intitulatum THEOLOGIA SACRAMENTALIS MORALIS de MATRIMONIO, unà cum APPENDICE de ABORTU; & quia nihil abortivum contra bonos mores, nec Spurium contra Orthodoxam fidem in eo deprehendi; ideò in lucem publicam prodeat.

JOANNES JULIUS de MOLL,
Provincialis Auſtriacus, Celſiſſ. & Reverendiſſ. Principis & *Archi*-Epiſcopi Salisb. S. Sedis *Apoſtol.* Legati &c. Conſiliarius Conſiſtorialis, & B. M. V. ad Nives Canonicus.

SERIES
Capitum & Sectionum, seu Materiarum.

CAPUT I.

DE Matrimonio, & sponsalibus. p. 2.

SECTIO I.

De Impedimentis Matrimonij, & Personis inhabilibus. 4.

Classis I. Impedimentorum. *Consensus insufficiens.* Error. Conditio. Metus. Raptus Clandestinitas. 7

Classis II. Impedimentorum. *Libertas obligata alteri.* Votum. Ordo Ligamen. Honestas. 40

Classis III. Impedimentorum. *Nimia conjunctio.* Consanguinitas. Affinitas. Cognatio. Crimen. 69

Classis IV. Impedimentorum. *Nimia distantia.* Cultûs disparitas. Impotentia. 120

SECTIO II.

De Matrimonij Promissione, seu Sponsalibus, ac Consensu de futuro. 153

SUBSECTIO.

De Causis justis dissolvendi Sponsalia. 216

SECTIO III.

De Matrimonio Legitimo, ut Contractus est, ac Consensu de præsenti. 265

SUBSECTIO.

De Consensu conditionato. 295.

SE-

SECTIO IV.
De Matrimonio Rato, ut Sacramentum est, ejúsque Solemnitate, & Indissolubilitate. 318.
SUBSECTIO.
De Indissolubilitate, & Dissolubilitate Matrimonij.
CAPUT II. 361
De Obligatione & Peccatis Sponsorum, & Conjugum. 388
SECTIO I.
De Peccatis Sponsorum. 388.
SECTIO. II.
De Peccatis Conjugum in contractu Matrimonij, ejúsque invalidi revalidatione. 402
SECTIO III.
De Peccatis Conjugum in usu Matrimonij, & debito conjugali. 447
SUBSECTIO.
De Obligatione debiti conjugalis. 492
SECTIO IV.
Peccata Conjugum contra Matrimonium, nimirum de adulterio & restitutione inde debita. 510.
SUBSECTIO.
De Restitutione ex adulterio debita. 521
CAPUT III.
De Reliquis Peccatis contra VI. Præceptum. 564
SECTIO I.
De Fornicatione simplici. 564
SECTIO II.
De Stupro, & Raptu. 580
SECTIO III.
De Incestu. 603

SECTIO IV.
De Sacrilegio Carnali. 613
SECTIO V.
De Peccatis contra naturam. 624
SECTIO VI.
De Impudicitia interna & externa, *cordis, oris, aſpectûs, & tactûs.* 667
CAPUT IV.
De Abortûs procurati malitia & pœnis. 695
SECTIO I.
Abortus fœtûs inanimati. 700
SECTIO II.
Abortus fœtûs animati directè cauſatus. 710
SECTIO III.
Abortus idem moraliter cauſatus. 728
SECTIO IV.
Abortus idem cauſaliter, vel dubiè cauſatus. 746



THEOLOGIÆ MORALIS SACRAMENTALIS.

PARS IV.

DE MATRIMONIO ET ANNEXIS.

QUarta hæc & ultima Theologiæ Sacramentalis Pars, quia in multis lubrica & castis mentibus verecunda, ut securiùs percurratur, sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis, ac Patrocinio Castissimorum Sponsorum & Conjugum MARIÆ & JOSEPHI, tribus tantùm partibus distincta absolvetur. Caput *Primum*, de Matrimonio secundùm se. *Secundum*, de Peccatis Sponsorum & Conjugum. *Tertium*, de reliqua materia sexti Præcepti. *Quartũ* de Abortu. Ergò in Nomine Sanctissimæ Trinitatis, ac JESU, MARIÆ, JOSEPHI, incipiat.

CAPUT I.
DE MATRIMONIO ET SPONSALIBUS.

1 MAtrimonium dictum, quasi *matris munium* seu *matris munus*, ut inquit D. Augustin. l. 19. contra Faustum, *Matrimonium ex hoc appellatum est, quòd non ob aliud debeat famina nubere, quam ut mater fiat.* Definitur in jure: *maris & fœminæ conjunctio individuam vitæ societatem retinens.* Ubi matrimonium quoad vinculum potissimum explicatur. Adæquatè verò tam contractum quam vinculum complectendo definit bene noster Marchant. *tom. 3.* Tribunal. seu Speculi. part. 3. quæst. 1. *Matrimonium est individua conjunctio maris & fœminæ legitimo contractu firmata ad generandam prolem, à Deo Auctore naturæ instituta, & Sacramento Novæ Legis signo & bono à Christo Salvatore elevata ad Christianè generandam prolem.* Patebit distinctius *Sect. 3.*

2 Triplex distinguitur matrimonium: *Legitimum, ratum, & consummatum.* Matrimonium *legitimum* dicitur, quatenus continet contractum legitimum inter personas non impeditas con-

constitutum, qualis fuit ante Christum inter infideles, fortè etiam inter hæreticos. *Ratum* Matrimonium dicitur, quatenùs legitimo illi contractui addit rationem Sacramenti, quo majorem firmitatem & stabilitatem indissolubilem acquirit. Ut Innocent. III. *c. Quanto de divort.* ait: *Etsi matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum; quia scilicet potest dissolvi; inter fideles autem verum & ratum existit; quia Sacramentũ fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur.* Matrimonium *consummatum* dicitur, quatenùs accedente reali corporis usu, seu carnis copula ultimò perficitur & completur; Sicut enim emptio & venditio consensu exteriùs significato, hinc mercem, illinc pretium tradenti essentialiter constituitur, tamen reali traditione consummatur; ita matrimonium essentialiter constituitur mutuo consensu Sponsorum ad tradendum invicem corpora exterius significato, nuptias enim non concubitus, sed consensus facit; sive ut habetur *c. omnis res*, 27. *q.* 2. *Matrimonium non facit coitus sed voluntas*, ex S. Chrysostomo, id est, Auctore *operis imperfecti hom.* 32. in Matth. ipsa tamen actuali traditione corporis, & copulatione carnis completur & velut consummatur, ut uterque jus plenum possideat, idque non tantùm in ratione contractûs legitimi, sed etiam in ratione Sacramenti, ut idcircò majorem & quasi ultimam ex Divina institutione stabilitatem acquirat. Differunt ergo

dicta matrimonia inprimis firmitate; Legitimum enim solvi potest favore fidei, cùm alter conjux ad fidem convertitur: Ratum solvitur favore Religionis per solemnem professionem: Consummatum quoad vinculum nunquam. Differunt item mysterio seu significatione mystica; nam ex *c. debitum de bigamia*, & *Decret. ultimo Concilii Trident.* colligitur triplex significatio Matrimonii. Nam quatenus est legitimus contractus significat conjunctionem DEI cum anima fideli per gratiam: Quatenus est Sacramentum & Matrimonium ratum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia per Baptismum: Quatenùs est Sacramentum & Matrimonium consummatum, significat conjunctionem VERBI Divini cum natura humana per unionem hypostaticam, quæ omni ex parte insolubilis est, perinde ac Matrimonium.

Jam capitis hujus quatuor erunt Sectiones. *Prima*, de Matrimonii impedimentis ac personis inhabilibus. *Secunda*, de Matrimonii promissione seu sponsalibus & consensu de futuro. *Tertia*, de Matrimonio legitimo ut contractus est seu consensus de præsenti. *Quarta*, de Matrimonio rato ut Sacramentum est; nam de consummato ferè per totum.

SECTIO I.

De *Matrimonii Impedimentis, & Personis inhabilibus.*

Impe-

IMpedimentum matrimonii dicitur omne id, 3
quod obstat, ne matrimoniũ inter aliquas personas contrahi possit, aut validè, aut saltem licitè. Unde duplicis generis sunt impedimenta matrimonii: *Dirimentia*, & *impedientia tantùm*. Impedimentum impediens dicitur, quòd solùm impedit, ne licitè contrahatur matrimonium, ipsum tamen contractum non irritat. Breviter: Quod illicitum tantùm non item invalidũ, nullúmque reddit contractum, uti est v. g. votum simplex castitatis, sponsalia prius cum alia contracta, &c. de his seorsim infra in Sublectione. Impedimentum dirimens seu irritans matrimonium dicitur, quod obstat, ut neque validè contrahi possit matrimonium, seu ipsum matrimonium non tantùm illicitum, sed etiam invalidum ac nullum reddit, uti est votum solemne castitatis, matrimonium aliud cum alia adhuc vivente contractum &c. Et hujusmodi dirimentia impedimenta jure antiquo duodecim vel potius quatuordecim; modò verò jure novo Concil. Trident. duobus adjectis universim sunt sedecim, his versibus comprehensa,

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultûs disparitas, vis, Ordo, ligamen, honestas,
Si sit affinis, si forte coire nequibis.
Si Parochi & duplicis desint præsentia testis.
Raptáve sit mulier, nec parti reddita tutæ.
Hæc facienda vetant connubia, facta retractant.

Hoc est: Matrimonium cum aliquo ex dictis impedimentis factum retractatur, atque omnino irritum est ac nullum, ac si factum non fuisset. Horum impedimentorum aliqua inducta sunt jure naturæ, ideóque indispensabilia sunt, atque etiam in matrimoniis infidelium locum habent; & certò sunt quatuor: *Error in persona: impotentia perpetua; consanguinitas primi gradus saltem lineæ rectæ: & ligamen seu ligatum esse actuali alio matrimonio.* Cætera sunt de jure Ecclesiastico, ideóque dispensabilia, neque in matrimoniis infidelium locum habent, ut suis quæque locis notabimus.

Hæc autem impedimenta memoriæ juvandæ causâ, recto ordine in quatuor classes dividemus: Prima Classis: *Consensus insufficiens*, continet quinque impedimenta: *error, conditio, vis, raptus*, & *clandestinitas*. Secunda: *Libertas obligata alteri*, continet quatuor impedimenta: *Votum* & *Sacer Ordo*, quibus libertas obligatur Deo, *Ligamen* & *publica honestas*, quibus libertas obligata est alteri homini. Tertia: *nimia conjunctio*, continet quinque impedimenta: *triplex cognatio, carnalis, spiritualis & legalis, affinitas*, & *scelestis conjunctio criminis*. Quarta, *nimia distantia*, continet *cultûs disparitatem*, & *impotentiam*, sub qua comprehenditut *impedimentum ætatis*.

CLAS-

CLASSIS I.

Impedimentorum.

CONSENSUS INSUFFICIENS

SUMMARIUM.

4. *Error circa personam jure naturæ irritat matrimonium.*
5. *Non tamen error circa qualitates personæ.*
6. *Nisi talis qualitas sit per se intenta actu, vel virtute.*
7. *Aut nisi error circa qualitatem redundet in ipsam personam.*
9. *Etiam conditio servilis ignorata dirimit matrimonium.*
11. *Secùs, si hæc conditio à libero contrahente sciatur.*
13. *Metus gravis injustè incussus ad extorquendum consensum matrimonii, irritat illud, probabiliter jure naturæ.*
14. *Certissimò irritat metus gravis absolutè.*
15. *Ac etiam gravis respectivè.*
16. *Non tamen metus simpliciter levis, vel mere reverentialis.*
17. *Nisi quandoque per accidens.*
18. *Ut autem metus gravis irritet, debet esse injustus, seu injustè incussus.*
19. *Per se directè ad extorquendum ipsum Matrimonii consensum.*
20. *In dubio, an metus fuerit injustè incussus, præsumendum est pro valore.*
21. *Talem metum incutiens peccat mortaliter: alter verò tantùm venialiter, si solùm fictè consentiat.*
22. *Imò nec venialiter, si solùm consentiat in ipsum matrimonium sine animo consummandi.*
23. *Moraliter verò, si ex tali metu contrahat cum intentione consummandi, sciens tale matrimonium esse nullum?*
24. *Et exercendo actus carnales mere fornicantur, nec per illos matrimonium tale ratificatur sine novo consensu.*

25. *Qualiter peccat, qui ex tali metu contrahit irrititus insuper alio impedimento dirimente?*
26. *Raptus generatim quid? ejus pœnæ.*
27. *Ad raptum proprie dictum, requiritur violentia.*
28. *Illata ipsi puellæ (non parenti, vel tutori)*
29. *Idque in ordine ad matrimonium.*
30. *Non est impedimentum si puella rapiat virum.*
31. *Rapiens puellam non pro se, sed pro alio, incurrit pœnas, non tamen impedimentum.*
32. *Matrimonium clandestinum sine Parocho & testibus nullum est ex Decreto Tridentini.*
33. *Quod obligat solùm in locis Catholicorum, ubi promulgatum est.*
34. *Quid de locis, ubi Catholici permixti sunt cum hæreticis?*
35. *An, si sponsi in sponsalium contractu præsente Parocho & testibus utuntur verbis de præsenti, sit matrimonium ratum?*

§. I.

ERROR.

REGULA. *Error circa ipsam personam matrimonium omni, etiam naturali jure dirimit: non item error circa qualitatem, nisi talis qualitas esset per se actu vel virtute intenta à contrahente, aut error circa qualitatem redundaret in ipsam personam.* Certa apud omnes, & patebit explicando.

I. Error circa personam jure naturæ irritat matrimonium. Certum apud omnes. Sanchez *l. 7. disputat.* 18. Layman. *l. 5. tract.* 10. *part.* 4. *c.* 5. Ratio est; quia error simpliciter tollens voluntarium versans circa substantiam vel substantiale contractûs, omnem contractum irritat,

ut

ut patet in venditione & emptione, si cui pro auro vendatur auricalcum, &c. atqui contractûs matrimonii primum & substantiale objectum est ipsa persona, cum qua contrahendum; hanc enim principaliter respicit contrahens: ergo error circa personam ipso jure naturæ irritat matrimonium: neque interest, sive sit error antecedens & dans causam contractui, qui si sciviſſes non contraxiſſes; sive sit error concomitans & incidens tantùm, & non dans causam contractui utpotè, quia ita animo affectus fuisti, ut, etsi non ignoraſſes, hanc esse aliam personam, tamen illam duxiſſes; quia uterque error aufert actuale voluntarium & consensum, cum nihil possit esse volitum, nisi cognitum: Et tamen differunt in hoc, quòd error antecedens reddant involuntarium positivè, error verò concomitans reddat solùm involuntarium negativè, seu non voluntarium, quod ipsum sufficit, ac tollit consensum in talem personam.

Quòd si tamen quis ita intenderet actualiter contrahere cum præsenti muliere, quæcunque illa sit, validum erit matrimonium, quia tunc nullus error.

Dices: Nónne Sacramentum, Baptismus v. g. est validus, si quis baptizaret hunc, putans esse alium, aut fœmellam putans esse masculum? R. Ita; quia baptizans dirigit actionem & intentionem suam in hunc præsentem, quicunque tandem sit, prout in simili modò etiam de matrimonio concessimus, contrahens autem matri-

monium ordinariè ſuum conſenſum dirigit in determinatam perſonam hanc, v.g. Mariam. Cæterùm, ſi baptizans diceret: volo baptizare hunc, ſi eſt maſculus, certè non baptizaret, ſi eſſet fœmella; quia ſua intentio non extenderetur ad illam; nimis tamen imprudenter & ſtolidè ſic intenderet. Contra: nonne Jacob *Gen.* 29. deceptus pro Rachele Lyam acceptam deinceps pro legitima uxore habuit? R. Ita; quia poſtea detecto errore perſonæ matrimonium ratificavit, tum amore potiundæ etiam Rachelis, tum compaſſus Lyæ jam defloratæ per ignorantiam ex parte ſua invincibilem, ex dolo ſoceri Laban ſupponentis ei pro Rachele Lyam.

§ II. Error circa qualitates perſonæ etiam antecedens & cauſa operis, etiam ex dolo alterius contrahentis proveniens regulariter non irritat matrimonium. Communiſſima DD. apud citat. & colligitur *ex c. cùm in Apoſtolica de Sponſal.* Ratio eſt; quia ad valorem contractus matrimonii ſatis eſt, ſi conſenſus ſit circa ſubſtantiam corporis, quæ mutuò datur: quidquid ergò eſt extra ſubſtantiam corporum, accidentale eſt, nec poteſt invalidum reddere matrimonium; etenim matrimonium ſubſtantialiter ſubſiſtens non poteſt infirmari, niſi in caſibus à Jure vel Eccleſia permiſſis vel decretis; matrimonium autem ſubſtantialiter conſiſtit in conſenſu voluntario perſonæ cum perſona tali in individuo certò cognita ad traditionem mutuam corporum in uſum generationis: ergo non infirmatur ob errorem

circa

circa qualitates accidentales personæ, cùm nullus Canon Ecclesiasticus existat, qui id infirmet quoad tales qualitates, sicut existit de qualitate conditionis servilis. Validum ergò erit matrimonium, si quis ducat Cajam putans vel falsò asserenti credens esse nobilem, virginem, &c. cùm tamen sit plebea, corrupta, inops, &c. nisi una ex dictis duabus exceptionibus accedat. Eadem ratione valida est professio Religionis, quamvis ejus qualitates, asperitates, victus, fratrum mores, rigor Prælatorum, &c. antea non advertantur. Sed en tibi jam duas exceptiones.

III. *Nisi talis qualitas esset per se actu vel virtute intenta à contrahente*: ut si quis actu & expressè intendat, non accipere uxorem, hanc v. g. mulierem, nisi sit nobilis, virgo, &c. aut dicat: si es nobilis, duco te, aliàs nolo; tunc enim non subsistente tali qualitate, omnium consensu matrimonium nullum erit; quia tunc qualitas illa sit pars objecti principalis per se intenti, estque consensus matrimonii conditionatus si est talis, volo: atqui consensus conditionatus de præsenti, conditione non subsistente, nullus est, ut omnes norunt: ergo &c. 6

Dixi *actu* vel *virtute*; eadem enim est ratio, quando talis qualitas & conditio, etsi non actu in ipso contractu habeatur, tamen antea habita & non revocata in ipso contractu virtualiter perseveret, ut si antea declarâsti, te nolle ducere Cajam, nisi virgo v. g. sit, & hoc animo non revocato, & neque actu cogitans de hac mea voluntate

te, contraho cum Caja putans esse virginem, cùm talis tamen non sit, adhuc invalidum erit matrimonium; quia illa prior intentio cùm non sit revocata, & adhuc virtualiter duret, æquivalet intentioni & conditioni actuali, ut in simili omnes docent de intentione virtuali sufficiente ad confectionem Sacramentorum. Meritò ergò Basilius Pontius *l. 4. de matrimon. c. 21. n. 13.* testatur nullum fuisse declaratum matrimonium cujusdam fœminæ, quæ sæpè seriò dixerat se potiùs quidvis passuram, aut mortem sibi illaturam, quàm cum certo quodam viro inire matrimonium, si is esset ex Judæorum grogenie, & post initum contractum ex Judæis inventus est; quia ex circumstantiis clare apparuit, illam intentionem virtualiter permansisse. Cæterùm consentiunt DD. ad irritandum matrimoninm non sufficere solam intentionem, vel dispensionem habitualem non contrahendi cum tali qualitate personæ, cùm quis nimirum de facto simpliciter contrahit cum tali persona v. g. non nobili, paupere non virgine, &c. solùm animo ita dispositus est: ut si sciviſſet vel advertisset ad hanc vel illam qualitatem, non contraxisset. Quia in contractu non attenditur ad id, quod fecisses vel voluisses in aliis circumstantiis, sed ad id, quod re ipsa de facto fecisti, & voluisti circa substantiam contractûs: absolutè enim consensum præbuisti, nec adfuit ulla conditio, sed solùm adfuisset, quod nihil operatur. Denique si talis dispositio habitualis sufficeret, vix ullum esset in mundo matrimonium validum. Sequitur altera exceptio.

IV. Aut, *nisi error circa qualitatem redundet in ipsam personam.* Quando nimirum persona aliundè in se prorsus ignota alicui sub sola aliqua qualitate proponitur, & concipitur, sic ut quis sub conditione alicujus qualitatis præcisè formet conceptum alicujus personæ determinatæ in individuo, quæ proinde qualitas per errorem apprehensa, si revera non adsit, certè irritat matrimonium, cùm re ipsa sit error circa personam; ut si quis consentiat contrahere cum filia Sempronii primogenita, & offeratur postea alia non primogenita, non valebit matrimonium, esto etiam vera primogenita jam esset mortua; quia nimirùm error ille qualitatis redundat in personam, & æquivalenter est error personæ. Item: vides à longè duas puellas unam sedentem, alteram stantem, unam audis virginem, nobilem divitem, &c. alteram viduam, plebeam, pauperem, &c. dicas: volo ducere sedentem, virginem, nobilem, &c. & postea offeratur tibi ad matrimonium altera, matrimonium nullum est ob eandem rationem. 7

Contra verò si aliunde formasti conceptum de tali determinata persona, v. g. jam nôsti hanc determinatam puellam Mariam quoad personam, atque hunc putas esse divitem, nobilem, &c. cùm talis non sit, seu proprio errore, seu aliundè deceptus, & cum hoc errore cum illa contrahas, validè contrahis, quia jam error est circa qualitatem, quæ non redundat in substantiam personæ; jam enim personam ducis, quàm nôsti, & duce-

re

re decreviſti, etſi in qualitate accidentali deceptus fueris. Sic Sanchez hìc *l.* 8. *diſp.* 18. *num.* 21. Tambur. hìc *c.* 1. *num.* 20. In ſumma, ſi dicas: volo nobilem, virginem, &c. qualem puto eſſe hanc, ſi non ſit, matrimonium nullum eſt. Si verò dicas: volo ducere hanc Mariam, quam puto eſſe nobilem, &c. ſi non ſit, matrimonium validum erit. Quare nervose & ſapienter Layman *cit. c.* 2. *num.* 2. ſcribit: ſi Caja viſu prius nota & ad matrimonium determinata fuiſſet, tametſi poſtea ſimulet ſe primogenitâ, cum non ſit, valebit matrimonium, niſi actualis intentio fuiſſet, ſaltem animo retenta: non accipiendi eam, niſi primogenita ſit. Caſus varios videre potes apud citatos.

8 Unum magis lepidum & intricatum affero ex Gabriele *V. Impediment. quæſt.* 4. Adoleſcens quidam petit in uxorem filiam cujusdam, quam valde formoſam fortè viderat, verùm illam ei denegavit pater, cauſam dans: eam eſſe ſecundò genitam, ſe tamen facile daturum primogenitam quam nubere priùs deceat; ad hæc adoleſcens petiit à patre, ut prædictam primogenitam oſtenderet viro gravi, ut is ſyncerè & ex fide ſibi referat, an etiam pulchra eſſet; annuit pater, ſed verò ille oſtendit eandem ſecundò genitam viro illi, nam primogenita valde informis erat; adoleſcens ergò à viro illo gravi informatus, etiam illam ſibi oſtenſam pulchram eſſe, cum ea contraxit de præſenti more Nobilium veſperè ſub lucè candelarum, quando ejus formam advertere non

po-

potuit, posteà inventa est nequaquam pulchra: contendebat adolescens matrimonium nullum fuisse. Gabriel respondet, fuisse validum; quia error fuit in qualitate pulchritudinis, non in substantia; adolescens enim jam consensit in primogenitam, quàm ipsi obtulit pater, quare illam duxit, quam voluit. Hancque responsionem approbat Sanchez *num.* 35. aliique. Sed meo judicio rectiùs improbant Pontius *l.* 4. *c.* 22. *num.* 5. & Tamb. *cit. t.* 2. §. 2. quia adolescens consensit in illam, quæ fuit ostensa viro illi gravi: at hæc non fuit primogenita: falsum. ergò est, adolescentem consensisse in primogenitam à patre primo promissam; quia ratione pulchritudinis adolescens determinavit ad ducendam illam determinatam, quam pater ostendit illi viro, si pulchra sit; pater autem ostendit secundam, eamque solam vidit, & retulit vir ille gravis: ergò in illam solam consensit; fuitque error qualitatis redundans in personam.

§. II.

CONDITIO.

1. COnditio servilis ignorata dirimit matrimonium; hoc enim speciale est, quod error circa qualitatem conditionis servilis, ut si homo liber & ingenuus contrahens putet, & intendat ducere personam liberam, & ingenuam, revera ducat servam vel mancipium, matrimonium nullum sit. Habetur expressè in jure *c.* 2. & *ultimo. De conjugio servor.* docétque communis, D. Thomas D. Bonavent. Scot. *in* 4. *d.* 36. 9

Ra-

Ratio est; quia licèt hic error non versetur circa personam vel substantiam, est tamen circa qualitatem valdè necessariò spectantem ad contractum, usum & finem matrimonii; convenit enim, ut contrahentes æqualem corporis potestatem inter se conferant ad finem generationis & societatis vitæ: atqui liber quidē plenam corporis potestatem alteri dat, obligans etiam se ad individuam vitæ societatem; servus autem seu mancipium plenam sui corporis potestatem dare non potest, nec potest se obligare ad individuam vitæ societatem, cum in domini sui potestate constitutus ab eo vendi, in terras longinquas mitti & ablegari, domesticis operibus addici &c. jure possit, non obstante matrimonii vinculo. Accedit gravissimum incommodum, quòd si uxor serva sit, maritus liber; proles sequantur conditionem matris; quia ut Jura loquuntur; *fœtus, sequitur ventrem*: ergò &c.

10 II. Quo autem jure inductum sit hoc impedimentum dissentiunt DD. Solo jure Ecclesiastico dirimere docent DD. communiter cum Sanchez *l. 7. disp. 19. num. 17.* Contra ipso jure naturali dirimere ob rationem datam; quia nimirùm libera persona non videtur velle corpus suum liberum tradere pro corpore alterius, nisi similiter libero, nisi aliud intenderet, docent alii graves DD. apud eundem Sanchez & Layman cit. probabile censentes, favente etiam Scoto *in 4. d. 30. quæst. 1.* eò quòd jura citata non tam statuere, quam supponere videantur hoc impe-

pedimentum conditionis. Tu crede, quod libet.

III. *Dixi conditio servilis ignorata*; quòd si 11
enim homo ingenuus & liber sciens alterius conditionem servilem, nihilominùs eam spontè admittat, valebit matrimonium æque, ac si servus cum serva contrahat. Expresè *cit. c. ultimo, de conjugio servor.* Adde: etiamsi sperâsset, quòd ea persona libertate donaretur, & posteà frustratus esset; quia non erravit in qualitate conditionis servilis; ut notavit etiam noster Marchant *Tribun. part. 3. tract. 1. tit. 3. quæst. 2.*

At contra: quid si Titius liber contrahat cum Caja reverà libera, quam tamen per errorem putat esse servam, valétne matrimonium? R. quòd sic: quia Canones veram servitutem, non autem putatitiam constituunt impedimentũ dirimens, neque falsò putata servitus quidquam nocebit matrimonio.

IV. Similiter, si servus contrahat re ipsa cum 12
serva, putans se contrahere cum libera, matrimonium valebit; quia Canones agunt de Matrimonio, quod contrahit liber cum serva, quam ignorat esse servam; hic autem servus contrahit non liber. Plura de his videre potes apud citatos, maximè Sanchez, usque ad nauseam; nam quia in his partibus nulla praxis, non immoror; notant enim DD. Germani Layman. *cit. num. 5.* Gobat *casu 5. n. 131.* omninò valere matrimonia personæ liberæ cum servis originariis vel adscriptitiis, quales plurimi sunt in Bohemia, Po-

lonia, ac etiam Suevia, & vulgò vocantur mancipia, reipsa autem mancipia & servi non sunt, sed homines liberi, solùm quoad certa obsequia suis dominis adstricti, ut ab eis, nisi remissione gratis vel pretio factâ, recedere non possint.

§. III.

VIS SEU METUS.

13 *Regula*: Metus gravis injustè incussus ad extorquendnm ipsum matrimonium, seu consensum matrimonii, matrimonium irritat (satis probabiliter ipso jure naturæ, cum videatnr implicare, ut quis per tam gravem injuriam sibi comparet jus in alterum) certò autem jure Ecclesiastico, *c. Cùm locum. c. Veniens c. consult. De sponsalibus* & expressiùs *c. 2. de eo, qui duxit*: ubi significatur matrimoniū gravi metu extortum, etsi juratum sit nullius roboris esse. Ratio sumenda ex differentia intra matrimonium, & alios contractus; quia alii contractus ex metu injusto facti, etsi in communiori sententia validi sint, tamen postea per exceptionem, vel Judicis sententiam rescindi possunt, & metum passus restitui in integrum; at verò matrimonium mutuo consensu semel validè contractum, & maximè etiam consummatum rescindi nunquam potest: ergò necesse fuit, ob gravissima incommoda ex ejusmodi coactis matrimoniis evenire solita evitanda, ut constitutione juris statim à principio vis injusta matrimonio impedimentum affert, cùm posteà non sit locus remedii. Plura vide apud Sanchez *l. 4. disp. 11. tota*, ubi n. 20. ex

20. ex communi monet idem sentiendum esse, si quis indefinitè cogatur ad ducendum unam ex pluribus v. g. filiabus Titii: quin etiam, si pater absolutè dicat filiæ: te exhæreditabo, nisi nupseris: nuptiæ secutæ non subsistent, si verè timeatur quòd illæ minæ sortiantur effectum; quia status matrimonii absolutè debet esse homini liber adeóque etiam ille metus officit valori matrimonii, quo quis cogitur inique ad matrimonium generatim, seu non determinando ullam personam in particulari. Ut contra *Abbatem*, *Adorium*, *Benignum*, & alios, cum pluribus docet *Sanchez* cit. Diana *part.* 4. *tract.* 4. *Resolut.* 32. Gobat. *cas.* 12. *n.* 252. Jam verò termini hujus impedimenti explicandi sunt.

§. I.

Metus gravis.

14 *Metus gravis* dicitur, quando, vel quo timetur grave malum inferendum aut ipsi metuenti, aut personæ valde conjunctæ, ut patri, matri, uxori, fratri, &c. aliisque consanguineis; Metus autem levis dicitur, quo timetur leve malum. Grave autem vel leve malum considerari debet vel absolutè respectu cujusvis, vel respective ad certas personas; minus enim malum sufficit ad metum gravem in fœmina, quàm in viro, in puellâ quàm in juveni, in juvenili ætate, quam robusta & virili.

Pono breves resolutiunculas.

1. IRritat certissimò matrimonium metus gravis

vis absolutè &cadens in constantem virum, quo nimirum timetur malũ grave absolutè quod nimirum omnes homines habent pro gravi & molesto,& proinde etiam viro forti ac constanti meritò sit formidabile : cujusmodi est metus mortis, mutilationis, cruciatûs vel verberationis atrocis, servitutis, exilii, carceris diuturni, gravis infamiæ, violenti stupri, amissionis statûs vel officii ad sustentationem necessarii, majoris partis bonorum exhæreditationis, item excommunicationis injustæ &c. de quibus latè Sanchez *l.* 4. *disp.* 5. Lessius *l.* 2. *de Justitia c.* 17 *num.* 35. singula bene ex jure probans, & de his non potest esse dubitatio, vel enim talis metus irritat, vel nullus: atqui non nullus: ergò &c.

15 II. Etiam irritat matrimonium metus gravis respectivè quo scilicet timetur malum grave solùm respectu apprehensionis vel conditionis personæ; nam pueris, fœminis, viris meticulosis vel aliunde afflictis, &c. valde gravia accidunt pleraque, quæ vix curant homines cordati. Communis DD. apud citatos. Ratio est; quia in talem metum verissimè cadit sententia Alexandri.

III. Cit. c. cùm locum de sponsalibus. *Cùm locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit*: etenim illud voluntarium, ob quod metus etiam absolutè gravis invalidat matrimonium causatur immediatè à vehementia metus & apprehensione mali imminentis, & remotè tantum ab ipso malo formidato foris existente: atqui *ubi est eadem ratio, ibique quoque est eadem*

dem juris dispositio; cùm ergò metus respectivè gravis immediatè æquè minuat libertatem consensûs ac metus absolutè gravis, palam est, dictam decisionem Alexand. cit. æque in illo locum habere, ac in hoc. Quòd si ergò pater filiæ verecundæ ac timidæ minaci vultu intentet alapam, eòque metu consternata puella consentiat, aliàs non consensura, non est dubium in omni foro matrimonium pronuntiandum nullum.

III. Non irritat matrimonium metus simpli- 15
citer levis, sicut neque metus merè reverentialis, quo nimirum juvenis vel puella tantùm ideò consentit in matrimonium propositum sibi à patre v. g. vel tutore, quia timet, nec contradicendo agat contra reverentiam debitam parenti, ideóque solum verecundiam vel ruborem in metuente causat, secluso omni alio incommodo vel damno. Ita communis DD. Sanchez *l.* 4. *disp.* 17. *num.* 2. Layman. *cit. c.* 5. *num.* 1. *&* 3. Lugo *disp.* 22. *de justitia. num.* 149. Pontius *l.* 4. *num.* 18. alii plures apud ipsos. Ratio est; quia, cum levis metus sit in potestate contrahentis matrimonium, ideóq; facile illum depellere possit, si non depellat, satis liberè & perfectè ac sine coactione consentit. Et certum est in foro externo non admitti allegationem metus levis vel reverentialis tantùm, cùm meritò præsumatur talis metus non abstulisse libertatem.

IV. Contra tamen, etiam metum reveren- 17
tialem in foro conscientiæ irritari matrimonium (atque adeo etiam Professionem religiosam, cùm

matrimonium carnale & ſpirituale æquiparentur (docent ſanè graves DD. Navar. *l.* 1. *Conſil.* 9. & 10. & *Manual. c.* 21. *n.* 15. Rodriquez *tomo* 2. *ſumma. c.* 8. *concluſ.* 7. *alii.* & probabilem cenſent Leſſius, Layman, Tanner. Barboſa, apud Gobat. *cit. num.* 249. eò quod etiam talis metus, præſertim à viro gravi incuſſus tollat perfectam libertatem, qualem in matrimonio (ſicut & in Profeſſione) omnes requirunt. Et omninò vera eſt hæc ſententia per accidens, quando ſcilicèt cum imperio Patris, Tutoris, Prælati &c. conjunctæ ſunt minæ, quas ille executurus putetur, lævitia, mala tractatio, aut quando timetur gravis & diuturna indignatio patris aut alterius perſonæ, à qua multum dependet fortuna filiæ: & generatim, quandocunque præter metum reverentiæ timetur aliquod aliud grave malum vel incommodum, & quia reverentiales plerumq; aliquod tale malum timetur, ideoque ſæpe poteſt in praxi locum habere dicta ſententia.

§. II.

Injuſtus incuſſus.

18 UT metus etiam gravis dirimat matrimonium requiritur, ut ſit *injuſtus ſeu injuſtè incuſſus*, ſcilicet à tali, qui habet nullam potestatem incutiendi eum juxta *cit. c. conſultation. & cùm locum de Sponſal.*

Secus eſt, ſi metus juſtè incuteretur v. g. à judice præcipiente ſtupratori virginis ut eam ducat ſub gravi pœna excommunicationis, capitis, &c. *c. ex litteris* 2. *de Sponſal.*: aut etiam ab homine

mine privato v.g. parente virginis minitante stupratori accusationem, & pœnas debitas pro delicto procuraturum viâ justitiæ nisi eam ducat: matrimonium eo metu tanquam justè incusso extortum erit validum, juxta communem DD. cum Sanchez *lib.* 4. *disp.* 8. *Conninck. disp.* 28. *dub.* 1. Layman. cit. alii passim, & optimè Dicastil. *hic disp.* 6. *dub.* 5. rectè hinc inferens, valere matrimonium primò: quando tibi justè damnato capitis, &c. dicitur: aut morere, aut contrahe cum filia carnificis. Secundò: quando tibi in carcere in causa sanguinis detento dicit custos: dimittam te, si duxeris meam filiam. Tertiò quando medicus tibi desperato dicit: aut duc meam filiam, aut non medebor tibi. Quartò, simile est, si puellæ in aquis periclitanti & tuam opem imploranti neges succurrere, nisi tibi nubat, idemque in similibus: quia in his & similibus nullus metus injustè incutitur, sed ad summum negatur aliquid, alioquin ex charitate debitum. Contrà verò certè invalidum esset matrimonium, si Judex vel parentes minentur tibi pœnam vel accusationem alterius antecedentis criminis, v. g. furti, adulterii, homicidii &c. nisi talem ducas; metus enim erit injustè incussus, etsi enim illi habeant jus te sic accusandi vel puniendi, non tamen habent jus, te sic cogendi ad matrimonium. Communis apud citatos, etsi aliqui nõ improbabiliter oppositum teneant. Certissimè autem invalidum erit matrimonium, si parentes stupratori filiæ verbera vel mortem

minentur propria authoritate inferendam, nisi quam primùm in matrimonium consentitat; nisi fortè eo metu posito postea liberè consentiat.

§. III.

Ad extorquendum ipsum Matrimonium.

19 TAndem, ut metus irritet matrimonium, requiritur, ut sit per se directè incussus ad extorquendum ipsum matrimonii consensum, ut hactenus semper supposuimus. Secus esset, si metus esset vel ab intrinseco, ut si quis in periculo mortis vellet ducere suam concubinam, aut damnatus ad mortem spontè offerat ducere filiam judicis vel carnificis, &c. ad conciliandum ejus animum vel in sui liberàtionem: vel ab extrinseco quidem incussus: at non ad matrimonium, sed ad alium finem. ut si quis injustè incarceratus, aut quamvis aliam vim vel injuriam passus, aut in stupro deprehensus à patre virginis, permittente jure civili, occidendus, spontè eligat matrimonium tanquam medium ad sui liberationem, &c. valida erunt matrimonia; quia ille metus etsi injustè incussus non est per se causa matrimonii sed merè per accidens & occasio tantùm, quatenus occasione talis metûs ad se liberandum ipsemet tale remedium eligit, quod jura ipsa haud adimere debuerunt, ut omnes observant.

20 At quid si omnibus diligenter consideratis, dubium sit, utrum metus injustè incussus ad extorquendum matrimonium gravis censendus sit nec ne: adeoque an matrimonium irritum sit, an verè

verò validum, quid præsumendum? Acriter disputant DD. Censeo cum Layman cit. *num.* 4. præsumendum pro valore matrimonii, quamvis enim magnoperè curandum sit, ut matrimonium in perpetua conjunctione consistens libera voluntate contrahatur, & ideo sponsalia, si quocunque etiam leviore metu injustè incusso celebrata sint, facilè dissolvi possunt ut *sect. sequent.* videbimus, postquam tamen matrimonium semel contractum est potius ut validum, quàm ut invalidum judicandum est; cùm matrimonii causa sit favorabilis, idque partim propter reverentiam Sacramenti, partim quia reipublicæ & prolis interest, ut matrimonium non solvatur, nisi infirmitas vel nullitas appareat. Accedit, quòd postquàm contractus celebratus est, præsumptio stet pro ejus valore, nisi contrarium ostendatur, ut rectè probat Sanchez *lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 14. Et hactenus quoad valorem matrimonii meticulosi, ad cujus nullitatem omnium consensu perinde est sive metus injustus incutiatur ab ipso altero contrahente, ut si stricto ense mortem minoris puellæ, nisi statim tibi nubat, sive à quocunque alio v. g. contrahentis patre, domino, judice, &c. prout in hactenus dictis advertere debuisti. Jam quoad licitum difficiliùs videndum.

§. IV.

Qualiter peccent ex metu contrahentes matrimonium?

ILlum, qui alteri talem metum injustum incu- 21

tit ad extorquendum matrimonii consensum, peccare mortaliter contra justitiam, lædendo scilicet alterius libertatem in re gravissima, nimis clarum est. Insuper etiam ex tali metu injustè incusso contrahentem matrimonium peccare graviter videtur sequi ex communi sententia, nempe: omnem scienter contrahentem cum impedimento dirimente peccare mortaliter sacrilegio, annullando Sacramentum, de quo *cap. sequent.* cùm de peccatis conjugum. At in proposito specialiter mitiores sententias secutus breviter sic resolves.

21 I. Si ex tale metu contrahens verbotenus solùm fingat se consentire re ipsa non consentiens, peccat solo veniali mendacii peccato, non sacrilegio quasi annullans Sacramentum; quia nihil ponit, cui ex institutione Christi annexa sit ratio Sacramenti, sicut ponit & sacrilegè peccat, qui sine intentione fictè baptizaret infantem, ut consideranti patet. Verùm adverte, tunc matrimonium esse irritum ipso juræ naturæ, non propriè ratione metûs, sed ratione fictionis, seu omnimodi defectû consensus in matrimonio autem ex metu contracto verè ad est aliquis consensus & vera voluntas accipiendi alterum in maritum dicitur tamen non adesse, quia adest consensus solùm imperfectus, & involuntarius secundùm quid cum admixtione dissensûs ac involuntarii; vult enim contrahere metu compellente at omninò nollet, si aliter metum & malum formidatum evadere posset.

II. Si

II. Si ex metu contrahens solùm consentit in matrimonium ipsum sine animo consummandi, aut exercendi actus carnales, probabilissimè ne venialiter quidem peccat, saltem posito, quod metus solo jure Ecclesiastico dirimat matrimonium. Ita cum aliis Sanchez *l. 4. disp. 16.* Perez *disp. 22. sect. 5.* eòsque secutus Gobat *num. 246.* Ratio est; quia ex una parte præcepta Ecclesiæ non obligant cum tanto rigore, & quod in favorem metum passi institutum est, non debet cedere in ejus gravamen: Ex altera autem parte talis non irritat Sacramentum; quia adhuc non facit id, cui ex Christi institutione annexa est ratio Sacramenti; hæc enim ratio Sacramenti competit solùm contractui legitimo & valido, qualis ex Decreto Ecclesiæ non est contractus ex metu. Jam vides, aliud esse de Sacerdote certè mortaliter & sacrilege peccante, si ob metum mortis v. g. conferat absolutionem scienter homini indisposito; talis enim verè profert verba propria formæ Sacramentalis à Christo institutæ super indebitam materiam. At, nónne consentiens in matrimonium dat alteri potestatem sui corporis? sed per matrimonium invalidum non potest dari potestas corporis; hoc enim esset consentire in copulam fornicariam: ergò peccat mortaliter. R. Distinguendo: dat potestatem licitè, sed non validè; quia alter nequit ob nullitatem matrimonii hac potestate uti, eo modo, quo viator latroni fortè mortem minitanti dat pecuniâ licitè, sed non validè; quia defectu juris non potest eam latro retinere. 22

III.

23 III. Qui ex metu gravi init matrimonium, ſciens tale matrimonium eſſe nullum cum intentione illud conſummandi ſeu exercendi actus permiſſos veris conjugibus, peccat mortaliter. Expreſsè *Inquiſitioni. 44. de Sènten. Excommun.* Ratio nimis clara eſt; quia habet intentionem exercendi actus fornicarios, cùm durante illo metu non poſſit conſiſtere verum matrimonium, ſed maneant merè ſoluti, quare potiùs debet mori, quàm præſtare talem conſenſum. Quid ergò aget talis puella v.g. tali metu coacta ad nubendum à patre, judice, &c. ℟. Vel conſentiat ſpontè, ita ut metus non ſit ampliùs proxima cauſa, ſed tantùm occaſio conſensûs: vel conſentiat in matrimonium, non verò in copulam, juxta dicta *num.* 11. vel tandem potiùs ſubeat mortem, quàm præſtet talem conſenſum, quippe fornicarium & intrinſecè malum.

24 IV. A fortiori ergò qui vel quæ ex tali metu contraxit matrimonium, ſciens eſſe invalidum, peccat mortaliter conſummando vel exercendo actus carnales, cùm ſint veri actus fornicarii, niſi, poſito metu, matrimonium ratificet novo conſenſu vel expreſſo vel tacito, ſcilicet affectu maritali admittendo copulam ſeu commercium carnale. *Omnes.* Et licet conjux talis habeat commercium tale carnale cum putatitio marito, non tamen hinc mox ſequitur, matrimonium ratificari & validari per tale commercium ut omnes obſervant. Ratio eſt: quia inprimis fieri poteſt, ut etiam ex ſolo metu pareat petenti tale com-

commercium: aut pareat ex errore, quod putet valere matrimonium: aut denique consentiat in copulam ex mera libidine cogitans expressè non manere in tali conjugio, quibus casibus sanè copula non ratificat seu efficit matrimonium ex irrito ratum; neque enim potest ex irrito ratum fieri, nisi per consensum liberum. Quòd si verò copula habeatur ex sincero affectu maritali, tunc hoc ipso consentitur, vel consensum fuit in id conjugium; nec enim potest adesse affectus verè conjugalis sine tali consensu, qui scilicèt tunc primùm eliciatur vel elicitus sit anteà, saltem in ipsamet præparatione ad copulam carnalem, ut bene explicat Dicastil. *disp.* 2. *dub.* 14. Denique expressè decisum est *c. Ad id quod.* 21. *De Sponsal. & Matrimon.* Si aliqua puella annum unum cum dimidio vixit in tali coacto conjugio cohabitans quietè marito, est tam firma præsumptio, quod affectu maritali cohabitaverit, ut etiamsi possit clarè probare, se ex metu contraxisse, non tamen admittantur ejus probationes; quia scilicèt, si non placuisset illud matrimonium, aufugisset intra tantùm temporis puella nondum trecennis. De hoc satis.

Sed jam restat difficilior quæstio omninò practica: Quid si quis vel quæ ex tali metu injustè 25
incusso, eóque ipso jam nulliter, contrahat matrimonium, insuper irretitus alio impedimento dirimente eóque aut juris Ecclesiastici v. g. affinitate occulta: aut juris Divini v. g. ligamine alterius matrimonii occulti? Matrimonium si con-

contractum foret dupliciter nullum, tutè vides. Quoad peccatum, dictis conformiter sic resolves. 1. Si fictè absque ullo interno consensu contraxit, peccavit solo veniali mendacii peccato. 2. Si sic contraxit animo utendi conjugio, peccavit mortaliter. 3. Si absque tali animo contraxit consentiens solùm inefficaciter in ipsum matrimonium, siquidem impedimentum aliud sit juris Ecclesiastici, ut dicta affinitas, ne venialiter quidem peccavit ob eandem semper rationem, quæ suprà data est; nam duo impedimenta non operantur plus, quàm unum in ordine ad peccatum: etsi difficiliorem reddant dispensationem. 4. At verò, si aliud impedimentum præter metum dirimens esset juris Divini seu naturalis: ut dictum ligamen alterius matrimonii, tunc te peccare mortaliter cum pluribus docent Perez *disp.* 22. *Sect.* 5. Casp. Hurtado *disp.* 12. *difficult.* 4. quia, ajunt, tunc contrahere est intrinsecè malum, quippè contra jus naturæ prohibens tale matrimonium. Contrà tamen etiam tunc ne venialiter quidem peccare cum aliis docent Sanchez *l.* 7. *disp.* 5. Coninck *disp.* 30. *num.* 19. Castro Palao *disp.* 2. *de Sponsal. dub.* 11. & probabiliorem indicat Tambur. hic *tract.* 1. *c.* 17. §. 2. *num.* 5. Ratio est; quia ex una parte etiam hic matrimonium non fit, neque ponitur id, cui annexa est ratio Sacramenti, adóeque abest Sacrilegium; Ex altera autem parte consensus ille ineficax in matrimonium ex ipso illo gravi metu sufficienter liberatur à peccato.

Urge

Urgebis cum Hurtado: attentare id facere, quod jure naturæ prohibitum est (v. g. homicidium innocentis) est intrinsecè malum; sed matrimonium tale est jure naturæ prohibitum, ut supponimus; ergò illud attentare est intrinsecè malum: ergò excusari nunquam potest, ne ex gravissimo quidem mortis metu. R. Distinguendo majorem attentare id facere, quod jure naturæ prohibitum est, efficaciter cum animo volendo illud facere verè, est intrinsecè malum, concedo majorem: attentare illud solùm inefficaciter & cum animo illud nolendi facere, imò cum certitudine, quod non faciet est intrinsecè malum semper, nego majorem; neque enim condemnabis eum peccati, qui metu mortis suæ adactus sic inefficaciter attentare vel potiùs fingeret occidere innocentem v. g. jaciendo contra illum sagittam, sciens certò, nullum illi se damnum illaturum; quia ergò meticulosè contrahens cum tali impedimento scit pro certo, se nullum celebraturum matrimonium, illa non erit vera attentatio matrimonii, adeóq; erit actio digna, quæ à metu gravi excusari possit, à peccato. Cæterùm si sciens te nullum posse contrahere matrimonium, adhuc velles contra jus verè & afficaciter contrahere, tunc non est mirum si pecces mortaliter, cujuscunque juris si impedimentum Divini vel Ecclesiastici: hoc enim esset, nolle obedire Ecclesiæ, animum fornicandi habere. Tandem, quid si prædictus impeditus jure naturæ putaret se verè contrahere posse, &

pro-

propterea metu coactus contrahere? R. Hunc multò minùs peccaturum; quia bona fides, cùm inculpabilis sit eum inculpabiliter ignorantem excusat, quamdiu durat, etiamsi contraheret animo consummandi, & reverà consummet; et tamen bona fide ablatâ, ipsum se gerere non posse ut conjugem, nimis clarum est. Sed de hoc plura *c.* 2. de peccatis conjugum.

§. IV.

RAPTUS.

26 RAptus generatim, ut peccatum speciale luxuriæ contra sextum Præceptum definitur: *adductio violenta fœminæ cujusdã de loco ad locum causâ libidinis exercendæ, vel etiam matrimonii contrahendi.* Hoc crimen jure civili morte punitur, si rapta fœmina honesta fuerit. Concil. autem Trident. *Sess.* 24. *c.* 6. *De Reformat. Matrimon.* sic habet: *Decernit Sacra Synodus inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto ac libero constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat. Et nihilominùs raptor ipse, & omnes illi consiliũ, auxilium aut favorem præbentes sint ipso jure excommunicati ac perpetuò infames, omniúmque dignitatum incapaces: Et, si Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter arbitrio judicis dotare.*

Hæc

Hæc Concil. Trident. Nota obiter: præter impedimentum dirimens & excommunicationem latæ sententiæ, reliquas pœnas non incurri, nisi post sententiam judicis, ut ultimis verbis etiam Concilium innuit. Videndum nunc, qualis raptus inducat hoc impedimentum dirimens, de quo solo nobis sermo.

Regula: Raptus propriè dictus & impedi- 27
mentum jure novo dirimens matrimonium, *est violenta abductio puellæ ex potestate parentum, vel quasi parentum* (tutoris, curatoris, mariti, fratris, &c.) *ad alium locum matrimonii contrahendi causâ.* adeóque tres requirit conditiones: quarum una deficiente, non erit impedimentum dirimens.

I. Requiritur *violentia* aliqua adhibita; quòd si enim insciis parentibus vel tutoribus puella volens vel consentiens abducatur, ita ut neque puellæ ipsi, neque parentibus vis inferatur, licèt his adhuc injuria fiat, non erat raptus; quia raptus, sicut & rapina, violentiam continet, ut ex communi notat Navar. *l. 5. Consil. 3. num. 1. De raptor.* Sanchez *l. 7. disp. 12. num. 36.* Layman *part. 3. c. 13. num. 2.* Quin si post tractatum de matrimonio legitimè contrahendo, vel sponsalia jam contracta sponsa jam consentiens, de domo patris vel tutoris, etsi inviti & reclamantis, abducatur, non esse raptum, nec matrimonium impedire, respondit *Lucius 3. c. Cùm causam de raptor.*

At, quid si sponsa pœnitens tunc invita per

violentiam abducatur ? Adhuc esse raptum ma trimonium dirimentem affirmat Sanchez *disp* 13. *num.* 15. alii complures. Consentio cum Gobat *Cas.* 19. *num.* 554. Si sponsa habeat ju stam causam resiliendi. Negant verò Henri quez, Rodriq. Lessius. Barbosa. alii cum Tam bur. *l. 7. in Decalog. c. 6. §. 2. num.* 15. eò, quòd non sit abductio strictè injuriosa, eam sibi acce pere, quæ sibi legitimè promissa est. Etiam con sentio, si sponsa non habet justam causam resi liendi.

28 II. Requiritur violenta abductio per violen tiam illatā ipsi puellæ, quòd si enim puellā spon tè & liberè consentiat ad abeundum & nuben dum, & violentia solùm inferatur ipsi parenti vel tutori, &c. etsi adhuc dicatur raptus in jur *c. de Raptor.* 38. *q.* 1. & esse adhuc impedimen tum affirment communiùs *DD. Navar. Hen riq. Rodriq. Sa*, alii cum Layman *cit. num.* 5 Probabiliùs tamen negant *Sanchez cit. num.* *Coninck. disp.* 41. *num.* 48. *Perez disp.* 38. *Sect* 4. *Escob.* alii cum Gobat *num.* 546. nec impro bat Layman. Ratio optima est; quia præter quam, quòd odiosa restringenda sint, Decretum Tridentini non attendit, nisi libertatem matri monii: at hæc nullo modo læditur, quando pue la liberrimè consentit, esto declament parenti etiam violentiam passi; neque enim libertas ma trimonii in filia, quam Concilium urget, ull modo dependet à voluntate parentum.

29 III. Requiritur violenta abductio puellæ

con

contrahendum matrimonium; nam si violenter abducatur solùm ad libidinem exercendam sine ordine ad matrimonium, etsi adhuc raptus sit quoad culpam, non tamen esse raptum propriè dictum, & impedimentum matrimonii, contra Bonacin. & plures alios, rectiùs docent Sanchez *cit. disp.* 13. aliique permulti cum Tambur. *cit num.* 11. & Gobat *supra.* Ratio est; quia Concilium eo Decreto nihil intendit nisi libertati matrimonii providere; ergò agit de solo raptu & violenta abductione puellæ ad contrahendum matrimonium.

De puellæ vel fœminæ violento raptu sem- 30
per sermo est. Quid si ergò fœmina virum rapiat matrimonii causâ? habebitne locum Decretum Concil. Trident. & matrimonium dirimet? Affirmant quidem nonnull: rectè autem negant Dicast. & Escob. apud Gobat *num.* 543. & noster Herincx. Ratio est; quia Concilium loquitur expressè de solis raptoribus, nihil de raptricibus, nec solent leges statui de casibus rarissimis; est autem rarissimum, quòd mulier per se aut per alios rapiat virum per vim ad matrimonium contrahendum, etsi sæpè rapiant ad libidinem. Vide Diana *part.* 10. *tract.* 16. *Resol.* 84. pro utraque parte referentem.

IV. Quoad impedimentum hoc incurrendum, 31
vel in quas pœnas raptoris, perinde est, si quis per se ipsum sive per alium de suo jussu vel consensu rapiat fœminam matrimonii causâ; quin alter executor excommunicationem aliásque

pœnas & ipſe incurret tanquam auxiliator & fautor ſceleris; non item contrahet impedimentum dirimens reſpectu illius fœminæ, ſed valide poterit inire matrimonium cum eadem? quia nullitas matrimonii ſolum infertur contra rapientem pro ſe, non contra rapientem pro alio. Quare ſi quis, te omninò ignorante vel nullo modo conſentiente, pro te rapiat fœminam, neque tu, neque ille alter impedimentum, aliàs pœnas incurret: non tu; quia non es raptor non alter; quia non rapuit pro ſuo matrimonio de quo caſu ſolo loquitur Concilium Tridentinum, hujúsque Decretum, quod cum ſit odioſum & pœnale, non eſt extendendum ultrà verba; unde tam tu, quàm alter, qui rapuit, poteſt validè contrahere matrimonium cum eadem muliere rapta, etſi non ſeparatâ. Ita cum aliis Sanchez *diſp.* 13. *num.* 2. Tambur. *l.* 7. *Decalog. cap.* 6. §. 2. *num.* 16.

§. V.

CLANDESTINITAS.

32 MAtrimonium clandeſtinum, id eſt, inſolum & ſolam mutuo conſenſu de præſenti contractum ſine Parocho & teſtibus, olim jure antiquo quidem validum erat, ſed illicitum & ſeveriſſimè prohibitum multis ſacris Canonibus relatis apud *Sanchez*, *Layman*, & alios. Modò verò novo jure Concilii Trident. omninò annullatum eſt, & clandeſtinus ejuſmodi conſenſus pro impedimento dirimente declaratus; ſic enim habet Concilium *Seſſ.* 24. *c.* 1. *De Ref.*

Reformat. Matrim. Qui aliter, quàm præsente Paroco vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentarunt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omninò inhabiles reddit & hujusmodi contractus omninò irritos & nullos esse decernit, prout eos præsenti Decreto irritos facit, annullat. Ratio est; quia licèt spectato jure naturali & divino per se nec invalidum, nec illicitum sit matrimonium clandestinum, tamen per accidens propter innumera incommoda, plurima scandala & occasiones peccandi, Ecclesia, cujus juri matrimonia ratione Sacramenti annexi subdita sunt, ad publicam utilitatem animarum potuit ejusmodi clandestina matrimonia infirmare, & fideles inhabiles reddere, qui sic clam contrahere attentant; quemadmodum & respublica civilis contractus quosdam vel simpliciter, ut pupillorum, vel certa solemnitate destitutos ob justam & publicam causam irritos reddit & annullat, etiamsi alias jure naturali per se spectato irriti & illiciti non essent, ut patuit alibi De Contract. & Ultima Voluntate *Tr. 6. Decal. c. 2. & 3.*

Decretum hoc Trident. clandestinas nuptias 33
annullans, & Parochi, testiúmque præsentiam requirens, solùm obligat in locis Catholicorum, ubi illud Concilium promulgatum & receptum est, & non se extendit ad ea loca Catholicorum & Hæreticorum, in quibus nunquam promulgatum & receptum est, ut insinuat ipsum Concilium

lium eodem c. 1. decernens, ut Decretum i unaquaque Parochia robur habere incipiat po triginta dies à die prima publicationis.

34 Quare Catholici valide matrimonia contra hunt in terris hæreticorum coram Prædicante ubi illud Concilium nunquam promulgatum fuit: imò etiamsi in talibus locis illud Decretu promulgatum fuisset, modò tamen, expulsis C tholicis, non adsunt proprii Pastores; cùm enim iis locis Decretum servari non possit, non est exi stimandum, libertatem validè contrahendi ibi fi delibus ablatam esse, ut sæpiùs jam respondit Congregatio Cardinalium Officii, apud RR *Tambur. Gobat Herincx.* & alios.

35 Insuper licèt in civitatibus Germaniæ civ Catholici permixti cum hæreticis reverà Ep scopo subditi sint, ut Augustæ, Ratis bonæ, & tamen putandum non est, Decretum se ad ma trimonia facta ibi sine Parocho extendere, adeo que matrimonia hæreticorum ibi sine Paroch Catholico, sive coram ministro hæretico cel brata esse valida, quippè sciente, nónque contra dicente, eóque ipso tacitè consentiente Summ Pontifice, ne multa ibi incommoda oriantur quòd filii eorum legitimè nati non essent, ideo que non capaces officiorum vel sacrorum Or dinum, ut rectè docent DD. graviſſimi Germani Tanner. *tomo* 4. *disp.* 8. *quæst.* 3. *dub.* 6. Lay man *tract.* 10. *part.* 2. *c.* 4. *n.* 7. Dicastil. *disp* 13. *de Matrimonio dub.* 10. *num.* 84. Bona gratia Habsensis apud Gobat *cas.* 18. *num.* 460

acri

acriter quidem repugnantem, tandem tamen pro praxi consentientem. Hæc quoad necessitatem, jam quoad qualitates & requisita ejusmodi Parochi & testium necessariò pluribus agendum *Sect. 3.* cum de sacramenti matrimonii solemnitate.

Cæterùm quoad Sponsalia Concilium ni- 36
hil innovavit, adeòque etiam clandestina inter solum & solam facta valida manent, quamvis in foro externo ad fidem adhibendam testes adhibere consultum sit, & valdè laudabiliter in plerisque Germaniæ locis præter utriúsque sponsi parentes & amicos adhibetur etiam Parochus ad majorem solemnitatem & fidem. At, quid si 37
sponsi in tali sponsalium contractu præsente Parocho & testibus utantur verbis de præsenti (prout revera sæpe utuntur, & ipse semel præsens attonitus audivi) *accipio te in meam*: eritne jam matrimonium ratum, ut consummari liceat, cùm nihil desit requisitum ad matrimonium etiam novo jure Tritdent.? R. negativè Navar- 38
cap. 12. *num.* 79. & Layman *cit. c.* 4. *num.* 15. quia præsumi non debet, sponsos voluisse matrimonium contrahere cum peccato, nondum præmissis denuntiationibus sub gravi obligatione requisitis, adeóque licèt utantur verbis de præsenti (quod tamen cavere præmonendi sunt à Parocho vel peritis) præsumuntur tamen velle sponsalia contrahere more debito & communi aliorum: licèt, ponamus, sponsorum expressam intentionem fuisse, matrimonium ipsum

pſum contrahendi, contrahere tamen non po-
tuerunt jure novo, ſi hanc voluntatem & in-
tentionem Parocho & teſtibus præſentibus no
ſignificarunt, quippè qui non matrimonii, ſe
ſolùm ſponſaliorum causâ interſunt; quòd ſ
tandem & ipſis ea ſponſorum intentio conſtite
rit, dubium non eſt, matrimonium fore vali
dum, cùm nihil ad valorem deſit, certè tamen
mortaliter illicitum, ideóque ſpecialibus pœni
ſubjectum; nam ſi aliàs, ſervatis ſervandis, cum
impedimento occulto dirimente contraxiſſen
bona fida, & ipſi facilè obtinent diſpenſationem
â Papa, & in certò caſu ab Epiſcopo, & filii tal
matrimonio occultè invalido ſuſcepti legitimi
cenſebuntur; at verò, ſi trinæ denuntiationes
præviæ, aliæque ſolemnitates omiſſæ ſunt, & ipſi
poſtea ſpe diſpenſationis privantur, & filii pri-
vilegio legitimationis carere debent. *c. cùm in-
ter. &c. Et tenore. Qui filii ſint legitimi.*

CLASSIS II.

Impedimentum.

LIBERTAS OBLIGATA AL-

teri, Continet quatuor impedimenta:
Votum, Ordo, Ligamen, Honeſtas.

SUMMARIA.

39. *Votum ſolemne caſtitatis*
40. *Dirimit matrimonium contrahendum.*
41. *Jure Eccleſiaſtico tantùm.*
42. *Ac eodem jure diſſolvit matrimonium ratum tan-
tùm.*
43. *Votum ſimplex caſtitatis non dirimit.*

44. *Ordo*

44. *Ordo Subdiaconatûs etiam dirimit matrimonium contrahendum (non tamen dissolvit ratum)*
45. *Jure Ecclesiastico tantùm, seu*
46. *Immediatè ex lege & ordinatione Ecclesia.*
47. *Non ex voto ordini annexo.*
49. *Ligamen seu vinculum Matrimonii cum conjuge adhuc vivente, dirimit matrimonium jure naturali & divino cum quovis alio contrahendum.*
50. *Unde neuter conjux ad secundas nuptias transire potest, nisi habitâ notitiâ moraliter certâ de morte alterius. Quanta notitia requiratur in foro externo.*
51. *Et quæ sufficiat in foro interno.*
52. *Corollaria.*
53. *Impedimentum publicæ honestatis quid, & quousque dirimat?*
54. *Oritur ex sponsalibus validis.*
55. *Inter sponsum & consanguineas sponsæ, ac vicissim, in primo gradu, non ultra.*
56. *Estque perpetuum, nec cessat per mortem sponsæ.*
57. *Resolvuntur varia.*
58. *Oritur etiam ex matrimonio rato tantùm, nondum consummato usque ad quartum gradum inclusivè.*
59. *Etiam ex tali matrimonio invalido,*
60. *Secus, si sit invalidum ex defectu ipsius consensus.*

§. IV.

VOTUM.

Votum solemne castitatis emissum in pro- 39
fessione Religionis approbatæ dirimit matrimonium contrahendum jure Ecclesiastico tantùm, eòdémque jure dissolvit matrimonium ratum nondùm consummatum. Certum apud omnes.

I. Dirimit matrimonium contrahendum. 40
Certum de fide, definitum in variis Conciliis, Sanchez, Layman, alii, & novissimè in *Trid.*

Sess. 42. de sacram. Matr. Can. 9. *Si quis dixerit clericos in sacris constitutos vel Regulares solemniter castitatem professos posse matrimonium contrahere contractúmque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica vel voto, anathema sit* Idem habetur *c. Unico. De voto in 6.* docéntque DD. Orthodoxi omnes, ac etiam Sancti Patres, & specialim D. Hieronim. *l. 2. contra Jovinianum c. 7.* D. August. *in Psalm. 38. & Epistola 6. ad Theodorum Monachum*, ubi nuptias à monachis & monialibus contractas incestuosas & adulteras appellant. Quin & jure civili Jovinianus Imperator. *leg. 5. C. De Episcopis & Clericis*, statuit, *si quis non dicam rapere, sed attentare tantùm jungendi matrimonii causâ Sacratissimas Virgines ausus fuerit, capitali pœna puniatur*, Ratio datur, quia qui se totum tradit uni, non potest se tradere & obligare alteri, atqui homo per votum solemne castitatis corpus tradit uni, scilicèt Deo totum Ecclesia Dei nomine solemniter acceptante: ergò non potest illud corpus tradere alteri in matrimonium, consequenter dirimit matrimonium contrahendum. Quâ ratione quidam contendunt, hoc impedimentum dirimere jure naturali vel divino. Sed dicimus

41 II. Dirimit jure Ecclesiastico tantùm, non naturali, vel divino. Communis DD. cum Scot. *in 4. d. 31. & 42.* & latè probat Suarez *Tomo 3. de Religion. l. 2. c. 6. & 7.* Sanchez *l. 7. disp. 26.* Pontius *l. 7. c. 22.* Perez. *disp. 26.* Herincx *disp. 6. quæst. 5. num. 43.* Ratio est; quia

de

de jure Ecclesiastico constat abundè. jus autem naturale, vel divinum ex nullo capite ostendi potest: nam ecce votum solemne non dirimit jure naturali vel divino 1. quatenùs votum est; non votum simplex est ejusdem rationis, & æquè obligat apud Deum, ac votum solemne, ut docet Cælestinus III. *c.* 3. *Titul. Qui clerici vel voventes, &c.* & tamen votum simplex non dirimit: ergò &c. 2. Non quatenùs solemne votum est; quia ipsa solemnitas voti est solùm juris Ecclesiastici & introducta ab Ecclesia, juxta *cit. c. unicum. De voto in* 6. & Bullam Gregorii XIII. infrà allegandam. Adde: vix aliter explicari commodè potest solemnitas ista, nisi per vim dirimendi matrimonium huic voto ab Ecclesia adjectam. 3. Non dirimit etiam in quantum est traditio facta Religioni, & hæc per solemnem professionem acceptatam acquirit dominium aliquod in Religiosum professum quia dominium illud non repugnat, sed stat cum vinculo maritali quantum est de jure naturæ, ut patet in servo matrimonium contrahente, ac in ipsis conjugibus tunc post matrimonium consummatum mutuo consensu Religionem profitentibus manet indissolutum vinculum matrimonii, adeo ut facta dispensatione super voto, absque novo contractu matrimonio priori uti possint, ut omnes fatemur: quòd si ergò vinculum matrimoniale stat cum professione posteriùs emissâ, quid ni etiam stet professio prius emissa, cum vinculo matrimonii posteriùs contrahendi, quantùm est

de

de jure naturæ: ergò fatendum eſt, diremptionem eſſe ſolius juris Eccleſiaſtici.

42 III. Eodem jure Eccleſiaſtico tantùm votum ſolemne diſſolvit matrimonium ratum tantùm, etiam quoad vinculum, ita ut altero conjugum legitimè profeſſo, alter vinculo ſolutus ad vota alia tranſire poſſit, de hoc *Sect. 3.* Cùm de matrimonii indiſſolubilitate.

43 IV. Votum ſimplex caſtitatis etiam perpetuæ non dirimit, quia per illud tantum promittitur Deo corpus, & non actu traditur, ſicut in voto ſolemni. Excipitur communiter unicus caſus: ſi uxor in ſæculo manens, continentiam vovens marito dedit licentiam Sacrum Ordinem ſuſcipiendi, eo defuncto, nè validè quidem ad ſecunda vota ſeu nuptias tranſire poteſt, uti ex C. *quia ſunt. diſt.* 28. docet *Sanchez l. 7. De matrim. diſp.* 40. quem vide. Item ex ſpeciali conſtitutione Pontificia Gregor. XIII. in Bulla incipiente: *Aſcendente Domino.* vota ſimplicia biennii in Societate JESU matrimonia contrahenda dirimunt; de quo viderint ipſi.

§. VII.
ORDO.

44 *Ordo ſacer Subdiaconatûs*, &c. dirimit matrimonium contrahendum (non item diſſolvit matrimonium ratum) jure Eccleſiaſtico tantùm, & immediatè; & non, certè non ſemper ex voto annexo ſacro Ordini, in communi ſententia. Explico.

I. Dirimit matrimonium. Certùm de fide ex Con-

Concilio Trident. ſupra allegato *ſeſſ. 24. c. 9.* habetur variis ſacris Canonibus *c. nullus Miſſam. c. prater hoc. diſt. 32. &c. 2. qui clerici vel voventes. c. nn. de voto in 6.* docétque cõmuniſſima DD. cum D. Thoma, *Scot. in 4. d. 37.* ac late probant Azor, Sanchez, Bellarm. alii Theologi & Controverſiſtæ.

Non autem diſſolvere matrimonium ratum, habetur expreſsè *Extrav. antiqua Joann XXII.* ſi maritus ante matrimonii conſummationem ſacrum Ordinem ſuſcipiat absque conjugis licentia, & non ſicut ſacris Canonibus definitum eſt, irregularem fieri, atque monendum, non tamen cogendum, ut Religionem profiteatur; ſi nolit uxori repetenti reſtituendum eſſe, ut matrimonium cum ea conſummet, ſcilicet reddendo debitum, ſed non exigendo, ut notat *Gloſſa* ibidem. Quòd verò Eccleſia ſtatuat per profeſſionem Religionis matrimonium ratum dirimi, non item per ſuſceptionem Ordinis ſacri, ratio diſparitatis datur; quia per profeſſionem fit perfecta traditio ſui ipſius, & reciproca obligatio cum Religione, adeóque velut alterum matrimonium ſpirituale, cui meritò carnale initum cedere debeat, qualis perfecta traditio nulla reperitur in ſuſceptione ſacri Ordinis. Cæterùm tam Religioſi, quàm Clerici in Sacris matrimonium contrahere præſumentes, atque etiam moniales nupturientes, vel nubere attentantes, incurrunt excommunicationem ipſo facto; *Clementina unica, de conſanguin. & affinitate;*

tate: incidunt in irregularitatem bigamiæ similitudinariæ, & post sententiam etiam privationem beneficiorum: *c. decernimus dist.* 28.

45 II. Dirimit jure Ecclesiastico tantùm. Communissima DD. cum Scot. supra; nam jus divinum nullum extat, neque ostendi potest jus naturale; non enim dirimit matrimonium sacer Ordo ratione sui ipsius, ut patet in Græcis, certè alloquin iis etiam Catholicis & cum Ecclesia Romana communionem habentibus non permitteret usum uxorum. Neque dirimit jure naturæ ratione voti in communi sententia sacro Ordini annexi saltem implicitè, quia votum etiam solemne expressum professionis religiosæ jure naturæ vel divino non dirimit matrimonium contrahendum, ut §. *præcedenti* ostensum; ergò multo minùs illud votum implicitum annexum sacro Ordini, sed utrumque sola lege Ecclesiastica. Sed quæstio nunc est: utrum hac ipsa lege Ecclesiastica impedimentum sacri Ordinis sit immediatè ex lege & ordinatione Ecclesiæ, an verò ex voto annexo sacro Ordini? Jam dixi.

46 III. Dirimit immediatè ex lege & ordinatione Ecclesiæ. Est etiam communis DD. cum Scoto suprà: & apertissimè Concil. Trident. *sit. 9.* anathemate percellens dicentem: *Clericos in sacris constitutos, aut Regulares solemniter professos posse licitè & validè contrahere matrimonium, non obstante lege Ecclesiastica*, scilicet quoad Clericos: *vel toto*, scilicèt quoad Religiosos

gioſos profeſſos; claro & pleniſſimo ſenſu. Aut ſecundum aliam interpretationem: Eccleſia ibi duo definit, nimirùm, Clericos in Sacris, & Religioſos profeſſos non poſſe nec licitè, nec valide matrimonium contrahere: & utrosque non validè; quia obſtat lex Eccleſiaſtica: non licitè; quia in utrisque obſtat votum, ita ut in utrisque impedimentum quidem dirimens ſit ex lege & ordinatione Eccleſiæ, obligatio verò caſtitatis integræ ſervandæ ſit ex voto ſolemni à Religioſo quidem profeſſo ſemper explicitè; à Clerico autem ſacrum Ordinem ſuſcipiente ſaltem implicitè emiſſo. Hunc ſenſum & ſententiam alibi ſecutus ſum. Quare ſicut quis ob affinitatem v. g. contractam cum alia, immediatè ex inſtitutione Eccleſiæ fit inhabilis ad nuptias ob affinitatem prohibitas; ſicut etiam ob ſacrum Ordinem ſeriò & liberè ſuſceptum ex eadem inſtitutione Eccleſiæ immediatè quis fit inhabilis ad contrahendum matrimonium.

IV. Non ergò, certè non ſemper impedi-47
mentum hoc provenit ex voto; nam inprimis illud votum ſolemne caſtitatis annexam ſacro Ordini, tanquam nullo certo fundamento nixũ, negant ſimpliciter, atque adeò ipſam totam obligationem ſervandæ caſtitatis ſacris Ordinibus adjunctam non aliquo voto, ſed præcisè ex præcepto Eccleſiæ provenire probabiliſſimè docent cum Scot. cit. plures Juriſtæ & Theologi, eósque ſecuti Averſa hic *quæſt.* 4. *ſect.* 7. & latè Herincx de ſacro Ordine *diſp.* 10. *quæſt.* 10. &

10. & probabile fatetur Gobat hîc *caſ.* 13. *num.* 272. Deinde ſi quis ſuſcipiat ſacrum Ordinem volens quidem ordinari, at vel ſimpliciter nolens vovere, nec promittere, nec ſervare caſtitatem, vel nihil prorſus ſciens de voto hoc, nec intendens ordinari, ſicut alii, validè utique ordinatur, & impedimentum dirimens contrahit, imò & caſtitatem integram ſaltem extraneam ſervare tenetur; at certè nullum votum nec explicitè nec implicitè emittit. Quòd autem ſemper teneatur vovere caſtitatem, & ſatis gratis dicitur & interim antequam voveat, ratione voti nondùm habiti à matrimonio impediri non poteſt, nec interim contra votum peccare poteſt, cum nondum ſit emiſſum; ſicut qui vovit Religionem ingredi, interim antequam ingrediatur contra caſtitatem delinquens, votum nondùm emiſſum minimè violat: ergò non certò, nec ſemper hoc impedimentum oritur ex voto annexo ſacro Ordini.

Conſequenter nec certò Subdiaconus vel Sacerdos ſolo interno actu, conſenſu vel delectatione morosâ venereâ contra caſtitatem delinquens peccat peccato ſpeciali contra virtutem Religionis; ſicut peccat Religioſus voto ſolemni adſtrictus; quia in communi ſententia Eccleſia non poteſt præcipere vel prohibere directè actum merè internum.

At tandem, quid ſi quis ex metu gravi injuſto incuſſo (caſu ſanè non rarò in filiis familias) ſuſcipiat ſacros Ordines, non quidem omninò

etè sine omni consensu, vel invitus (quo casu certè tam Ordo, quam votum annexum, sicut & professio nulla esset) sed cum consensu illo meticuloso non sine multo admixto involuntario? R. 1. Clarum est tam professionem solemnem, quàm votum illud annexum Ordini sacro fore nullum, saltem jure Ecclesiastico, æquè ac matrimonium carnale. 2. Validus nihilominùs erit sacer Ordo; disparitas grandis est; quia votum vel professio essentialiter consistit in actu voluntatis voventis, eóque simpliciter libero; Ordo verò est Sacramentum consistens in actu Ordinantis requirens solùm dispositionem in ordinato, adeóque sufficit quicunque voluntatis consensus, & quælibet etiam habitualis intentio. 3. In rigore loquendo, sic ordinatus ex metu adhuc contrahit impedimentum dirimens matrimonium; quia hoc impedimentum dirimens, ut dictum est, ex ordinatione Ecclesiæ immediatè est annexum ipsi Ordini Sacro. Dico tamen: *in rigore loquendo*; nam valdè probabile est, Ecclesiam conjunxisse hoc impedimentum dirimens Ordini suscepto modô ordinariô: quare alibi ex communi DD. sensu dixi, talem per metum ordinatum nec teneri voto, quod certissimum: & liberè absque dispensatione matrimonium inire posse, quod probabile omninò & tutum est. 4. Eodem rigore, si infans ordinatus esset Diaconus vel Sacerdos (validè at non licitè ut alibi) factus adultus, etiam adstrictus esset impedimento; quia verè habet Ordinem sacrum: attàmen id

meritò limitavit, dum disposuit Ecclesia, ut ad veniente usu rationis optio detur, ut si velint sta re in sacro Ordine, stent, & deinceps exclu matrimonio obligabuntur ad castitatem; qu per illam electionem ipso facto subjiciunt se Ec clesiæ Præcepto; imò in communi Sententia c stitatem solemniter vovere censentur implicit Si verò stare nolint, ducant uxores, ut lubet, s Sacerdotio vel sacro Ordine non utantur.

48 Concludo casu heteroclito. Quidam igna rus Sacrorum Canonum suscepit Ordines M nores credens, jam & ipsius annexum esse votu castitatis & impedimentum dirimens, prio quam tamen susciperet Subdiaconatum, dux uxorem conscientia graviter obmurmuran posteà dubitavit, an validè matrimonium ini rit, nec ne? Certè non reputabitur inter stulto nam matrimonium tale invalidum censent m gni Canonistæ, *Joan. Andreas. Ancharan Butrius. Imola*, &c. Sed ℟. Peccasse quide mortaliter ob conscientiam erroneam de gra peccato; at matrimonium sine dubio fuisse v lidum eóque licitè uti posse depositâ conscie tiâ erroneâ; quia nemo potest emittere votu quod privata authoritate vel errore possit di mere matrimonium. Ita communis DD. cu Sanchez *l.* 7. *disp.* 31. *num.* 5. Bonacin. Escob. Leander, alii, cum Gobar *cas.* 31. *in fine.*

* *
*

§. VI

§. VIII.
LIGAMEN.

EST ipsum vinculum conjugum matrimo- 49
niale ortum ex matrimonio rato vel consummato utroque conjuge vivente indissolubile; adeóque impedimentum dirimens matrimonium cum quocunque alio, vel aliâ quacunque contrahendum, alioquin verum adulterium futurum, ipso naturali & divino jure prohibitum. Etsi enim olim polygamia Judæis ex speciali privilegio permissa fuerit à Deo, modò tamen Christianis interdicta est, tum jure divino, ut *Matt.* 19. *&* *Marc.* 10. ubi expressè mœchæ vel adulteri damnat Christus relinquentes priorem maritum vel uxorem, & alteri nubentes; multò magis ergò priori conjuge retentâ, aliam superducentes. Tum etiam jure Ecclesiastico, præsertim Concil. Trid. *Sess.* 14. *c.* 2. *Si quis dixerit, licere Christianis habere simul plures uxores, & hoc nulla lege divina esse prohibitum, anathema sit.* De hoc latè Scholastici & Controversiæ, quos consulere potes. Nobis pro praxi, eáque difficillima, & non rara, solùm videndum: quanda certitudo requiratur de conjugis absentis morte, ut alteri ad alias nuptias transire liceat, ac permitti possit à Judice, Parocho, vel Confessario.

Regula certissima. Neutri conjugum licet, 50
vel permitti potest quavis authoritate ad secundas nuptias transire, nisi habita notitia moraliter certa de morte alterius. Ita expressè Clemens III.

c. *In Præsentia. De Sponsal. & Matrim.* ho
textu. *In Præsentia nostra quæsivisti: Quid agen
dum sit de mulieribus, quæ viros suos causâ ca
ptivitatis vel peregrinationis absentès ultra se
ptennium præstolatæ fuerunt, nec certificari po
sunt de vita vel morte ipsorum, licèt super ho
sollicitudinem adhibuerint diligentem & pro ju
venili ætate seu fragilitate carnis nequeunt con
tinere petentes aliis matrimonio copulari. Con
sultationi ergò tuæ taliter respondemus: Quæ
quantocunque annorum numero remaneant ex
ventibus viris suis, non possunt ad aliorum con
sortium canonicè convolare, nec authoritate Ec
clesiæ permittas contrahere, donec certum nun
cium recipiant de morte virorum.* Hæc Cle
mens. Similiter Lucius III. Papa c. *Dominus. D
secundis nuptiis*, decernit, ut nullus ammodo
secundas nuptias migrare præsumat, *quoad con
stet*, quòd ab hac vita migraverit uxor ejus.

Qua nimirùm Constitutione Pontificiâ correctum est jus civile *L. Uxores ff. De divor.* statuens: ut mulier, quæ de viri vita quinque an nis nihil audivit & verè dubitat, possit post quin tum annum alteri nubere. Et si quæ aliæ leg post certum annorum numerum id permittant & vulgaris persuasio fuit, ut post septem annos conjux, si nihil de altero conjuge audivit, possi ad alias nuptias convolare. Et ratio urgens est quia quantocunque tempore certò non constet de morte conjugis, manet dubium: at in eo dubio possidet certa lex matrimonii, quæ servanda est

qui

quia *in dubio factum non præsumitur, sed demonstrari debet.* Audisti: *Donec certum nuntium recipiant.* Ubi intellige; *nuntium* non masculinum, quasi unus nuntius etiam de visu testans, referensque de obitu conjugis absentis sufficiat, ut plures voluerunt apud Sanchez merito reprobantem; sed *nuntium* in neutro genere, id est, certam annunciationem seu informationem, vulgò gewissen Bericht / ut ipse significat Lucius Papa, *quoad constet;* hoc enim verbum importat; ut constet per instrumenta, per testes plures de visu, aut per sententiam Judicis, seu authenticam Magistratûs testificationem, sic ut omne mortale dubium excludat. Mascardus *De Probation. conclus. 75. num. 31.* & hanc moralem certitudinem necessariò exigit Judex Ecclesiasticus in foro externo, ut ad secundas nuptias transire permittat. Verùm quia in foro conscientiæ plerumque mitius agitur, ac tanta certitudo, tam certum *nuntium & constat* sæpè haberi non potest, videamus breviter: quid in particulari sufficere possit.

I. Si Parochus seu Rector Parochiæ testifice- 51
tur de morte talis, vel exhibeatur ejus authentica fides, sufficienter probabitur mors conjugis; quia hæc est probatio probabilis officialis seu per publicum instrumentum exhibita, quæ fidem moraliter certam facit.

II. Unus privatus testis etiam de visu seu oculatus per se non sufficit; quia unus tanti negotii rem certam non reddit & experientia docuit,

cuit, etiam his temporibus perſæpè fefelliſſe. E communi *Tambur.* ibidem. Sufficit autem Unus teſtis de viſu omni exceptione major. S cundùm omnes. 2. Vir bonæ fidei, qui jurat deponit de morte conjugis. Abbas *in cit. c. præſentia num. 6.* 3. Item vir bonæ fidei; q ſciat rationem reddere certæ ſuæ ſcientiæ v cauſæ mortis, ut ſi in bello conflixerit, tali vel li morbo correptus objerit, aliáve ſigna evide tia, teſtimonia, Inſtrumenta proferat. Commu nis. 4. Si cum uno teſte de viſu aliæ ſimiles co jecturæ ſeu admiracula conjungantur, maxim ſi per locorum diſtantiam major probatio ſp randa non ſit. Ex communi Sanchez *l.* 2. *di* 38. *num.* 2.

III. Multò minùs ſufficit unus vel plures t ſtes de auditu tantùm, ſeu fama communis morte talis conjugis; id enim nullo modo re certam reddit; quòd ſi tamen rursùs fama co juncta ſit cum aliis non levis momenti indici vel conjecturis, teſtimoniis vel præſumption bus, quæ licèt ſingula ſeorſim non ſuffician omnia tamen ſimul juncta moralem certitud nem cauſant; uti, quia viri graves maximè d magiſtratu loci id aſſerunt; teſtis bonæ fidei o cultus eſt; vir ſenex eſt; in acie conflixit; tem pore peſtis ægrotavit, quæ omnia ſimul junct moralem certitudinem ac probabilem præſum ptionem conſtituunt, uti plurimis citatis do cent Navar. *c.* 22. *num.* 53. Sanchez *l.* 2. *di* 46. *quæſt.* 2. Layman. *tract.* 10. *part.* 3. *c.* 3. *n.* 1.

Tam-

Tambur. *cit. num.* 10. ubi maximè valet prudentis judicium, adeóque in foro externo judicis arbitrio relinquuntur; in foro verò conscientiæ planè sufficere possunt.

IV. Multò minùs adhuc sufficit sola quantumvis diuturna conjugis absentia, ut constat ex S. Textu cit. lege Sanchez cit. *num.* 2. attamen si post longum tempus, etsi nec testis, nec fama adsit de morte conjugis adsunt autem alia magna indicia & conjecturæ rationabiles, probabilem, etsi non omninò certam præsumptionem causantes de more conjugis, an non pro foro conscientiæ sufficere possit? audi non me, sed germanum Layman *cit. l.* 3. *num.* 2. ubi narrato casu (quidam in amentiam ac furorem actus aliquoties, sibi necem inferre tentavit, postea vinculis constrictus fuit, ex quibus denique erupit, quò autem devenerit, licèt diligenter quæsitus, nulla ratione sciri potest, atque ab eo tempore octo vel decem anni intercesserunt) ita concludit: *Valdè probabilis est sententia Rosellæ, S. Antonini, Sylvestri, Chiliarchi, quòd mulier in tali casu non peccaret, si nemine se opponente ad secundas nuptias transiret. Quamobrem confessarius in conscientiæ foro id ipsi permittere, & Judex in foro externo, si post celebratas nuptias causam intelligeret, neque mulierem punire, neque à secundo viro separare deberet, donec cognitum esset priorem maritum adhuc vivere: idque apertè sumitur ex c. Cùm per bellicam.* 34. *quæst.* 1. *Si verò de carnali conjugio sit agendum, tam-*

diu alteruter conjugum exspectet, donec de ipsa obitu verisimiliter præsumitur: Atqui in proposito omninò verisimiliter præsumitur. Et ratio est; quia in rebus moralibus, in quibus plerumque certitudo haberi non potest, homini ad actiones suas instituendas sufficere debet probabilissima, licèt non omninò certa præsumptio. Hactenus Layman.

Accipe adhuc unum & alterum. Titius maritus in locum valdè remotum abivit; unus unicus testatur, esse illum ibi mortuum, afférque sui dicti argumenta verissima, nec facilè possunt aliæ probationes mortis haberi. In hoc casu potest uxor aliter nubere. sic reflexè Sanchez, *l. disp. 46. num. 5.* Item Cajus in longinquum locum profectus, Sempronius prælium ingressus, Titius jam senex, non ampliùs comparent, & fama est obiisse, &c. habetur sufficiens notitia de morte singulorum. Ita ex Navar. Sylvestro Valent. Tanner. *hic disp. 8. quæst. 4. dub. 6. num.* 106. quos vide. Simili ergo casu occurrente confessarius non consultus quidem prudenter dissimulando permitteret ex mente Layman, & aliorum DD. nominatorum; at vero interrogatus vix positivè suadere poterit, multò minus Parochus matrimonio astituras; post factum autem tutè dissimulandum erit.

52 Corollarium: quincunque ergò absque omni ejusmodi morali certitudine ac probabilissima saltem præsumptione, temerè ac verè propriè dubius de morte prioris conjugis matrimonium aliud

aliud contraheret, (quamvis si reverà prior conjux jam sit mortuus matrimonium valeret, ut contra Pontium & nostrum Marchant benè probat Barbosa cit. *c. Dominus*: cùm nihil planè juris tunc, vel jus ullum matrimonium irritet) omnium tamen consensu matrimonium sic dubiè contrahens peccat mortaliter, & ex parte sua ab usu matrimonii petendo abstinere debet, donec de morte conjugis satis constet, uti latè probat Lucius Papa cit. *c. Dominus Nullus ammodò ad secundas nuptias migrare præsumat, donec constet, quòd ab hac vita migrârit uxor ejus, si verò aliquis vel aliqua id hactenùs non observavit, & de morte prioris conjugis adhuc sibi existimet dubitandum, ei qui ipsi nupsit* (bona fide scilicet) *debitum non deneget postulanti, quod à se tamen noverit nullatenùs exigendum. Quòd si post hæc de prioris conjugis vita constiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem conjugem revertatur.* Et hinc

Econtra, habita quacunque morali certitudine, notitia vel præsumptione de obitu absentis conjugis, etiam per sententiam judicis, matrimonióque novo quantumvis bona fide contracto; si tamen revera adhuc vivit prior conjux, matrimonium secundum nullum est ex impedimento legaminis; ideoque habitâ certâ notitiâ de vita prioris conjugis, matrimonio secundo simpliciter abstinendum est síque is fortè compareat, conjugem suam sibi revocare debet. Damnata nimis esset hic compensatio.

53 At quid si deprehendatur tempore secun matrimonii contracti quidem vixisse adhuc pri rem conjugem; modò autem certò constat, vivis excessisse? R. Adhuc deferendus est thoru quia adhuc matrimonium secundum fuit inv lidum, & juxta regulam juris: *Non firmatur tr ctu temporis, quod ab initio non subsistit*: nec nebuntur ullo jure secundum matrimonium n vo consensu validare, si tamen suscepta esset u vel plures proles, omnino convenit, ut consi metur illud matrimonium, nam hoc facit meliorem educationem prolis, & multas tric evitandas, etsi non foret necesse ad legitima dam prolem; nam proles nata ex matrimon bona fide putato legitimo ab utroque conjuge in foro omni legitima habetur.

At quid si è contra de novo contrahens cer crederet, priorem conjugem adhuc vivere, re verà tamen jam vitâ functum? Dicam *sect.* 3. consensu de præsenti nimirum nullum esse ma trimonium, si absolutè consentiant; cùm impos sibilium etiam falsò creditorum, nulla fieri, ac esse possit voluntas efficax; validum autem fo ret, si contraxerunt conditionatè: si jam mor tuus esset, si fortè possumus, &c.

§. IX.

PUBLICA HONESTAS.

54 IMpedimentum publicæ honestatis est pro pinquitas orta ex sponsalibus vel matrimoni rato tantùm inter sponsum ex una parte, & con sanguineas sponsæ ex altera parte, ac vicissim vi-

& versa, &c. jure ecclesiastico dirimens matrimonium contrahendum cum iisdem consanguineis sponsi vel sponsæ, de futuro in primo gradu tantùm; de præsenti verò in matrimonio rato usque ad quartum gradum publicæ honestatis gratiâ; quod nimirùm parum honestum videatur, ut ij, qui jam matrimonium inter se fide data desponderunt, & maximè de præsenti contraxerunt, deinceps cum alterius utriusque consanguineis publicè contrahant, & commisceantur. Et dicitur etiam in jure ac Trident. mox citando *justitia publicæ honestatis*, quod scilicet videatur justum & æquum, decentiæ ac honestati publicæ congruum, ut inter se non copulentur matrimonio illi, quos impedimentum hoc publicæ honestatis arcet à matrimonio.

Impedimentum hoc dirimens introductum est jure ecclesiastico. *c. Juvenis. c. sponsum de sponsal. & matrimonio, &c. 2. si quis uxorem c. si quis desponsaverit. 27. quæst. 2.* & quidem jure illo antiquo extendebatur usque ad quartum gradum, ut nimirùm irritum esset matrimonium contractum à sponso, seu viva seu mortua etsi nunquam carnaliter cognitâ sponsâ, cum ejusdem filia, nepte, abnepte, &c sorore, patruele, consanguinea, &c. item matre, avia, &c. & sic econtra sponsa cum consanguineis sponsi. Idque decernitur *cap. unico de sponsal. in 6.* sive sponsalia valida fuerint, sive invalida ex quacunque causa, præsertim ex defectu consensûs. Verùm hoc nimis rigidum antiquum jus correctum

ctum est novo jure Concil. Trident. *sess.* 24. *c.* *de reformat. matrimon.* ira statuente: *publi honestatis impedimentum ubi sponsalia quacu que ex causa valida non erunt, sacra Synod prorsus tollit; ubi autem valida fuerunt, primu gradum non excedat; quoniam in ulteriorib gradibus jam non potest ejusmodi prohibitio s dispendio observari.* Hæc Concilium: loque tamen de solis sponsalibus; nihil de matrimon rato, ut patebit de utroque pauculis seorsim.

EX SPONSALIBUS.

55 EX solis ergò nunc sponsalibus validis ac gitimis oritur hoc impedimentum publ cæ honestatis, non item ex quacunque ratio invalidis, ut loquitur Concilium. Ergò ne etia non ex sponsalibus fictis? R. Ita non oritur, contra Sanchez, & alios probabilissimè doc Repellus apud Gobat *Cas.* 17. *num.* 368. a probantem; est enim etiam promissio ficta a qua ratione invalida, quippè minimè obligans justitia, sed solùm ex virtute fidelitatis extern qua homo tenetur sua verba conformare fact Vide dicta de promissione. Adde: hoc impedi mentum etiam oriri ex solis sponsalibus absol tis, non item conditionatis de futuro, cond tione nondùm impleta; sic enim nondùm fu vera sponsalia: at quando conditione imple transeunt in absoluta, jam primùm inducent ho impedimentum, ut observant. DD. communi ter & infra etiam exemplum dabo.

56 II. Hoc impedimentum solùm oritur inte sponsu

sponsum & consanguineas sponsæ, ac vicissim, & in primo gradu, non ultrà, ut expressè Concilium Ex. g. Titius contraxit sponsalia valida cum Caja ponitur solùm impedimentum dirimens, ut non possit matrimonium contrahere validum seu vivente adhuc, seu mortua Caja, cum ejusdem Cajæ matre, sorore; filia, cum omnibus aliis potest; & viceversa, Caja non possit matrimonium contrahere cum patre, fratre, & filio Titii; bene tamen utervis cum aliis consanguineis validè; at stantibus sponsalibus non licitè; nam sponsalia legitimè contracta cum una sunt impedimentum impediens respectu cujusvis alterius.

III. Impedimentum hoc ex sponsalibus per- 57
petuum est, ut neque morte alteriusvis sponsorum cesset impedimentum dirimens matrimonium contrahendum cum dictis consanguineis sponsi vel sponsæ: ut habetur expressè jure cit. *c. si quis uxorem desponsaverit vel subarrhaverit, quamquam posteà superveniente die mortis ejus nequierit eam ducere in uxorẽ, tamen nulli de consanguinitate ejus* (modò jure novo in primo gradu tantùm) *licet accipere eam in conjugem* Idque repetit. *c. sequens* Controversia autem gravissima fuit hactenùs: an si sponsalia semel facta valida mutuo consensu vel alia justa causa legitimè dissolvantur, cesset hoc impedimentum? cessare docuerunt gravissimi DD. apud Tambur. *eit. c.* 11. §. 2. Gobat *cas.* 15. Non cessare sine dubio probabilius jurique conformius

formius docuerunt DD. communiùs cu
Sanchez *l.* 7. *disp.* 66. *num.* 21. Layman *c.* 9. a
apud ipsos. Ratio est; quia cum ab initio vali
fuerunt sponsalia, jam ortum fuit impedime
tum: atqui impedimentum semel verè exo
tum minimè pendet à voluntate sponsorum;
eorum libitu permaneat, vel cesset. Deinde
morte alterius sponsorum dissolvuntur spon
lia, & tamen tunc non cessat hoc impedimen
paret ex claris juribus allegatis: ergò licet mut
consensu solvi possint sponsalia non tamen id
cessabit impedimentum. Respodent quidam
satis commodè DD. oppositæ sententiæ ap
Tambur. & Gobat. citt. ostenduntque ea
sententiam probabilem; atque in praxi secut
fuisse aliquos Episcopos ac viros doctissimos
afferebatur pro ea Declaratio Cardinalium S. O
ficii; & fateor in duobus casibus me non fecis
scrupulum pœnitentibus; sed quidquid fue
de illa Declaratione sine dubio non authenti
& sufficiente ad legem statuendam. Jam tame
priorem sententiam prorsùs evertit, & certa
alteram Sanchezii reddit alia novissima & a
thentica Declaratio eorundem Eminentissimo
rum Cardinalium sub Alexandro VIII. apud Pr
sper. Fagnanum *in c. ad Audientiam De spon
sal. & matrimonio.* & Tambur. cit. *c.* 9. *num.*
ubi post narratum casum de Alphonso Rod
quez, qui post sponsalia contracta cum Isabel
Ruiz, & in hujus gravi morbo, mutuo optimo
que consensu, dissoluta, posteà volebat contr
he

here cum ejusdem Isabella sorore Maria. Sic habetur:

Jubente sanctissimo Domino nostro propositum fuit in sacra Congregatione Concilii, an sponsalibus validè initio contractis, deindè mutuò consensu dissolutis, sit sublatum impedimentum justitiæ publicæ honestatis: & dubio pluries proposito & maturè examinato, tandē sub die 6. Julii anno 1658. *Eminentissimi, Patres in antiqua ejusdem Congregationis sententia consentientes censuerunt: non esse sublatum. Cujus sententiæ una cum rationibus hinc inde deductis, & recentibus ejusdem Congregationis in hac materia responsis, facta relatione ad sanctissimum, Sanctitas sua die* 10. *ejusdem mensis, prædictæ Congregationis probavit conclusionem eámque jussit in dubium deinceps non revocari.*

Quæres curiosule: nónne jam moveri potest prudens scrupulis illis, qui secuti priorem sententiam tantorum Virorum matrimonium contraxerunt cum sorore v. g. vel filia prioris sponsæ, sponsalibus prioribus solutis? R. Minimè: nam juxta *legem Barbarius ff. De officio Prætoris.* valet quilibet contractus, adeóque etiam maximè matrimonialis, ex allegata, prudentérque credita authoritate legis: atqui qui ex resolutione illorum Episcoporum & tantorum DD. sic matrimonium contraxerunt, id fecerunt ex allegata prudentérque credita authoritate legis, scilicet Declarationis illius quasi habentis authoritatem legis clarissimè loquentis, etsi reverà

talis non fuerit: ergo valere debuerunt contr
ctus illi. Denique leges & DD. toti sunt in tue
do matrimonii bona fide contracti valore, ne
dissolutione gravissima oriantur incommod
Lege Gobat *cas.* 15. *toto* de hac re omnium
quos vid. optimè & practicè differentem.

58 IV: Ex dictis resolvendi sunt varii casus: h
hisque similes. 1. Si Sempronius sponsalia co
traxit cum Titia pura & absoluta, & postea co
tra fidem priorum sponsalium contraxit cu
ejus consanguinea in primo gradu: Tam spo
salia, quam matrimonium irritum est ob justi
tiam publicæ honestatis; nihilominùs adhu
potest, & debet ducere priorem sponsam, no
obstantibus secundis sponsalibus cum consa
guinea, si copula nulla intercessit: idque non so
lùm jure novo Trident. quia secunda sponsa
sunt invalida: sed etiam jure antiquo, ne dete
mutua quasi reactio irritandi inter sponsa
priora & posteriora. *c. unico. De sponsal. in*
2. Si Sempronius priora sponsalia contraxit cu
Titia sub conditione pendente in futurum v.
si parentes consenserit, si Papa dispensaveri
&c. & illa conditione nondùm impleta, abs
lutè contrahat cum ejus consanguinea, tunc
neutris sponsalibus oritur impedimentum dir
mens: non ex primis; quia ex sponsalibus co
ditionatis ante eventum conditionis, quia adhu
sponsalia simpliciter non sunt, non oritur imp
dimentum hoc, quin saltem validè cum secu
da contrahere possit: neque ex secundis, utpo
illius

illicitis & invalidis contra fidem priorum ſponſalium; ex ſponſalibus autem invalidis non oritur hoc impeaimentum publicæ honeſtatis, ut dictum. De quo pluribus Sanchez, *l. 7. diſp. 61.*

Hûc refer caſum recentem: quædam voto caſtitatis adſtricta contraxit ſponſalia cum Titio, qui re cognita libenter ceſſit; poſteà, impetrata diſpenſatione ſuper voto, contrahit cum ejusdem Titii fratre juniore ſponſalia, valebitne matrimonium? R. valere dupliciter: & quia prima ſponſalia fuerunt invalida, & quia alter ceſſit. Qòd ſi tamen ſponſalia prima fuiſſent conditionata: ſi à voto diſpenſata fuero: poſt impetratam diſpenſationem ipſo facto ſuiſſet ortum impedimentum dirimens, ideóque matrimonium ſecutum nullum. 3. Si Sempronius abſolutè ſibi deſpondit Titiam, & poſteà carnaliter cognoſcat ſororem ejus Cajam: neutram uxorem ducere poteſt: non Titiam ob impedimentum affinitatis: nec Cajam defloratam ob impedimentum publicæ honeſtatis. 4. Si Titius deſponſavit ſibi Cajam, & hanc uxorem duxit frater ejus Sempronius, matrimonio nondum conſummato, Titius, etſi non teneatur ob fractam fidem, adhuc tamen ſi vult, poteſt ducere Cajam, quia priora ſponſalia ob publicam honeſtatem annullantia ſequens matrimonium, non poſſunt annullari viciſſim à ſequenti matrimonio, ut ſuprà notatum. Sed de hoc mox.

EX MATRIMONIO RATO,

591. EX matrimonio rato tantum, nondum consummato, oritur impedimentum publicæ honestatis usque ad quartum gradum inclusivè (sicut ex matrimonio consummato per copulam perfectam oritur aliud impedimentum affinitatis usque ad eundem gradum: ut si Titius contraxit matrimonium per verba de præsenti cum Caja, & nondùm consummavit, non poterit tamen idem Titius, seu vivus adhuc seu mortua Caja, matrimonium contrahere cum ulla ex ejusdem consanguineis usque ad quartum gradum: similiter è contra Caja, seu vivo seu mortuo jam Titio, non poterit nubere ulli ex consanguineis Titii usque ad quartum gradum. Olim quidem jure antiquo utrumque impedimentum & publicæ honestatis ex matrimonio rato, & affinitatis ex matrimonio consummato, sicut & consanguinitatis extendebatur usque ad septimum gradum; verùm nunc jure Trident. affinitatis & consanguinitatis impedimentis ad quartum gradum restrictis, intelligitur restrictum etiam à fortiori impedimentum publicæ honestatis.

60 II. Item impedimentum publicæ honestatis oritur ex omni matrimonio rato seu per verba de præsenti contracto non tantùm valido, sed etiam invalido, præterquam, si esset invalidum defectu ipsius consensus: habètque se numero dem modo, quo olim jure veteri: juxta communissimam DD. (uno tamen vel altero apud

rincx cit. reclamante) nam Trident. suprà impedimentum hoc ortum ex sponsalibus, solùm restrinxit ad primum gradum & sponsalia valida tantùm: uti declaravit Pius V. *in Bulla ad Romanum Pontificem spectat. tit. da matrimon. & sponsal. in* 7. Quoad matrimonium autem ratum manet in vigore dispositio juris antiqui, quo nascebatur hoc impedimentum, etiamsi matrimonium fuerit invalidum; dummodò non ex defectu consensus. Quare si matrimonium tuum priùs fuit invalidum ex impedimento voti, sacri Ordinis, ligaminis, consanguinitatis, affinitatis, criminis, &c. contraxisti hoc impedimentum, ut nihilominùs non possis contrahere cum consanguinea prioris uxoris putatitiæ, neque illa vicissim cum consanguineis tuis infrà quartum gradum.

III. Non autem contraxisti hoc impedimen- 16
tum, si matrimonium fuit invalidum ex defectu ipsius consensus, ut si priùs matrimonium contraxisti cum errore personæ, cum ignorantia qualitatis servilis, ex metu gravi injustè incusso, in ebrietate plena, amentia, infantia seu tenera ætate ante plenum usum rationis; quin etiam in ætate adulta impuberi matrimonium contractum est invalidum ex defectu consensus, ideóque non contrahis impedimentum hoc publicæ honestatis ex matrimonio rato usque ad quartum gradum. Attamen quia consensus impuberum ex speciali dispositione juris adhuc habet vim sponsalium, ut infrà videbimus, ideò adhuc

contrahis impedimentum publicæ honest
ex ſponſalibus uſque ad primum gradum
tùm : & tandem, matrimonio poſt puberta
adeptam ratificato, etiam impedimentum ex
trimonio rato.

62 IV. Unum & alterum dubium eſt. Un
quid ſi matrimonium ſit invalidum ob con
ſum clandeſtinum, ſine Parocho & teſtibus
tractum? Tunc non contrahi hoc impedi
tum cùm pluribus tenet Sanchez *lib. 7. de ma
mon. diſp. 70.* eò quòd ſit defectus conſenſus
quidem ſponſalium vim habens. De quo ta
infrà. Sed rectiùs, adhuc incurri affirmant
zius, *Averſa*, alii cum Martino Perez *diſp.
ect. 3.* & noſter Herincx *diſp. 6. hic, que
ſnum. 70.* Ratio bona eſt; quia reverà illud
trimonium non eſt invalidum ex defectu
ſenſûs, ſed ex defectu ſolemnitatis à Con
Trident. requiſitæ: ergò ex alio impedime
quàm ex defectu conſenſûs. Sed tu ne ce
ſententiam Sanchez improbabilem, & in
neceſſitatis pro foro conſcientiæ ſequi ne ve
ris.

63 Alterum : quid ſi matrimonium ratu
conditionatum ſub conditione de futuro
accipio te in meam, ſi Papa diſpenſav
R. quamdiu manet conditionatum non p
hoc impedimentum : at adveniente ſeu imp
conditione pariet; ſiquidem teneas ſententi
quòd adveniente conditione ſtatim absque
novo conſenſu matrimonium fiat ratum. Si

rò teneas, requiri novum consensum; tunc ante hunc novum consensum, impleta conditione, solùm optinebit vim sponsalium, sicut matrimonia impuberum; ideóque pro tunc pariet tibi solum impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus ad primum gradum; & elicito novo consensu primum erit impedimentum ex matrimonio rato usque ad quartum gradum.

CLASSIS III.

Impedimentorum.

NIMIA CONJUNCTIO.

COntinet quinque impedimenta, cognatio, 64
eáque triplex: Naturalis seu consanguinitas, Legalis, & Spiritualis: affinitas, & scelesta conjunctio criminis.

SUMMARIA.

65. Consanguinitas quid;
66. Explicantur ejus lineæ.
67. Quousque, & quo jure dirimat? usque ad n. 71.
71. Affinitas quid, & quotuplex?
72. Ex qua copula, & quando oriatur? usque ad n. 76.
76. Qualis affinitas dirimat matrimonium? ac
79. Quousque, & quo jure?
83. Quo gradu, & quis contrahat impedimentum petendi debitum?
85. Cognatio legalis quid, quotuplex, & inter quos dirimat?
86. Cognatio spiritualis quid, & quotuplex?
87. Qualis, & quo jure dirimat?
89. Quis baptizans eam contrahat?
93. Qualis patrinus eam contrahat?
95. Ad hoc requiritur tactus physicus infantis.

96. *Potest tamen quis fieri patrinus per Procuratorem, legatum.*
97. *Resolvuntur varia.*
99. *Impedimentum criminis est quadruplex.*
100. *I. Homicidium solum, si quis occidit uxorem su vel maritum alterius.*
101. *Ex prævia conspiratione.*
102. *Et intentione contrahendi matrimonium cum*
103. *Exempla.*
104. *II. Homicidiũ cùm adulterio jam prius tum alia missio factum cum intentione postea cum ea contrahe*
106. *III. Adulterium solum cum promissione matrim de futuro.*
107. *Sive deinde adulterium sit commissum ante, vel promissionem.*
108. *Debent tamen ambo, promissio & adulterium f facta vivente eodem conjuge.*
109. *Debetque illa promissio utrinque esse seria, accepta & absoluta.*
110. *Ac adulterium verum, formale, & perfectum.*
111. *IV. Adulterium solum cum alio matrimonio tracto.*
113 *Quo jure sit inductum hoc impedimentum.*

§. X.

CONSANGUINITAS.

65 SEu cognatio naturalis vel carnalis definit *vinculum seu connectio personarum, qua eodem propinquo stipite seu principio per carn generationem descendunt.* dicitur *Propinq* quia à stipite valde remoto descendentes, c sanguinei non dicuntur; alioquin omnes hom nes oporteret esse consanguineos, quippe o nes ab eodem stipite seu parente Adamo & N descendentes: certè neque à Germanis, neq Latinis, Italis, Gallis, &c. nisi fortè à Princip

bus

bus appellantur consanguinei, vel cognati, qui distant inter se decem vel duodecim gradibus. Quamvis autem Legistæ faciant discrimen inter cognatos & agnatos, sic ut cognati sint illi soli, qui per virilis sexus conjunctionem uniuntur; agnati verò potissimùm, qui per fœmineum sexum uniuntur, attamen Theologi communiter promiscuè sumunt pro iisdem. In hac autem consanguinitatis conjunctione seu coordinatione personarum assignatur linea duplex, recta & transversa, & utriusque distincti gradus. Explico prout possum strictissimè pro faciliori & tenaciori memoria.

I. Linea consanguinitatis difinitur: *est ordinata connectio personarum consanguinitatem inter se habentium in ordine ad eundem stipitem*, Gradus verò consanguinitatis est *Distantia unius personæ ab altera in eadem linea consanguinitatis in ordine ad eundem stipitem.* Stipes autem est illa persona, in qua velut principio originis personæ consanguineæ concurrunt. *Linea* quoque consanguinitatis duplex est: *Recta* eàque duptex: ascendentium & descendentium; & *transversa*; eàque & æqualis, & inæqualis, Linea lateralis est solùm linea recta specialis. 66

II. Linea recta consanguinitatis ascendentium, *est coordinatio personarum secundùm habitudinem ad suum principium originis*, ut pote patrem, matrem, &c.

Linea recta descendentium, *est coordinatio personarum secundùm habitudinem principii ad*

inde

indè derivatos utpotè filios, nepotes, &c. In utraque est hæc Regula generalis. *Tot sunt gradus in linea rectâ ascendente vel descendente quot sunt personæ, demptâ unâ*, v. g. pater & filius, duæ tantùm immediatæ personæ, unico tantùm gradu distant; avus & nepos, tres tantùm personæ, duobus tantùm gradibus distant, seu quod idem est, sunt consanguinei in secundo gradu.

III. Linea transversa *est coordinatio personarum, quarum neutra vel nulla ab altera, sed utraque vel omnes ab alio eodem stipite descendunt*. Linea transversa æqualis dicitur. *Habitudo inter personas ab eadem communi stipite æqualiter distantes*; ut inter fratres & sorores, patruales, & consobrinos. Et pro hac est regula generalis. *In linea transversa æquali quot gradibus persona singulæ distant à communi stipite, totidem distant inter se.* Sic fratres & sorores cum uno tantùm gradu distent à patre: patrueles & consobrini, cùm distent duobus, etiam inter se distant uno aut duobus gradibus, seu quod idem est, sunt consanguinei in primo, vel secundo gradu.

IV. Linea transversa inæqualis est *Habitudo inter personas inæqualiter à communi stipite distantes*; utpotè patruus & nepos ex fratre. Pro hac est Regula Generalis. *In linea transversa inæquali quot gradibus remotior persona distat à communi stipite, totidem gradibus ipsæ personæ distant inter se.* v. g. Filius tuus proprius & filii fratris

fratris tui seu neptis ex fratre distant duobus gradibus, seu ut loquimur, primo gradu in secundum; quia licèt filius tuus uno gradu distet à patre, nepos tamen ex fratre distat duobus gradibus. Exempla facilius occurrunt ex pictura, quàm Scriptura.

Hic fortè sæpiùs hæres, & erras in nominibus ejusmodi graduum. ut omnibus omnia fiam, agam paulisper Grammaticastrum. In linea recta, utique intelligis, quid sint ascendendo: Primò *Pater*, *Mater*. Secundò *Avus*, *Avia*. Tertiò *Proavus*, *Proavia*. Quartò *Abavus*, *Abavia*. Et descendendo: Primò *Filius*, *filia*. Secundò *nepos*, *neptis*. Tertiò *Pronepos*, *proneptis*. Quartò *Abnepos*, *abneptis*. In Linea transversa ascendendo: Primò Patris frater *Patruus*, patris soror *Amita*, & horum filii *Patrueles tui*: Matris frater *Avunculus*, Matris soror *Matertera*, horum filii *cònsobrini tui*. Secundò Avi frater *Magnus Patruus*, Avi soror *Magna amita*: Aviæ frater *Magnus Avunculus*, Aviæ soror *Magna Matertera*. Tertiò Proavi frater *Magnus propatruus*, Proavi soror *Magna proamita*: Proaviæ frater *Magnus Avunculus*, Proaviæ soror *Magna promatertera*. Et hîc est status; nam Abavi & Abaviæ fratres & sorores jam ascendunt in gradum quintum. In linea transversa descendendo vix usurpantur nomina propria, sed simpliciter dicuntur: Primò *Frater*, *Soror*. Secundò horum filii ex fratre vel sorore *nepos* vel *neptis*. Tertiò horum filii ex fratre vel

sorore *pronepos, proneptis.* Quartò & horum lii ex fratre vel sorore *abnepos* vel *abneptis.* I ergò videndum hoc consanguinitatis impe mentum.

Quousque, & quo jure dirimat.

67 I. COnsanguinitas ergò juxta prædictos gr dus lineæ rectæ & transversæ æqualis inæqualis, est impedimentum dirimens mat monium contrahendum inter consanguineos re quidem antiquo usq; ad septimum gradum 1. *& sequent.* 35. *quæst.* 3. At jure novo restri gente semper usque ad quartum inclusivè, Concil. Lateran. *c.* 30. relato *c. Non debet. Consanguinit. & Affinitate*, & novissimè Tr dent. sæpè cit. *Sess.* 24. *De reformat. Matr mon.* Congruè autem Ecclesia ita statuit, tum majorem commoditatem humani commer inter fideles, ut per fœdera conjugorum in diversas familias magis dilatetur amicita : tùm ad majorem cautelam servandæ continentiæ in ter sanguine junctos, qui frequenter cohab tant, & valdè familiares sunt; quia vero memo ria hujus propinquitatis faciliùs conservatur que ad quartum gradum, & alioquin periculum foret, ne matrimonia nimis frequenter esset invalida, si impedimentum longiùs extendere tur, convenienter fuit restrictum usque ad quar tum gradum tantùm. Sed modò refert nosse quo jure hoc impedimentum dirimat in singulis

gra

gradibus, ut sciamus, in quibus dispensari possit, in quibus non.

II. Probabilissimum est in linea recta jure na- 68
turæ divino quemlibet gradum dirimere matrimonium in infinitum, adeò ut si Adam hodie viveret, nullam posset uxorem ducere ex universo mundo, cùm omnes fœminæ per lineam rectam ab ipso descendant. Ita Scot. *in* 4. *d.* 40. *num.* 2. cum suis rigidioribus, etiam Herincx *l. cit. disp.* 6. *num.* 50. & plurimi alii apud Sanchez *hic l.* 7. sed repugnantem. Habetur expressè iu jure civili *L. Nuptiæ.* & *L. Jure gentium. ff. de ritu nuptiarum.* Ubi deciditur, inter ascendentes & descendentes in infinitum jure gentium (per quod Juristæ intelligunt etiam jus naturæ) incestuosas nuptias contrahi, eásque subsistere non posse. Neque jus hoc videtur correctum jure Canonico determinante hoc impedimentum ad certos gradus; quia nunquam loquitur de linea recta, neque legitur unquam oppositum in praxin fuisse deductum, aut à Pontifice unquam fuisse dispensatum. Ratio patebit mox.

III. Certum est apud omnes, primum gra- 69
dum lineæ rectæ ipso jure naturæ dirimere matrimonium, puta inter patrem & filiam, matrem & filium. *Omnes.* Et longè verius etiam secundum gradum inter avum & neptem, aviam & nepotem, juxta communem DD. apud citatos. De ulterioribus gradibus res incerta est: æquè probabile dirimere solo jure Ecclesiasti-

co. Ita communior DD. cùm Sanchez *disp.* Layman. *tract.* 10. *part.* 4. *c.* 4. Ratio est; quia hoc impedimentum dirimens fundatur in reverentia & verecundia jure naturali specialiter debita principio originis, cui reverentiæ status & actus conjugalis naturaliter repugnat: atque constat naturali ratione, quam maximè repugnare reverentiæ debitæ immediatò principio patri & matri: ergò meritò certum apud omnes inter hos dirimere jure naturæ. Et valdè etiam apparet repugnare graviter principio mediato proximo, Avo, Aviæ; etsi non appareat omnibus, & aliqui negent, præsertim Recentiores, *Perez*, *Hurtadus*, *Tambur.* ergo etsi non ita certò, propiùs tamen certo est, etiam inter hos repugnare jure naturæ. Jam ulteriùs sensus Scoti ac Sequacium, multorúmque aliorum certè probabilissimè apparet; etiam graviter repugnare principio originis ulteriori in tertio, quarto & quocunque gradu; eò quòd omnes ascendentes vocentur, & sint veri parentes respectu descendentium; ideóque eis jure naturæ debeatur reverentia eadem, quæ parentibus, & consequenter etiam jure naturæ matrimonium excludat. At aliorum communiori sensu non apparet tam graviter repugnare illis principiis remotioribus, sed semper minùs & minùs, ideóque magis, vel saltem æquè probabile est dirimere solùm eóque meritissimo jure Ecclesiastico ob maximam convenientiam naturalem, ideóque impedimentum respectu istorum esse dispensabile.

IV. E-

IV. Etiam primus gradus lineæ transversæ 70 inter fratrem & sororem jure naturæ ac Divino dirimit matrimonium, excepto casu absolutæ necessitatis, ut fuit ab initio propagationis generis humani, cùm Adæ & Evæ filii & filiæ, adeóque fratres & sorores contrahere & commiscerі necesse fuit. Ita communis DD. cum Sanchez & Layman cit. contrà non paucos RR. solum primum gradum lineæ rectæ jure naturæ dirimere agnoscentes: & significat D. August. *l. 15. de Civitat. c. 16. & l. 22. contra Faustum. c. 35.* Colligitur ex communi sensu hominum etiam gentilium humaniorum à conjugiis fraternis abhorrentium. Certè Abraham *Genes. 12. & 20.* visus est sibi gentilibus Pharaoni & Abimelech sufficienter ostendere, Saram non esse suam uxorem, dicendo esse sororem. Ratio omninò convincens vix dari potest, non tamen spernenda hæc communis: Quòd juxta instinctum luminis naturalis frater & soror maximam sibi debeant reverentiam, cui status conjugalis & commercium carnale nimiùm repugnat. Et: Quòd aliàs natura non satis providisset periculo continentiæ, si frater & soror non prohiberentur lege speciali invicem commiscerі.

Contrarium tamen, & hos solùm jure Ecclesiastico à matrimonio arceri docent *Cajetanus, Pontius*, & plures alii; & consequenter admittere debent, ex causa gravissima posse Pontificem dispensare, quamvis sit inconveniens.

Sin-

Singulare autem est, quod ex Archidiacono re fert Sylvester V. *Papa quæst.* 17. Martinus V. de facto dispensasse cum eo, qui cum s germana connubium contraxerat, & consum maverat. Quoad reliquos, secundum, tertium & quartum gradum lineæ transversæ, etsi ju naturali adhuc appareat aliqua indecentia, attamen solo Ecclesiastico jure dirimere matrimonium, & ob causam dispensari posse à Pontifice apud omnes in confesso est, & praxis frequentissima demonstrat. In summa. Consanguinitas jure naturæ dirimit matrimonium in primo & secundo gradu lineæ rectæ, & in primo tantùm gradu lineæ transversæ, juxta communem Sententiam: in reliquis omnibus, tertio & quarto lineæ rectæ, secundo, tertio & quarto lineæ transversæ solo jure Ecclesiastico.

§. XI.

AFFINITAS.

71 DEfinitur communiter: *Propinquitas personarum ex copula carnali proveniens.* Sed generaliter nimis; sic enim comprehenderet etiam affinitatem indirectam & per accidens, ut patebit. Propriè ergò solam affinitatem directam & propriè dictam complectendo definitur à Navar. communiter recepto; c. 22 *num.* 42. *Propinquitas duarum personarum, quarum una cum consanguinea alterius habuit copulam carnalem.* Duplex est, una ex toro legitimo in matrimonio, secunda ex toro illegitimo seu copula fornicaria, extra matrimonium

nium originem trahens, quia enim per talem conjunctionem vel commixtionem seminum fiunt vir & mulier una caro, idque non tantùm in toro legitimo, juxta illud Math. 19. *erunt duo in carne una*; sed etiam in copula illegitima seu fornicaria, juxtà illud Apostoli 1. *ad Corinth. 6. qui adhæret meretrici unum corpus efficitur.* Hinc si Titius & Caja carnaliter cognoscantur, omnes consanguinei Titii eodem gradu, quo sunt ejus consanguinei, fiunt affines Caiæ, & vicissim omnes consanguinei Cajæ fiunt affines Titii. Omissis variis & intricatis regulis passim à summistis congestis, necessaria scitu clarè, & quoad fieri potest, castè explicanda sunt. Singulariter & necessariò pro praxi sciendum est.

1. *Qualis copula requiratur?*

AD inducendam affinitatem propriè dictam 72
& impedimentum dirimens matrimonium requiritur copula carnalis perfecta per se sufficiens ad generationem; nimirum cum immissione & receptione seminis intra vas naturale fæmineum, juxta communissimam DD. *Ex c. Fraternitati. De eo, qui cognovit.* Ratio est; quia per omnem & solam talem copulam vir & fœmina fiunt una caro, unúmque principium generationis, in qua unitate fundatur propinquitas affinitatis, Dico autem

I. *Per omnem:* utpotè etiam per copulam habitam cum dormiente, cum ebria, cum insâna,

cum

cum invita, metu vel vi coacta vel oppressa cum ignorante jus vel factum; per omnem nim ejusmodi copulam verè fit seminum co mixtio, una caro, unum principium gene tionis: idque etiamsi fœmina invita vel m tiosa semen receptum statim ejiceret. Vide Sa chez *l.* 7. *disp.* 64.

73 II. *Per solam talem copulam.* Non ergò co surgit affinitas & impedimentum hoc inprin ex solo matrimonio rato, uti declaravit Pius suprà, sed aliud publicæ honestatis: deindè, n ex tactibus quamtumvis impudicis, & pol tionibus quibusvis factis extra vas: non ex pula sodomitica vel præposterа cum fæmi non ex congressu spadonum, qui verum sem non emittunt, sed solùm aliquid simile. A quid si semen effusum extra vas à matrice att hatur, aut aliqua arte intromittatur, consurgat affinitas, & impedimentum hoc? Negat q dem Pontius, *l.* 7. *c.* 53. cum aliis. Affirm autem cum communi Sanchez, *disp.* 64. *n.* 1 jam enim sic adest verissima seminũ commixt

74 III. Non deniq; consurgit hæc affinitas ex so penetratione vasis fæminei absq; emissione sem nis, seu ex ipsa copula carnali inchoata, & co tinuata, sed abrupta cum effusione naturæ ext vas, prout frequentissimè faciunt, duplicatá q dem malitiâ fornicationis inchoatæ, & mollit completæ, nullo tamen impedimento. Ita co tra nonnullos cum innummerisSanchez. *cit. n.* eúmq; secuti RR. omnes. Sententia receptissim

Rat

Ratio est; quia talis copula non sufficit ad generationem, neque ex ea fiunt una caro, quod valdè notent confessarii, & in casu occurrente (sanè frequentiùs, quàm volent) de hoc modestè inquirant antequam decernant de affinitate & impedimento matrimonii contracto, Addit tamen meritò Sanchez ibidem *num.* 9. hanc doctrinam solùm habere locum in foro interno; in externo autem foro præsumi semper, non tamen fuisse vas penetratum, sed etiam semen immissum copulamque perfectam, adeóque affinitatem contractam; & quis vel quæ probabit veritatem oppositam?

IV. Restat aliud acre ac in praxi non inuti- 75
le dubium. An eadem affinitas oriatur, si solus vir seminavit intra vas, mulier verò suum semen non emittat, quod aliquando in fœmina frigidiori fertur posse contingere. Certè semper præsumi debet, etiam fœminam ipsam seminasse, nisi evidentissimè contrarium constet, ideóque affinitatem esse contractam; tamen pro raro casu duplex est sententia. Oriri tunc affinitatem docet Sanchez *disp.* 46. Bonacina, alii; ex eo, quòd in communiori sententia Aristotelis, Avicennæ, D. Thomæ, & plerorumque Theologorum ac Philosophorum semen fœmineum non sit necessarium ad generationem, esto adjuvet; quare hoc solo viri semine recepto vir & mulier fiunt unum principium generationis. Contrà, non oriri tunc affinitatem docent etiam gravissimi DD. eò, quòd ex Hypocratis

& Medicorum communi sensu censeant etiam semen fœmineum necessarium esse ad generationem; quandò ergò hoc non adest, vir mulier non potuerunt fieri unum principium generationis, quod est radix affinitatis, consequenter nec ipsa affinitas orietur. Ita cum alii Martinus Perez *disp.* 31. *Adversa*, *Hortada Dicastil.* alii apud Tambur. *hic tract.* l. c. §. 4. *num.* 7. & Gobat mox citandus, & probabile censet ipse Sanchez cit. *num.* 19. ac alii citans Diana *part.* 4. *tract.* 2. *resolut.* 53. rursus decem citans *part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 54. quarè meritò Gobat *cas.* 16. *num.* 3[illegible] censet hanc sententiam posse esse usui confessario pro excusando hoc impedimento affinitatis si fœmina fateatur, se habuisse rem cum consanguineo mariti, ut modestè interroget, an & ipse seminaverit; atque ex mente Dicastil. *disp.* *dub.* 34. *num.* 357. sufficiet solùm quærere: si magnam senserit voluptatem tempore coitus si enim nullam vel leviſſimam sensit, signum erit, non decidisse semen. Sed de his satis, [illegible] ge citatos.

II. Qualis affinitas dirimit.

761. SOla affinitas directa & propriè dicta inter personas virum & fœminam, quarum una cognovit consanguineam alterius, inducit impedimentum dirimens matrimonium inter dictas personas, nihil autem curanda est affinitas alia indirecta impropriè dicta, &, ut vocat Lay-

man *c. 5. n. 4. affinitas per accidens* inter conjugum seu copulatorum carnaliter utrinque consanguineos ad invicem, utpote inter consanguineos viri & consanguineos uxoris ad invicem, etsi vulgò vocentur affines. Omnes. & expressè decidit Innocentius III. *c. quòd super. De consanguinit. & affinit.* sic respondens: *Super eo quòd pater & filius, cum matre & filia cognati cum duabus cognatis, avunculus & nepos cum duabus sororibus contrahunt matrimonium; taliter tibi ducimus respondendum: quòd licèt omnes consanguinei uxoris sint viri affines, inter consanguineos tamen viri & uxoris nulla prorsùs est affinitas contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri.* Unde esto *Regula generalis.*

II. Solus maritus vel carnaliter cognoscens 77
fit affinis omnibus consanguineis uxoris vel carnaliter cognitæ eodem gradu, quo ejus consanguinei sunt: & econtra omnes consanguinei uxoris vel carnaliter cognitæ fiunt affines marito vel carnaliter cognoscenti soli: similiter sola uxor vel carnaliter cognita fit affinis omnibus consanguineis mariti vel carnaliter cognoscentis eodem gradu, quo ejusdem mariti vel carnaliter cognoscentis consanguinei sunt: & hi omnes fiunt affines soli uxori vel carnaliter cognitæ. Orta ergò quæstione de affinitate inter duas personas, ponantur juxta se invicem, & inprimis quæratur: an dictæ personæ anteà matrimonio junctæ fuerint, vel carnaliter copu-

lam exercuerint, ne ne? Si neutra carnalit copulata fuit nulla inter eas potest esse affinita quare implicat vera affinitas inter duas perso virgines. Si una ex eis copulata fuit alteri pe sonæ, v. g. Petrus dicat, se copulatum fuisse U sulæ, siquidem hæc non sit consanguinea alte fæminæ nulla rursûs affinitas; si verò est co sanguinea Annæ in matrimonium ducenda tunc inspiciatur arbor consanguinitatis, & quo gradu Ursula est consanguinea Annæ (v. in primo, si ejus soror, mater, filia: vel in secu do si amita, matertera, neptis) in eodem grad Anna erit affinis Petro, & aderit impedimentu dirimens matrimonium.

78 III. Manet ergò affinitas propriè dicta in solum carnaliter cognoscentem & consangu neos cognitæ: ac econtrà intra carnaliter co nitam, & consanguineos cognoscentis, & m nimè descendit, & ascendit inter consanguine utriusque, adeò ut nullum sit affinitatis impe dimentum, patrem & filium ducere vidua matrem, & filiam: duos fratres duas sorores terius familiæ: aut eundem virum succes ducere duas viduas, quarum mariti germani fr tres fuerunt, quod valdè notandum.

IV. Hinc Navarr. *Comentar. De Consang. affinitate, Consil. 3.* resolvit, quòd Saturnus pote ducere Pandam viduam Julii, qui priùs duxe Artemisiam sororem Saturni. Similiter Joann Antonius *C. ut aquensis* mortuâ primâ uxor accepit in uxorem Joannem viduam Angel

qui tertio consanguinitatis gradu junctus fuerat Dianæ primæ uxori ejusdem Joannis Antonii: idque validè, declarante Sacra Congregatione, 16. *Decembri*, 1596. apud Gallemart *in Remissionib. Concil. Trident. prætermissis.*

III. Quousque, & quo jure dirimit?

I. AFfinitas ex legitimo toro seu copula le-79
gitima est impedimentum dirimens matrimonium usque ad quartum gradum inclusive tantùm, ita scilicèt, ut Titius nec validè, nec licitè posset contrahere matrimonium cum Cajæ uxoris suæ defunctæ consanguineis intra quartum gradum tantùm, etiam similiter econtrà; si verò ultra quartum gradum extendatur, nullum erit impedimentum. Sic correcto antiquo jure hoc impedimentum usque ad septimum gradum extendente, expressè *c. non debet. De consanguinitat. & affinitate* Concil. Lateran. itemque Trident. sæpè citatum.

II. Affinitas ex illegitimo toro seu copula80
fornicaria est impedimentum dirimens matrimonium tantùm intra secundum gradum, ita scilicet, ut si Titius fornicatus sit cum Caja, solùm impediatur matrimonium contrahere cùm ejusdem Cajæ consanguineis in primo gradu, scilicet matre, sorore, filia: & in secundo gradu scilicet avia, amita, matertera, & neptibus ex filia, fratre sorore ipsius; item patruelibus, consobrinis, & non ultrà: similiter & econtrà com-

putandum. Sic rursùs, correcto veteri jur nova constitutione Concil. Trident. *sess.* 24. *4. de reformat. matrimon.*

81 III. Impedimentum hoc affinitatis dirime matrimonium inductum esse solo jure Eccles astico docent DD. communiter cum Sanche *l. 7. disp.* 67. Pontius *l.* 7. *c.* 34. Herincx *di 6. quæst.* 7. *n.* 65. quamvis probabilissimu sit, affinitatem in primo gradu lineæ rectæ, s licet inter vitricum & privignam, seu filiam co jugis vel uxoris ex alio marito, inter noverc & privignum seu filium mariti ex alia uxor item inter socerum & nurum seu uxorem fi dirimere matrimonium ipso jure naturali. Ce tè Apostolus 1. *ad Corinth.* 5. scribit: *omn auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gen tes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.* Se Respondet: fuisse patris adhuc viventis; s improbabiliter. Quoad cæteros gradus etia primum lineæ transversæ videtur certum, dir mere solo jure Ecclesiastico; unde vidimus Ju pè fuisse dispensatum, ut frater duceret uxore sui fratris defuncti, & sigillatim à Leone X. cu Henrico VIII. Rege Angliæ, cum Catharin Hispana priùs fratri ejus Arturo nupta, sed ma trimonio non consummato defuncto.

82 IV. Impedimentum hoc affinitatis sem ortum perpetuum est. Communissima DD adeóque etiamsi Titii uxor Berta moriatur, per severet tamen Titio affinitas cum omnibus ejus dem Bertæ consanguineis usque ad quartum graduṁ. At,

At, quid si post mortem Bertæ nascatur ex ejus sorore v. g. filia, eritne & hæc affinis Titio, ut eam ducere non possit? ratio dubitandi est; quia affinitas oritur ex matrimonio; at mortua Berta non est amplius matrimonium: ergò posteà nata ex sorore defunctæ non erit affinis. R. absolutè quòd sic. Communis DD. apud Tambur. *hic tract.* 1. *c.* 12. §. 1. *à n.* 10. Ratio est; quia affinitas non solùm extenditur ad consanguineos viventes vel natos vivente ipsa uxore, sed etiam ad consanguineos natos post ipsius uxoris mortem; de novo enim nati vere & in omni rigore sunt consanguinei dictæ uxoris quamvis mortuæ: & sanè pater in cælo v. g. existens ut suum filium, suósque nepotes recognoscit etiam filium posthumum, & nepotes descendentes; si ergò postea nati sunt veri consanguinei uxoris Titii, non poterunt non esse affines ipsius Titii.

Ad rationem dubitandi distinguo maj. affinitas non resultat nisi mediante matrimonio, quod aliquando existit, concedo maj. quod nunc semper actu existat, nego maj. & consequentiam. Et ratio à priori est; quia affinitas non oritur ex matrimonio immediatè (nam affinitas usque ad secundum gradum contrahitur etiam ex copula fornicaria, quando nullum adest matrimonium) sed oritur immediatè ex commixtione corporum semel habita inter virum & mulierem. Quarè quamvis per mortem uxoris dissolvatur matrimonium, non tamen tol-

litur immediata radix affinitatis nimirum: pulam esse habitam inter hunc virum & mulierem; cùm factum infectum fieri nequ ergò affinitas, quæ ex tali radice nasci deb morte uxoris impediri non potest.

IV. Affinitas superveniens matrimoni

83 CONjugatus committens incestum cum c sanguinea conjugis (vel viciſſim) id què factus affinis conjugis intra ſecundum g dum tantùm incurrit impedimentum pet debitum ſub mortali, quamvis innocenti pet ti debitum reddere poſſit, & teneatur. Exp sè in jure variis textibus. toto titulo, *de eo, cognovit conſanguineam uxoris ſuæ.* Docet communiſſima DD. etiam quoad reatum mortali. Circa quod pro praxi aliqua nota ſunt.

84 I. Solus nocens hanc pœnam ac impe mentum petendi debitum contrahit, qui ſcil vel ipſe voluntarium inceſtum commiſit, ve ab altera committeretur ſponte conſenſit; enim neque hic, neque hæc conſentiens debit petere poterit. Non item incurrit innoce utpotè 1. qui nec commiſit, nec conſenſit, jam inſinuatum. 2. Si uxor à ſui mariti conſ guineo vi oppreſſa ſit; cum nemo ſuo jure beat ſine ſua culpa privari; communis DD. c Sanchez *l.* 1. *diſp.* 30. Layman *c.* 5. *num.* 3. At quid ſi ex metu gravi, ſive vir ſive fæmi

cogat

cogatur talem incestum committere ? Adhuc excusari (contra Sanchez & communiorem) probabiliter censent *Pontius Bonacina* , alii cum Tambur. *c.* 13. §. 3. *num.* 5. Et ratio est ; quia quamvis tunc adhuc peccent mortaliter , Ecclesia tamen pia mater non videtur illum vel illam castigare tantâ pœnâ. 4 Etiam hanc excusationem concedunt , quandò adest ignorantia (dummodo non affectata ad liberiùs peccandum) sive facti, sive juris sive ipsius pœnæ , graves DD. & pluribus allegatis plane docet ipse Sanch. *l.* 7. *disp.* 32. *num.* 43. Nota hoc benè confessarie, & de tribus punctis istis lege Dianam *part.* 11. *tract.* 5. *resolut.* 38.

II. Ratione affinitatis tantùm cum conjuge contractæ oritur hæc pœna vel privatio juris petendi debitum. Unde si conjux cum proprio suo consanguineo vel consanguinea incestum committat , etsi peccato graviori , non tamen ideò jure petendi debitum privatur cum nullam exinde affinitatem cum altero conjuge contraxerit , ut ex communi notant Sanchez *l.* 7. *disp.* 37. Layman *eodem c.* 5. *num.* 5.

III. Nihil refert ad hanc pœnam incurrendam , an occultè commissus , an publicè vel publicatus sit incestus ; cùm utroque casu affinitas contrahatur cum conjuge , quæ , ut modò dictum , sola causa est cur incestuosus impediatur à petitione debiti , ut contra *Sylvestrum* , *Angelum* , & alios docet , communis DD. *Sanchez* , *Layman* , alii passim.

IV. Postquàm Concil. Trident. cit. im-
dimentum affinitatis ex copula fornicaria
strinxit intra secundum gradum tantùm, ea
restrictio obtineri debec quoad privationem
tendi debitum propter incestum cum conju
consanguineis commissum. Uti, contra
strum Anglez & paucos alios, docet com
nissima DD. *cum Sanchez*, *Layman*, & aliis
Ratio est; quia pœna illa privationis juris pete
debiti incurritur propter crimen incestûs;
autem hodie fornicatur cum affine ultrà sec
dum gradum, non committit incestum, sed
simplicem fornicationem, si solutus sit vel vid
us: vel adulterium, si sit conjugatus. Unde
hanc circumstantiam affinitatis extra secundu
gradum in confessione explicare non tenetu
ut ex communi notat Sanchez *l. 7. disp.* 6
num. 8. ergo &c.

§. XII.

COGNATIO LEGALIS.

85 ESt propinquitas personarum ex adoptio
proveniens. Adoptio autem est perso
extraneæ (quæ scilicet non est ex descenden
bus, etsi alias sit consanguinea) in filium vel
liam, nepotem vel neptem, legitima asumpti
Duplex est: Una perfecta adoptio (speciali no
mine vocata arrogatio) est, qua Principis pra
cepto persona extranea sui juris existens in alte
rius velut patriam potestatem familiámqu
transfertur, ut instar ejus legitimi filii per omni
esse incipiat. Altera imperfecta adoptio est
qu

qua persona extranea in parentis sui potestate existens ab alio in filium vel filiam adsciscitur, ita tamen, ut naturalis patris potestate non egrediatur neque patri adoptivo ex testamento necessariò succedere debeat, sed tantùm jus succedendi ab intestato habeat. Adoptio illa perfecta est impedimentum dirimens matrimonium secundum triplicem modum mox assignandum, originariè quidem jure civili apud Sanchez, & alios. Admisit autem & approbavit Ecclesia partim in Decreto *c. ita diligere* 30. *q.* 3. partim in Decretal. Titul. speciali, *De Cognatione legali*; 1. In linea legali recta inter adoptantem & descendentes adoptari scilicèt ejus filios & nepotes, qui in ejus potestate existunt. 2. In linea legali transversa inter adoptatum & descendentes adoptantis, scilicèt legitimos natos & nepotes, qui in ejus adoptantis potestate existunt; non autem contrahit hoc impedimentum adoptatus cum adoptantis filiis illegitimis, cùm non censeantur esse in ejus potestate: neque cum aliis filiis vel filiabus adoptivis, neque cum ipsis filiis legitimis, sed jam secundùm formam legum emancipatis, ideóque hoc impedimentum temporale est. Ex communi DD. *Sanchez*, *Layman*, *Tambur*, alii passim. 3. Per modum affinitatis inter adoptatum & uxorem adoptantis. *L. Adoptivus. ff. De Ritu Nuptiar.* At verò inter adoptantem & adoptati parentes fratres, sorores nulla legalis cognatio intervenit, juxta communissimam DD. D. Thomas

mas *in* 4. *d.* 42. *quæst.* 2. *art.* 3. *Sylvester*, *var.* aliisque congestis Sanchez 7. *disp.* 63. 16. Layman *cit. c.* 4. Etiam adoptionem perfectam & simplicem impedimentum matrimonio præstare affirmant quidam Antiqui Canonistæ, *Abbas*, *Hostiens*, alii in *c. Un. De cognation. Legali*: & Theologi, Sot. Ric. *cit. in* 4. *d.* 42. Sed rectè negat jam comm. DD. apud *Sanchez* & *Layman*. cit. Ratio quia impedimentum cognationis legalis introductum est ob similitudinem, quam filii adoptivi gerunt cum filiis naturalibus legitimis; Iem autem similitudinem filiationis propriæ gerunt adoptivi ex adoptione simplici & imperfecta tantùm; cùm in familiam & potestatem tris adoptionis non adsciscantur: neque de exstat ullum jus: ergò &c.

§. XIII.

COGNATIO SPIRITUALIS.

86 EST propinquitas personarum orta ex administrationis vel susceptione Sacram. Baptismi, vel Confirmationis, inducens impedimentum dirimens matrimonium. De quo to titulo: *De cognat. Spirituali*, & *in Decret. quæst.* 1. *c. Si quis filiastrum.* Ejus tres species: Paternitas, Compaternitas, & Fraternitas Spiritualis.

Paternitas est propinquitas inter baptizantem vel confirmantem & patrinos ex una parte, ipsum baptizatum vel confirmatum ex alia parte, qui proindè respectu illorum dicuntur antiqua phrasi filiaster, vel filiastra. Co-

Compaternitas est propinquitas inter baptizantem vel confirmantem & patrinos ex una parte, & parentes baptizati vel confirmati ex altera parte: & olim etiam extendebatur ad uxores baptizantis, confirmantis & patrinorum. *Martinus De cognation. Spirituali*

Fraternitas dicitur propinquitas inter filios carnales baptizantis, confirmantis ac patrinorum ex una parte, & ipsum baptizatum vel confirmatum ex altera parte. Hæc omnia erant impedimenta dirimentia inter dictas personas omnes, jure antiquo suprà allegato. Verùm jure novo Concil. Trident. *Sess. 24. cap. 2. De Reformat. Matrimon.* abrogatum est fraternitatis impedimentum, sicut & prædicta extensio ad uxorem baptizantis, confirmantis ac patrinorum. Textum partim commodiùs infrà citabo propter patrinos. Nunc breviter.

I. Qualis dirimit, quo Jure?

I. JUre novo sola paternitas & compaternitas 87
seu cognatio spiritualis inter Baptizantem, confirmantem & patrinos ex una parte, & ipsum baptizatum vel confirmatum, ejúsque parentes ex altera parte, est impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, non autem dissolvens semel validè contractum. Sic Concilium cit. Certa apud omnes. Ratio sumitur ex aliqua indecentia; quia nimirùm & ministrantibus Sacramenta Baptismi & Confirmationis tanquàm spiritualibus patribus spiritualis generationis, & patrinis ad ea Sacramenta assisten-

sistentibus secundùm traditionem Eccles
cam magna reverentia debetur, & à filiis s
cramenta accipientibus, & ab eorum pa
bus carnalibus; ideó in Ecclesia antiquit
stitutum & semper observatum fuit, ut ea
natio spiritualis æquè ac carnalis esset imp
mentum dirimens matrimonium, quoad
corporis mutua quædam subjectio tali rev
tiæ repugnans inducitur. Ut patet variis
Textibus in Decret. & Decretal. allegatis,
quia par reverentia non debetur illis filiis
tualibus, meritò Concil. Trident. hoc imp
mentum restringens illos excludit.

88 II. In hac cognatione spirituali vides,
numerantur gradus aliqui, sicut in cogna
naturali & affinitate, sed solùm conjunct
impedimentum inter personas prædictas i
in perpetuum adeò, ut etiamsi moriatur p
na, ratione cujus conjunctio contracta est, u
tè baptizatus confirmatus, eóque ipso m
tur paternitas, non tamen extinguitur co
ctio spiritualis compaternitatis inter baptiza
& patrinos ac parentes baptizati. Ex comm
Sanchez, *l.* 7. *disp.* 54. Quare hoc sensu
sum est commune germanorum axioma: D
Kind ist gestorben / die Gevatterschafft h
Ende.

89 III. Constat apud omnes, hoc impedim
tum solùm esse inductum jure Ecclesiastico,
autem naturali aut divino, ut clarè insinuan
Textus. Quare infidelis seu non baptizatus

quis in casu necessitatis aliquem baptizans non contrahit cognationem spiritualem : tùm quia talis Ecclesiasticis sanctionibus non obligatur, tum quia ipse per Sacramentũ Baptismi in Christo spirituali nondum est genitus, ideò neque cognationem spiritualem inter Christi fideles contrahere posse censetur. v. g. Si quis infidelis, qui puellam baptizavit, postea ad fidem convertatur, & baptizetur, non contrahet cognationem spiritualem, nec impedimentum dirimens matrimonium, sed cum ipsa puella vel matre ejus contrahere poterit. Communis DD. cum D. Thoma & Scoto. d. 44.

IV. Quid si conjunctio hæc supervenerit matrimonio? jam jam patebit.

II. Quis baptizans contrahit?

OMnis baptizans, non tantùm Baptismo so- 89
lemni, sed etiam Baptismo privato, atque in necessitate, contrahit cognationem & impedimentum dirimens matrimonium contrahendum cum baptizato, ejusque parentibus. Sic enim nimis clarè significant SS. Textus.

§. Idémque à paritate quidam sentiunt de patrino suscipiente in Baptismo privato, etsi minimè necessario ullo jure. Sed rectiùs plurimis citatis negant Sanchez cit. Diana *part. 3. tract. 4. resol. 18.* & inclinant Suarez, Hurtadus, alii cum Tambur. *l. 2. De baptismo. c. 4. §. 3. num. 4.* Ratio est, quia jura semper solùm loquuntur de suscipiente in Baptismo solemni, seu suscipiente ex instituto Ecclesiæ; qui autem

ſuſcipit in Baptiſmo privato, non ſuſcipit ex ſtituto Eccleſiæ; cum de Baptiſmo privato q ad patrinos nihil ordinaverit Eccleſia, ſed ſu pit ex voluntate propria: ergò de hoc jure loquuntur. (quòd hic incidentèr diligenter ta.) Et hinc fit

90 I. Si ſponſus prolem ſponſæ ſuæ bapti etiam ob neceſſitatem, ſolvuntur ſponſalia, dirimitur matrimonium contrahendum. poſt Navar. *c.* 16. *num.* 34. &c. 22. *num.* ac alios reſolvit Layman cit. *c.* 5. *num.* 8. *in*

II. Si conjux prolem conjugis ſuæ bapti vel in Sacramento Baptiſmi aut Confirmati ut patrinus ſuſcipiat in neceſſitate, nullum pedimentum contrahit, ut conſtat expreſ *Ad lumina* 30. *quæſt.* 1. ubi ratio datur: inculpabile judicandum, quod neceſſitas intu utpote quia alius baptizans ſaltem æque ap aut alius patrinus nullus adeſt. Comm DD. cum Sanchez *l.* 9. *diſp.* 62. Layman *num.* 7.

91 III. Quòd ſi verò extra caſum neceſſ parens prolem conjugis ſuæ baptizet, vele eramento Baptiſmi aut Confirmationis ſu piat inprimis graviter peccat; & meritò m taliter, cenſet Navar. *c.* 16. *num.* 34. Sanc cit. *diſp.* 26, *num.* 1. Layman, alii comm ter; quia id tam ſeverè prohibetur *cap.* 1. & *eadem.* 30. *quæſt.* 1. Deinde propter ſpiritual cognationem contractam cum conjuge inc rit impedimentum petendi debitum conjuga

juxta satis communem sententiam DD. cum *Sanchez*, *Layman cit.* alii: quanquam hi ipsi probabilem censeant oppositam sententiam *Durandi*, *Coninck*, aliorum, quos sequuntur *Hurtadus* alii cum Tambur. *l.* 2. *de Baptismo. c.* 2. §. 2. *num.* 10. nullum scilicèt ex hinc impedimentum oriri; cùm id nullo certo jure probari possit: neque in odiosis valeat extensio ab affinitate matrimonio superveniente ad cognationem spiritualem, vel aliud impedimentum.

VI. Illud autem certum & expresè responsum ab Alexandro *cit. c. si vir.* 30. *quæst.* 1. si conjux ex ignorantia juris vel facti prolem conjugis baptizet, aut teneat, nullo impedimento petendi debitum affici. Uti etiam docent *Navar. Rodriq.* alii cum Sanchez. cit. *disp.* 22. *num.* 43. Nec valet hîc regula: *Exceptio in uno firmat regulam in aliquo:* quia nulla hîc est regula alia pro hoc impedimento in jure.

III. Qualis Patrinus contrahit?

CONcil. Trident. *Sess.* 24. *c.* 2. *De reformat. Matrimon.* sic statuit: *Unus tantùm, sive vir, sive mulier, juxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summùm unus & una baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos & baptizatum ipsum & ipsius patrem, & matrem: nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatiq; patrem & matrem tantùm spiritualis contrahatur cognatio. Parochus, antequàm ad Baptismum conferendum accedat, diligenter ab iis, ad quos spectat, scisciteturr, quem vel quos elegerint, ut baptizatum*

ptizatum de sacro fonte suscipiant, &c. Qu alii ultra designatos baptizatum tetigerint, gnationem spiritualem nullo pacto contrah Constitutionibus in contrarium facientibus obstantibus. HæcConcilium; ex quibus ali pro praxi explicanda sunt.

93 I. Ut quis vel quæ patrinus vel patrina & hanc cognationem & impedimentum trahat, præter designationem faciendam rentibus vel Curatoribus baptizati, & per dens in defectu horum, ab ipso Parocho, re ritur imprimis, ut habeat intentionem vo fieri vel suscipiendi aliquem instar patrini e citam, vel saltem implicitam, utpote, faci quod Ecclesia ordinavit: quod alii eo mod ciunt: aut certè exercendi cæremoniam sa ab Ecclesia institutam; hac intentione ha contrahit cognationem spiritualem, etsi eam non intendat, etiamsi ignoret, imò etsi eam contrahere positivè nolit; quia cognatio ex ordinatione Ecclesiæ resultat ex ipso actu exercito instar cæremoniæ sacræ, & nullo do dependet à voluntate exercentis, sicut aliis impedimentis affinitatis, criminis. Sec non habuisset animum exercendi munus pa tunc enim revera non esset patrinus, etsi fic gendo graviter peccaret, cùm Ecclesia requ patrinum, utique verum, sub gravi obligatio ut bene notat Tambur. *cit. c.* 4. §. 3. *num.* Hac ergò intentione secluſa, nulla contrah cognatio, nec consequenter impedimen

ut si puer vel puella omnino ignoret, quid tali actione agatur, si quis præcisè teneret, ne infans cadat, vel ut alteri rem gratam faciat, &c. At quid si per errorem leves filium Titii putans esse filium Sempronii amici tui? Te adhuc cognationem contrahere docent *Coninck*, *Pontius*, alii. At rectius non contrahere (nisi forte habeas intentionem tenendi hunc, quiscunque offeratur) docent Sanchez *l. 7. disp. 58. num. 7.* Bonacin. alii cum Tambur. *eodem c. 4. §. 4. num. 4.* Ratio est; quia per cognationem illam inducitur obligatio, eáque satis gravis ad susceptum: at non potuit contrahere obligationē ad hunc, quem tenuit, sed ignoravit, & alium putavit; cùm nihil sit volitum, nisi cognitum.

II. Quandò contra præscriptum Trident. plures duobus assignantur, aut duo viri vel duæ fœminæ, & omnes admittuntur à Parocho, illi soli evadunt patrini, & cognati spirituales, qui intrà numerum permissum à Tridentino primi tangunt, ac suscipiunt infantem, utpotè primus vir, vel prima mulier, aut primus vir & mulier tantùm, reliqui nihil agunt. Ex communi Suarez *hic quæst. 67. art. 8.* Sanchez cit. *disp. 57. num. 14.* Dicastil. cit. *disp. 7. num. 286.* Quòd si admissi omnes tangant simul; tunc juxtà *Suarez* cit. nullus contrahit cognationem spiritualem; quia resistit Tridentinum. At juxtà *Sanchez. Dicastil.* cit. & alios, omnes contrahunt cognationem spiritualem; quia Concilium solùm videtur prohibere talem concursum, non 94

irritare actum. Utrumque probabile. C
autem non contrahunt eo casu, nisi quos d
gnatos à parentibus admisit Parochus, sicut
illi, quos ultrà designatos à parentibus ipse
rochus designasset: certò autem illi, quos in
fectu parentum Parochus designat. Omni
communi. latè Sanchez cit. *num.* 15.

95 III. Requiritur omninò ad hanc cogna
nem tactus physicus infantis seu baptiza
(itémque confirmandi) & non sufficit sola
stentia: quin imò requiritur, ut quis vel act
neat infantem, dum super ipsum aqua effu
tur, vel certè immediatè accipiat è manu ip
baptizantis, uti contra *Sotum*, *Lopez*, *Sa*
alios solâ assistentiâ contentos; apud *Sanc*
cit. docet communis DD. cum eodem S
chez, *l.* 7. *disp.* 56. & certum testatur Perez
29. *Sect.* 4. Nam sacri Canones, ipsummet
dent. semper utuntur his verbis: *tangendi*,
vandi de sacro fonte, *tenendi*, *suscipiendi*
quæ certè tactum physicum, non assistent
solam important: Et quidem tactum immed
tum, ut proindè non fiat patrinus vel patrina
vel illa, cui tradit infantem is, qui prior im
diatè à baptizante accepit. Uti docent *Sanch*
Pontius, *Perez*, *Bonacin.* eósque secutus *D*
stil. suprà, in specie exprimens commatrem
contrahere cognationem spiritualem, quan
suscipit infantem de manibus compatris,
prior acceperat à baptizante; quia non cens
suscipere ex Baptismo: atque ita in contingen
fo

facti expresè declaravit sacra Congregatio S. Officii apud Gallemart. ad Trident. *Sess.* 24. *c.* 2. & describit Gobat *tract.* 2. *seu Alphab. baptizant. cas.* 17. *n.* 539. excipiens tamen, nisi consuetudine antiqua in aliqua Diœcesi (prout testatur de Constantiensi) oppositum introductum esset.

IV. Potest quis patrini munus obire etiam per 96
vicarium, substitutum seu Procuratorem, vel legatum, juxta receptam & notissimam praxin; & tùm ipse principalis patrinus per alium baptizatum vel confirmatum tenens cognationem spiritualem & impedimentum matrimonii cum baptizato vel confirmato, ejúsque parente contrahit. Uti contra *Navar. Sanchez*, ac plures alios apud ipsos, docet jam communis DD. quos citant, & sequuntur Layman *part.* 4. *c.* 8. *num.* 5. Pontius *l.* 9. *de Matrimon. c.* 3. *num.* 10. Perez *disp.* 19. *sect.* 7. Tambur. *De baptismo l.* 2. *c.* 4. §. 4. *num.* 8. Gobat. *tract.* 2. *Alphab. baptizant. cas.* 17. *num.* 546. fertúrque sæpiùs declaratum à sacra Congregatione Cardinalium.

Ratio est; quia generalis ista consuetudo in Ecclesia notissima habet vim declarandi legem, & regulam illam juris *in* 6. *Qui fecit per alium, est perindè, ac si faciat per se ipsum*: At verò substitutus, Procurator &c. tenens, hanc cognationem & impedimentum minimè contrahit; quia is non suo, sed alterius nomine tenens verus patrinus non fit, sed solùm veri patrini officio fungitur. Uti contrà *Sotum*, *Toletum*,

Rodriq. & alios docet jam communissim DD. meíque citati omnes: idque expreſsè dec ratum eſt à S. Congregatione Cardinalium, ap Pontium & Barboſam *De offic. Paroch. c.* num. 15.

97 Quid ſi ergo rogatus, ut ſuſcipiam è fo baptiſmali infantem Titii, dicam, me ſuſcep rum; ſed pœnitens dicti rogo meum vicin velit eſſe patrinus, me libenter daturum ſu ptus, qui ſolent fieri ratione talis actûs: is acceptat, & præſtat libenter, eróne ego pa nus? R. Non eris; quia alter non tuo, aut P curatoris nomine, ſed jam ſuo proprio nom infantem ſuſcipit, etſi tuo rogatu. Accipe un & alterum caſum.

98 Ordinarius patrinus, qui ſolet omnes n liberos ſuſcipere, non eſt domi: ideóque po latur à me vicarius pro ipſo ordinario ſuſcep re ſed neſciente alium eſſe ſui vice ſeu nom poſtulatum patrinum. Uter hîc erit patrinu cognationem ſpiritualem contrahet? R. Ne non vicarius ille ſubſtitutus; quia defuit illi tentio tenendi ſuo nomine, & alioquin ſubſti tus cognationem non contrahit, ut dictum Non ordinarius meus, quia ſupponitur n fuiſſe ab ipſo facta ſubſtitutio; nec tacita hîc p ſumptio locum habet; quia agitur de onere obligatione, quam nullus præſumitur ſibi v imponere.

Rurſus, Titius advocatus à parentibus, eſſet patrinus Cajæ, dignitatem acceptat, &

Ecc

Ecclesiam cum cæteris vadit, ibi comparet Fridericus Legionarius Titii, cui hic urbanitatis causâ cedit, permittitque, ut puellam teneat, & è fonte levet. Post sedecim annos Titius Cajam vult ducere, & quærit, an impedimento laboret. Fuit negativa resolutio; non enim per invitationem aut acceptationem contrahitur cognatio spiritualis, sed per levationem ex fonte. In hoc ergò casu non Titius sed Fridericus contraxit cognationem spiritualem. *Hic casus fuit ita resolutus in nostro (Pragensi) Consistorio, me Eminentissimi Cardinalis ab Harrach vices gerente*, sic refert Joannes Caramuel *in sua Theologia, num. 553.* Cui omninò acquiesco; Titius enim non fuit patrinus, quia nec levavit ipse infantem: nec Fridericus ejus superior egit procuratorem: Quia verò Fridericus eum verè tenuit Parocho consentiente & approbante, liberaliter sine dubio præsumpto consensu parentis cum agatur de favore parentis; nihil obest, quo minùs dicatur evasisse verus patrinus. Hæc exempli causâ pro luce afferenda ad similes casus solvendos.

§. XIV.

CRIMEN.

IMpedimentum criminis est scelerata quæ- 99
dam conjunctio, qua conjux adhuc vivente sua comparte cum alio vel alia de matrimonio ineundo cum crimine aliquo conspirat, propter quam scelestam conspirationem cum tali crimine oritur impedimentum dirimens matrimo-

nium inter illas personas sic criminosè cont
rantes; & hinc dictum impedimententum cri
nis. Idque rationabilissimè, ut nimirùm vit
tur talia crimina, cædes, adulteria inter conjug
dum hoc modo delinquentibus aufertur spes
ter sese contrahendi. Triplex autem vel po
quatruplex reperitur in jure ejusmodi crim
& inde impedimentum dirimens matrimo
primum: solum homicidium: *secundum*:
micidium cum adulterio: *tertium*: solum ad
terium cum promissione matrimonii in fu
rum post mortem conjugis: aut (claritatis g
tiâ rectè aliqui quartum crimen computa
cum actuali contractiu matrimonii de præse
utique invalido. Concilium Trident. aliud
men addidit, quod matrimoniũ dirimit, scil
raptum; sed jam hoc commodiùs sub classe
sensus insufficientis computavimus; cùm m
Concilii eo decreto fuerit, non tam punire
ptorem, quam prospicere libertati matrimo
ac consensus voluntarii respectu puellarum.

Primum Crimen.

Solum Homicidium, scilicet uxoricidium vel maritocidium.

100 QUandò quis occidit uxorem suam, vel m
ritum alterius (aut contrà maritum suu
vel uxorem alterius) ex prævia conspiratio
cum illa vel illo: seu quando ambo machina
tur mortem, vel conspirant in mortem uxor
vel mariti, cum intentione, ut illâ perempt
im

inter se matrimonium contrahant, effectu secuto est impedimentum dirimens matrimonium inter illos homicidas conspirantes tantùm. Omnes claro jure, *c. si quis vivente.* 31. *quæst.* 1. *c. laudabilem de convers. infidel.* & alibi. Ratio jam indicata est. Conditiones requisitas ad impedimentum incurrendum jam satis expressas breviter explico.

I. Quando quis occidit vel interficit *effectu secuto.* Non sufficit sola quæcunque attentatio vel machinatio mortis: non vulneratio gravis, mutilatio: intoxicatio, si mors re ipsa non sequatur, ut clarè significatur juribus citatis; nam verba legum, præsertim pœnalium, debent intelligi cum effectu. *c. relatum. de clerico non residente.* Perindè autem est, sive quis occidat physicè per se ipsum, ferro, veneno, veneficio, sive per alium moraliter occidat jussione, consilio, suasu, consensu prævio in occisionem suo nomine vel in sui gratiam faciendam, prout manifestè colligitur ex utroque loco juris allegati, non autem sufficere ratihabitionē, dicam mox.

II. *Uxorem suam vel alterius*; perinde enim est, sive occidas tu ipse physicè vel moraliter, sive alter vel altera, tuo consensu vel conspiratione, occidat tuam uxorem, jam enim ambo machinatis mortem uxoris mutua conspiratione. Idèmque perinde est, sive vir occidat uxorem, sive uxor, ut æquè frequens, per se vel complicem occidat maritum. Nam sic *c. si quis vivente, &c. laudabilem*, in primo casu expres-

sè sermo est de occisione mariti. Et contrà pa
cos docet communissima DD. cum Sanche
7. *disp.* 78. Layman cit. *c.* 10. *num.* 4. op
meque defendit Dicastillus.

101 III. *Ex prævia conspiratione*, scilicèt cu
scitu, consensu, consilio, auxilio, vel quali
cooperatione alterius. Quare si unus tant
vel una, sine conspiratione, consensu vel sc
alterius, occidit conjugem, si nihil aliud ad
tur, non nascetur impedimentum, sed super
tes poterunt validè matrimonium contrahe
juxta communem DD. apud citatos, & colli
tur, ex eodem *c. laudabilem de convers. infi
lium.* Et nota: *ex prævia conspiratione*; mini
enim sufficit sola ratihabitio occisionis tuo
mine vel in tui gratiam jam factæ ab altero
vel altera etiam complice; quia sola ratihabi
ne hoc impedimentum contrahi, nullo jure
primitur; neque enim ratihabitio est machi
tio mortis, quam jura requirunt, nec præbet
casionem cædis, quam jura detestantur;
mortem vel cædem jam factam supponit. Co
munissima DD. & citati omnes

102 IV. *Ex intentione contrahendi matrimoni
cum illo vel illa.* Ad hoc impedimentum co
trahendum necessariò requiritur, ut conspira
illa in mortem conjugis, ac mortis machina
fiat ex, vel cum intentione contrahendi mat
monium cum illa ipsa vel illo complice, Com
munissima cum Sanchez *disp.* 78. *num.* 13. Lay
man *c.* 10. *num.* 4. *Pontius*, *Perez* cit. Et pa

ex intentione legis, quæ per hanc pœnam & impedimentum intendit impedire, ne qui vel quæ cupiditate alieni matrimonii occidat propriam, vel alienam conjugem. Quare imprimis, qui alio fine vel motivo, quàm ut matrimonium contrahant, v. g. ex odio, vindicta, vel ne deprehensi in adulterio à marito occidantur, aut de adulterio accusari possint, &c. conjugem communi conspiratione occiderunt, hoc impedimentum non contraherent, uti cum Navar. *l. 4. consil. 1. c. de eo qui duxit.* docet communis DD. ac citati omnes. Item si Titius v. g. suasu vel cooperatione Cajæ occidat uxorem suam, ut ducere possit, non ipsam Cajam, sed aliam quamcunque, vel determinatam hanc Semproniam sceleris ignaram, nihil impedietur Titius, quin postea possit ducere utramlibet, sive Cajam sive Semproniam, modò cum neutra earum ante mortem conjugis mœchatus sit (tunc enim nasceretur secundum crimen) uti ex *Coninck* & aliis resolvit *Layman c.* 10. *num.* 2. quia non occidit ex intentione contrahendi cum complice seu conspirante. Necesse tamen est, eam intentionem contrahendi cum ipsa complice, fuisse alteri parti manifestatam alioquin non poterit esse conspiratio ex intentione ineundi matrimonium. Sufficit tamen sola intentio seu voluntas contrahendi, neque requiritur promissio, seu ut fides data sit de matrimonio ineundo inter ipsos, prout expressè deciditur. *c. super hoc* eodem titulo. *De eo qui duxit.*

Tam

Tandem in hoc primo crimine, quando u
bo machinati sunt mortem conjugis, non
quiritur adulterium; cum juxtà jura allegatu
tis sit dicta mutua conspiratio cum occisi
secuta; si autem accedat & adulterium, erit c
men mixtum ex primo & secundo, eóque p
difficilioris dispensationis, & ideò in suppli
tione necessariò explicandum. Declaro hoc
men uno & altero exemplo authentico.

103 Jovius uxorem suam adulteram & adulter
odit, & per insidias occidere parat, adulter
adultera id rescientes absque intentione con
hendi matrimonium, illius mortem machi
sunt, & secretò occiderunt, posteà matrim
nium contraxerunt in facie Ecclesiæ. Quæri
an teneat? R. rectè Navar. cit. *Consil.* 1.
nuisse; *idcircò, quòd ex narratione facti clar
sit, interfectionem illam nequaquàm proveni
intentione contrahendi inter se post mortem
si.* Sic Doctor Navarrus.

Hortensia juncta matrimonio cum Petro, p
petravit adulterium cum Achille, qui gere
inimicitas cum Petro, & Hortensia quoq; Pe
oderat; quòd ab illo duriter haberetur; ineu
consilium, ut eum interficiant, quod & factu
est, primâ quidem intentione ulciscendi, q
oderant, secundariâ contrahendi simul; vel
tem de hac dubitant. Quæritur, an ortum
impedimentum dirimens & quid faciendum,
contraxerunt? Hic sceleratus casus his verb
propositus fuit Leonardo Lessio *in Auctar.*

Matr

Matrimonium caſ. 10. atque ita ſapienter reſolvit. 1. Fuiſſe ortum impedimentum, ſi ſaltem ſecundaria intentio fuit poſtea contrahere; quia jura ſimpliciter requirunt intentionem illam contrahendi, nec uſquam exprimunt, intentionem illam contrahendi debere eſſe primariam. 2. Si dubitent, an habuerint eam intentionem ſecundariam, debere eos abſtinere à matrimonio, eò quòd contracturis debet mortaliter conſtare, non ſubeſſe impedimentum, alioquin exponerent ſe in periculum fornicationis; atque eo caſu in foro externo omnino præſumptionem eſſe, adfuiſſe talem intentionem: atqui in foro externo ſtatur præſumptione, quandò non conſtat de oppoſita veritate.

Secundum Crimen.

Homicidium cum adulterio.

QUandò ſolus adulter, cõmiſſo adulterio, occidit ſuam uxorem (aut contra ſola adultera ſuum maritũ) abſque conſpiratione cum complice, ex intentione tamen perveniendi ad matrimonium cum adultera vel adultero, naſcitur impedimentum criminis dirimens matrimonium contrahendum inter adulteros. Omnes. Conſtat ex *c. Super hoc. c. Significavit nobis. De eo qui duxit.* Idque etiam locum habere, ſi adultera ſola ſimili intentione occidat maritum, patet ex ſuprà cit. *c. Si quis vivente. 31. quæſt.* 1. 104

Ad impedimentum ergò hoc contrahendum non 105

non sufficit sola occisio uxoris vel mariti ; requiritur etiam adulterium commissum occisionem actualem conjugis ; sive deinc dulterium antecedat, sive subsequatur machi tionem mortis conjugis, dummodò vivent huc conjuge. Communis. *Sanchez*, *Pon Layman*, alii citati. Ut si venenum propi uxori vel marito, aut mandasti sicario, ut occ Bertam uxorem tuam, & post illud mandat vel propinationem ante mortem Bertæ u misisti adulterium cum Caja, consurget imp mentum : non autem consurgeret, si cum dem Caja peccasses primùm post mortem tæ ; tunc enim non potuit ampliùs fieri ad rium : jura autem requirunt occisionem adulterio. Communis apud citatos. Item r requiritur, ut occisio conjugis fiat ex intent perveniendi ad matrimonium cum adultera colligitur ex motivo juris initio allegati, doc que DD. comuniter, Theologi, Juristæ, & misticæ. Quarè, si occisio vel machinatio m uxoris vel mariti fieret ex alio motivo v. beriùs cum hac aliáve peccandi, vel aliam q cunque fœminam ducendi, non inducetur pedimentum inter adulteros. Advertit ta benè Sanchez *cit. num.* 19. hanc intentio semper præsumi in foro externo, quoties s sor vult contrahere cum ea, cum qua comm adulterium ; ideóque idipsum etiam præs debet in foro interno in dubio, quando constat oppositа veritas, ut paulò suprà indi

vi. Non tamen necesse est, ut hæc intentio occisoris matrimonii contrahendi sit manifestata adulteræ cum qua intendit contrahere, ut contra Pontium & alios rectè docet Aversa hic *quæst.* 18. *Sect.* 4. cum Tambur. *tract.* 1. §. 2. *n.* 3. Quia in hoc secundo crimine non requiritur conspiratio duorum, sicut in primo crimine præcedente. Quale autem in hoc & sequentibus criminibus intervenire debeat adulterium, dicam mox infra *num.* 4.

Tertium Crimen.

Adulterium solum cum promissione matrimonii de futuro.

QUandò adulter & adultera, sive ante, sive 105
post adulterium commissum promittunt & fidem dant de matrimonio post mortem conjugis contrahendo, est impedimentum dirimens matrimonium inter illos contrahentes. Ex communi Sententia, ex plurimis sacris Textibus, *c. Relatum* 1. *quæst.* 1. *c. propositum c. Ex literarũ. c. Significasti. c. Veniens. & c. De eo, quid duxit.* Ratio rursus semper eadem, nè scilicèt ob promissionem factam matrimonii contrahendi captetur occasio machinandi mortem alterius conjugis, inter adulteros. Vides jam in hoc tertio crimine non requiri occisionem vel machinationē mortis, sed sufficere adulterium, cum promissione matrimonii. Vides etiam, non sufficere solum adulteriũ, alióquin omnes adulteri vel adulteræ invalidè contraherent secundas nuptias: Sicut neq;

suffi-

sufficit sola promissio futuri matrimonii
mortem conjugis, quippè quæ per se loquen
spectato jure naturæ illicita non est: attamen
accidens, quia tales promissiones solent esse
sæ multorum malorum; ideo meritò *c. Fin*
De eo, qui duxit, graviter delinquere dicun
eisque pœnitentia injungi præcipitur, qui ma
monio ligati promittunt alteri matrimon
post mortem conjugis. Et meritò Parochi
modi promissionem factam audientes suspi
tur, & inquirunt de ulteriori malo. Itaque

107 I. Ad hoc impedimentum requiritur &
ficit adulterium simul cum promissione
matrimonii, sive adulterium sit commissum
te, sive post promissionem seu fidem datam
expressè habetur eodem *c. Finali.* Neque re
ritur, ut unum fiat intuitu alterius per mod
pacti conditionati, v. g. dicendo: promitto
ducturum te, mortua conjuge mea vel tuo
feceris potestatem corporis; hoc enim nullibi
primitur, sed sufficit, cum adulterio ante
post fieri promissionē matrimonii, eámque
missionem ante adulterium non esse revocat
si enim revocata anteà sit, jam non erit adul
um cum promissione, adeóque nullum amp
impedimentum; at verò si promissio facta
adulterium, etsi ante mortem conjugis revoc
sit, impedimentum jam ante contractum per
ulterium cum promissione, utique permane
ut ex communi rectè notat Sanchez cit. *num.*
Bonacin. hic *quæst. 3. propos. 2.* alii pas
Hinc alterius.

II. Requiritur, ut promissio & adulterium 108
vivente eodem conjuge facta sint. Unde si fides data sit sub eodem matrimonio, atque adulterium commissum sub alio matrimonio posteriori: aut contra adulterium comissum sub priori promissio autem facta sub posteriori matrimonio, non erit impedimentum; quia per posterius aliud matrimonium dissoluta est connexio adulterii & promissionis. Ex comuni Sanchez *l. 7. disp. 79.* Coninck, alii cum Layman *c. 10. num. 4.* At quid si Titius & Berta bona fide putentes Cajam Titii uxorem jam esse mortuam, sic invicem promiserunt matrimonium; deindè certè cognoscunt eam adhuc vivere, & nihilominùs committunt adulterium; Incurrùntne hoc impedimentum dirimens? Affirimant simpliciter *Aversa* & *Perez* apud Tamb. hic *c. 6. §. 3. n. 11.* Sed rectius sic distinguentem: Si Titius & Berta post cognitam vitam Cajæ commiserunt adulterium ex vi promissionis priùs factæ, cum spe futuri matrimonii, adhuc sine dubio exsurgit impedimentum; quia sic perseverat promissio facta, & quidem jam sub mala fide, quæ ante erat sub bona fide.

At verò si cognitâ Cajæ vitâ nihil ampliùs moveantur promissione priùs facta, quam jam tanquam impossibilem factam cessasse & exspirasse apprehendunt; quia nimirum vivente Caja matrimonio jungi non possunt, & tamen committunt adulterium, non contrahent hoc impedimentum; quia sic adulterium hoc non est am-

plius conjunctum cum promissione antecà fa
quod valdè notandum. Hæc satis de simu
adulterii & promissionis: breviter nunc v
dum, qualis promissio & quale adulterium
quiratur ad hoc impedimentum eligendo
tentias mitiores pro liberatione eorum.

109 III. Requiritur ad promissionem matrim
ut sit seria seu utrinque seriò & ex animo fac
altera parte acceptata, & absoluta. Non
incurritur impedimentum. 1. Si promiss
utraque vel una saltem parte fictè fieret. La
cit. *c.* 10. *num.* 4. *Bonacin. Henriq. Diana*
contra *Sanchez, Perez, Dicastil,* & alios.
promissio, etsi seriò facta ab una parte, ab
parte acceptata non sit. Communissima
Sanchez *disp.* 79. *Layman*, aliis. Quid si
pars taceat? Censebitúrne consentire &
ptare, sicque impedimentum contrahi? N
Sanchez cit. Quia sumus, ait, in re nociva d
pedimentum contrahendum. Affirmat *Co*
cum aliis; quia sumus, ait, in re favorabili,
matrimonium apprehenditur ab iis ut bo
Utrumque probabile censet Tambur. cit. *c.*
3. *num.* 7. Et ego, nisi de consensu conste
mitiorem sententiam inclino. 3. Si prom
fiat conditionatè conditione ante mortem
jugis non impleta, ut si dicas adulteræ: pro
to de ducere, si pater meus profectus fuer
ante mortem uxoris pater non proficisc
non orietur impedimentum. Sic (contra
chez & alios) *Coninck, Layman, Perez dis*

Sect. 4. Tambur cit. *num.* 4. alii. Ratio est; quia promissio conditionata ante conditionē impletā non est simpliciter promissio aut fides data, quā requirunt sacri Canones. 4. Probabiliter etiam requiritur ultra promissionem acceptatam absolutam, etiam repromissio vicissim facta ab altera parte, seu promissio mutua, sicut si contrahere attentarent matrimonium de præsenti in crimine sequenti requiritur mutua promissio & repromissio. Ita post *Henriq.* Layman *num.* 4. Etsi probabiliùs neget cum pluribus Sanchez *disp.* 79. *num.* 20. Sed satis sit probabiles opiniones hujus impedimenti insinuasse, si curiosus es, vel casu urgens, lege citatos.

IV. Ad contrahendum hoc impedimentum 119
requiritur adulterium verum & formale ex utraque parte seu utrique parti cognitum & perfectè consummatum cum immissione seminis intrà vas naturale. Communis DD. ac citati omnes. Non ergò incurritur hoc impedimentum imprimis, si neutra, vel altera pars nesciat se committere adulterium, ut si puella nesciat hunc virum esse matrimonio ligatum, aut ignoret ejus uxorem adhuc vivere, etsi ignorantiâ crassâ. *Sanchez*, *Coninck*, *Layman*, *Perez*, alii passim. Et constat expressè c. *Propositum. De - , qui duxit.* infra describendo. Et alius Canones requirunt scientiam. Undè, si reipsa non sit adulterium, sed tantùm formaliter per conscientiam erroneam, ut si Titius & Berta putent conjugem alterius adhuc vivere, cùm tamen reve-

ra jam obierit: aut putent, esse verum matri-
nium illud prius, cum tamen revera ob impe-
mentum occultum nullum sit. Nam univer-
liter semper requiritur matrimonium prius fu-
se validum, etsi tantum modò ratum, aut di-
tiô dissolutum. Ut notat Sanchez *disp.* 78. n.
ne. Communis apud Tambur. cit. §. 2. n.
6. Denique non contrahitur impedimen-
ob quoscunque tactus & actus impudicos, et
pollutionis invicem procuratas, etiam copu-
inchoatam, &c. Eodem prorsùs modo, quo
prâ dictum de copula requisita ad contrah-
dum impedimentum affinitatis, hic per om-
applicanda. Ratio omnium est; qui jura o-
odiosa sunt strictè interpretanda; ergo in
nostro non sunt intelligenda, nisi in adul-
perfecto, absoluto; & utrinque consumato,

Crimen quartum.

*Adulterium solum cum alio matrimo-
contracto.*

111 QUandò adulter vel adultera commis-
dulterio insuper contrahunt, vel po-
contrahere (utiq; invalidè) attentant matri-
nium per verba de præsenti, statim nascitur in
eos impedimentum dirimens, ut deindè, et
mortua uxore adulteri, vel marito adulter
matrimonium validè contrahere nunqu
possint. *Omnes.* Constat variis Capi-
bus eodem titulo: *De eo, qui duxit.* Et ra
eadem à fortiori; si enim ob excludendam
cas

casionem machinandi mortem conjugis ex sola promissione matrimonii cum adulterio nascitur impedimentum dirimens, multò magis nascetur ex consensu de præsenti cum simili adulterio.

Intellige rursús eadem ratione de adulterio vero, formali, ex utraque parte perfectè consumato, juxta dicta in crimine præcedent *n. IV.* Declarat authentica sententia Alexandri III. *c.* 1. *de eo, qui duxit.* Sic loquitur: *Propositum est nobis, quòd quidam vir uxorem habens, sibi aliam hujusmodi rei insciam copulaverit, sed prima mortua discedere nititur à secunda. Sed licèt in Canonibus habeatur, ut nullus copulet matrimonio, quam prius polluerat adulterio, & illam maxime, cui fidem dederat uxore sua vivente: vel quæ machinata sit in mortem uxoris; quia tamen præfata mulier erat inscia, quòd ille aliam haberet uxorem viventem; nec dignum est, ut præfatus vir, qui scienter contra Canones venerat, lucrum de suo dolo reportet. Consultationi tuæ taliter respondemus: quòd nisi mulier divortium petat, ad petitionem viri non sunt aliquatenus separandi.* Sic Pontifex, compendio confirmans ferè omnia dicta.

At, quid si tales putantes conjugem jam esse 112
mortuam vel mortuum, bona fide contraxerunt matrimonium, postèà verò cognitò conjugem adhuc vivere, committunt, vel pergunt comittere adulteria, idque quasi ex vi prioris contractus? Accipe responsum Doctoris Navar. ad similem casum sibi propositum, *consil.* 3. in eun-

dem titulum: *de eo, qui duxit.* Antonius vivente priori uxore, motus rumore mortis ejus, degebat longè distans ab eo, contraxit cum ta ignorante Antonium habuisse uxorem, de jus morte nihil certi constaret: quæ Berta etiam postquàm deindè cognovit vivere uxorem tonii, perrexit facere Antonio potestatem corporis. Nunc verò sepulta priori sua uxore & superstite secunda, quærit Antonius: qui bi faciendum?

Respondet sapienter Navar. 1. Non pos los convivere, nisi eliciant novum consen quandoquidem matrimonium non valuit vente prima uxore. 2. Licet novum con sum eliciant, attamen fore illicitum ac irri nisi accedat dispensatio Pontificis; quando dem Berta perrexit carnaliter adhærere Anto etiam postquàm cognovit, vivere adhuc uxo Antonii. 3. Antonium teneri ducere Be volentem; quia illam ab initio decepit, u non contracturam, si cognovisset, esse incert an viveret prior uxor. 4. Addit illam re rionem consensûs debere fieri coram Par & testibus; esto jam præcesserit in facie E fiæ matrimonium illud invalidum. Sed de quarto alibi mitiùs.

Quo jure inductum hoc impedimentum

113 CErtè non jure naturæ vel divino, ut p in Davide, qui post adulterium & occi nem Uriæ duxit ejus uxorem Bethsabeam;

solo Jure Ecclesiastico, locis hactenus allegatis. Undè si duo infideles commisissent tale crimen, posteà validè contraherent. Quòd si tamen tale crimen committatut à duobus, quorum unus est fidelis, alter infidelis, non poterit hic alteri post Baptismum jungi matrimonio. Ut certum est apud omnes. Et expresse diciditur. *c. 1. de convers. infidel.* Etsi enim ibi sit casus de certa criminis specie, tamen perindè est etiam de aliis speciebus criminis. Ut notat ibidem Glossa. Ratio est; quia tunc impedimentum ab Ecclesia statutum directè in fidelem, redundat etiam in infidelem. Etenim ad invalidè contrahendum matrimonium satis supérque est, quòd alter ex contrahentibus impedimento dirimente alligatus sit. Uti contingit in impedimento voti solemnis in Professione, &c. quod quamvis in altero tantùm reperiatur, matrimonium tamen reddit irritum. Ut excomuni docet Sanchez, *disp.* 78.

Tantem nota semel pro semper, impedi- 114
mentum hoc criminis tantùm dirimere matrimonium contrahendum inter ipsosmet criminosos, qui tale crimen homicidii vel adulterii commiserunt: non item dirimere matrimonium contrahendum cum aliis; imò hodie neque impedire quidem, quamvis hæc ipsa & alia nonnulla crimina jure veteri erant impedimentum impediens seu prohibens matrimonium omne aliud contrahendum, de quo brevi posteà.

Supponimus autem semper, sicut generaliter

ad incurrendum quodvis impedimentum d 117
mens, ita & hoc criminis impedimentum, 118
requiri ſcientiam talis impedimenti, nec e 120
ſare ignorantiam, quod tali crimine contr
tur impedimentum dirimens, & matrimoni 121
fiat nullum; quia etiam hoc impediment 122
ab Eccleſia inductum eſt non præcisè in 123
nam delicti; ſed principaliter ad abſterre 124
homines, ne ſpe matrimonii crimina com 125
tant: prout unanimitet ſupponunt DD. uni 126
ſi ſuo loco allegandi; neque ullus hactenus 127
in dubium revocavit. Noviſſimè Diana *part.* 13
reſol. 51. pro oppoſita ſententia citat *Baucy*
Baucyus autem id ex ſe non aſſerens citat *P* 13
dani antiquam ſententiam obſoletam, adeò
hodie nullum probabilitatem afferentem; 13
tamen nec *Diana*, nec *Baucius* ulla nota
ciunt oppoſitam ſententiam *Paludini*, ideò
cum P. Gobat hic *caſ.* 10. *num.* 202. non v
rer illos, qui bona fide contraxerunt adh
impedimento criminis relinquere in bona fid

CLASSIS IV.

Impedimentorum.

NIMIA DISTANTIA.

COntinet duo vel tria ultima impedime
Cultus diſparitas: *impotentia*, ſub qua
tiam comprehenditur impedimentum ætatis.

SUMMARIA.

115. *Matrimonium fidelis cum infideli ſeu non baptiz*
nullum eſt.

117. *Fi*

117. *Valida autem sunt matrimonia Catholicorum cum hæreticis regulariter.*
118. *Illicita tamen mortaliter per se loquendo.*
120. *Et prorsus impia cum promissione relinquendi partem prolium in fide hæretica.*
121. *Impotentia coeundi,*
123. *Quando censeatur adesse, & unde oriatur?*
124. *Si perpetua sit & incurabilis licitè ac antecedens,*
125. *Dirimit Matrimonium contrahendum tantùm.*
126. *Quid in dubio, an sit perpetua, nec ne?*
127. *Impotentia superveniens non dissolvit matrimonium semel contractum.*
128. *Nulla impotentia temporalis tantùm etiam antecedens dirimit.*
130. *Impotentia ætatis jure naturæ dirimit solùm inter contrahentes ante sufficientem usum rationis.*
131. *Jure verò Ecclesiastico dirimit inter impuberes, masculum scil. ante 14. & fœmellam ante 12. annum impletum.*
132. *Nisi malitia suppleat ætatem.*
134. *Quoad impotentiam sexûs mixti, seu matrimonia hermaphroditorum ponuntur quatuor casus, usque ad n. 139.*

§. XV.

CULTUS DISPARITAS.

HOc est: Diversitas Religionis, sed illius solius, quæ est inter fidelem & infidelem, seu baptizatum, & non baptizatum est impedimentum dirimens matrimonium inter illos. Omnium DD. consensu. Id tamen non jure naturali aut divino (quidquid nonnulli sine solida ratione dicant apud *Sanchez* citandum) sed solo Ecclesiastico, eóque non scripto; non enim invenies Canonem qui clarè indicet hanc annullationem. Ut latè disputat Sanchez *l.* 7. *disp.* 71. sed 115

71. sed consuetudinario, consuetudine & petuo usu Ecclesiæ approbante. Ut post *chez* & alios communiter, benè probat *disp.* 36. *sect.* 1. *num.* 4. addens tamen, prov re ex Traditione Apostolica.

116 Certissimum autem est apud omnes, tale trimonium esse illicitum jure naturali ac d no, in lege veteri sæpè gravissimè prohibit ac etiam in nova: 2. *ad Corinth.* 6. *Nolite cere jugum cum infidelibus.* Idque ob pericu perversionis & malæ educationis. Sed de plura dicere nihil opus vel utile. De hæres autem dixi primo Præcepto; *Cum de commu catione Catholicor. cum hæret.* Ne tamen loco mancus sim, reddo compendio.

Matrimonia Catholicorum cum hæreti

117 HÆc secundùm leges Ecclesiæ inita val sunt, saltem regulariter. Communis ma Theologorum (adversus nonnullos Ca nistas) & certa sententia, adeò ut Bellarmin. *de concil. c.* 4. expressè dicat, esse errorem in fi si quis asserat, matrimonium catholici cum hæ retica esse invalidum. Et ratio est; quia nec turalis, nec divina, nec Ecclesiastica lex, secl alio impedimento dirimente, irritat ejusmo conjugia: neque obstat, quòd hæreticus non credat matrimonium esse Sacramentum; nam aut ratio Sacramenti inter baptizatos non pote separari à contractu legitimo matrimonii, u multi docent: aut certè regulariter hæretici n ipsa non separant cum habent generalem in tentio

tentionem contrahendi matrimonium more Christiano seu à Christo ordinato in vera Ecclesia. Quanquàm negari non possit, esse tam perversos hæreticos, qui simpliciter nolint contrahere cum Sacramento vel indissolubiliter: quo casu matrimonium utique esset nullum; quare dixi *regulariter*.

II. Illicita mortaliter sunt illa matrimonia, 118
ut per se loquendo peccent mortaliter catholici ineuntes matrimonia cum hæreticis: & maximè catholicæ nubentes hæreticis. Ita communis DD. Catholicorum omnium, & nominatim mox citand. N. III. & IV. Ratio multiplex est. 1. Quia communicant cum hæreticis in rebus sacris. 2. Quia ministrant Sacramenta indigno; quia conjuges sunt hic ministri Sacramenti. 3. Exponunt se, præsertim mulieres, periculo apostasiæ. 4. Quia tacitè vel expressè solent promittere, se positivè permissuros, ut dimidia pars liberorum educetur in Religione acatholica. 5. Deniq; quia valdè est credibile, multa ex iis matrimoniis esse jure divino irrita; sicut jam insinuavi. Unde Concilium generale Chalcedonense *can.* 13. & Agathense *can.* 67. apud Gratian. *c. non oportet.* 28. *quæst.* 1. interdicit talia conjugia.

Hinc rectè infert Perez *disp.* 36. *sect.* 2. *num.* 1. certum esse, jure naturali, divino & Ecclesiastico esse irrita per se loquendo sponsalia Catholicæ cum hæretico; quia promissio de re turpi non potest non esse turpis.

III. Illi etiam Catholici vel Catholicæ per se 119
loquen-

loquendo peccant mortaliter, qui in Urbibu
pagis mixtæ religionis contrahunt cum hæ
cis. *Valentia. Bellarmin. Serarius. Coninck.*
sius. alii citati,] Tanner *tomo* 4. *disp.* 8. *qu*
num. 99. Perez cit. *disp.* 36. *sect.* 2. Busenb
l. 2. *tract.* 3. Jacob Marchant. *in candelab. m*
8. *lect.* 15. Gobat *casu* 9. *num.* 218. alii, (
tra Azorium *part.* 1. *l.* 8. *c.* 11. Sanchez
disp. 72. consentiente Laymanno *c.* 14. *num*
si nullum subsit periculum subversionis,)
tio invicta est, quia illa commixtio non eve
sed potius firmat rationes num. præcedenti
tas: ergò per se non sunt licita illa connubia
excluſis omnibus illis malis & periculis,
insuper gravis causa, videlicèt spes sopiendi
ves discordias, convertendi conjugem ad fid
&, ut addit *Lessius*, si puella nequeat inter Ca
licos reperire conjugem paris conditionis.
rò quia Germani DD. *Tannerus* & *Lay*
itémque *Marchantius* Belga rectissimè tes
tur, oriri communiter majora mala inde, q
bona; idcircò reor esse rarum casum, quo
à parte rei & in individuo licita hæc connub
meritóque *Tanner*, & Gobat cit. monent D
minos Parochos, ut quoad possunt, se op
nant talibus conjugiis, nec assistant, nisi susce
ex justa causa & sine morali periculo subver
nis: nunquam autem, planè nunquam illis, q
bus sponsi addunt pactum impium sequens.

120 IV. Prorsùs impia & nullo modo vel c
licita sunt matrimonia, quibus conjux Cath
lic

licus promittit apertè vel occultè se relicturum partem liberorum sine cultura veræ religionis. Ita docent Navar. *l.* 1. *consil.* 1. *quæst.* 25. *num.* 63. Coninck, *disp.* 31. *dub.* 4. Lessius *in auctor. v. hæreticorum cum catholicis conversatio. c.* 33. Tanner cit. Layman cit. *tract.* 10. *part.* 4. *c.* 14. *num.* 3. Dicastil. *disp.* 7. *num.* 705. Marchant cit. *Lect.* 1. Manuale Parochor. *part.* 2. *c.* 7. *num.* 5. Perez de matrimonio *disp.* 36. *sect.* 2. Gobat cit. *num.* 221. rationem benè dat Layman cit. *Illud porrò apud omnes in confesso est, si matrimonio catholici cum hæretica pactum adjiciatur ut liberorum alii, puta masculi patrem fidelem; famellæ verò matrem hæreticam sequantur. impium & irritum esse: quandoquidem ad utrumque pertinet cura liberos suos omnes in vera fide ac religione educandi.* Perez autem cit. sic loquitnr. *De pactis verò, quæ in istis conjugiis quandoque ineuntur, ut quidam ex filiis nascituris fidei catholicæ alii hæresi adhæreant, certum est, esse prorsùs impia & irrita, tum contra jus Ecclesiasticum. c. ex litteris. de convers. infidel. tum contra jus divinum; quoniam parvulis usu rationis carentibus cura parentum ministrare & præbere debet remedia ad salutem necessaria, adeoque filii parvuli instruendi sunt in fide & Religione catholica.* Sic Perez nemine contradicente. Et tandem, neque Deus auctor naturæ, nec Christus auctor Sacramenti instituit matrimonium ad educandos filios diabolo, sed Deo.

Obser-

Observat tamen sapienter & singul
Tanner. cit. *num.* 91. in casu, quo matrim
um catholicæ cum hæretico licitum est,
tumque commodi & momenti habiturum
ad publicum bonum promovendum, nec
men via aut ratio suppedit, qua à marito i
tret liberam facultatem universam prole
catholicæ Religionis cultum colu ndum,
videtur illicitum adjicere cautionem aut e
ptionem, ut saltem aliqua pars liberorum,
hil impediente marito, in catholica Relig
informetur, nil interim quoad cæteros hæ
præjudicando juri catholicæ matris, quæ
tur pro viribus filios omnes in vera Religi
instruere. Ita *Tanner.* ita *Gobat*; ita ego: & q
ni tu quoque? Hinc sumes resolutionem a
quentem casum. Petrus zelosus Parochus q
rit in confessione ex muliere, quam ignora
ptam esse viro acatholico, utrum liberos pi
christianè educet? respondet illa, filias quid
ita educo, sed filios viro relinquo; quia sic
est in hac patria. Quæritur, an Parochus li
absolvat talem mulierem? R. Licite, & illic
Licitè: si mulier dicat, maritum ita invig
perversioni liberorum, & hos ita pertinaciter
hærere institutioni paternæ, ut suâ operâ n
aliud effectura sit, quàm graves dissensiones, e
suras in verbera.

Illicitè: si probabilis spes appareat alicu
frugis; peccat quidem illa mulier ex erronea
conscientia, si ideò abstineat ab educatione c
thol

tholica liberorum, quòd in contractu matrimoniali spoponderit, se abstenturam; nam (inquit Ulpianus l. generaliter. ff. de verbis obligator.) *generaliter novimus, turpes stipulationes nullius esse momenti.* Cessabit tamen peccatum, si mulier ob causam aliam modò indicatam abstineat.

§. XVI.

IMPOTENTIA.

IMpotentia coeundi seu exercendi copulam 121
carnalem perfectam perpetua præcedens dirimit matrimonium contrahendum, non dissolvit contractum superveniens, etiam perpetua. Est certissima apud omnes. Et constat toto titulo: *De frigidis & maleficiatis, in 4. Decretal. & 33. quæst. 1. in Decreto.* Ratio est; quia contractus matrimonii essentialiter includit obligationem dandi inter se corpus ad copulam carnalem: atque juxta regulas juris: *Impossibilium nulla est obligatio.* Et: *Inhabilis ad solvendum, est etiam inhabilis ad promittendum*: ergò talis perpetua impotentia coeundi est impedimentum dirimens seu irritans & annullans matrimoniũ, Idque non tantùm jure Ecclesiastico, sed etiam jure divino & naturali, itaque ex natura rei; nam de jure naturæ est, ut non possis tradere potestatem tui corporis ad actum impossibilem. Quarè sive scias, sive nescias tuam impotentiam, si tamen verè impotens sis, impedimento affectus es. Jam termini parum verecundi necessariò tamen explicandi sunt.

I. Impotentia coeundi,

122 NAm impotentia generandi tantùm, seu sterilitas nullum matrimonio affert impedimentum; nunquid enim negabis, sanctos Zachariam & Elisabeth fuisse veros conjuges? Communissima. Et latè Sanchez *l. 7. disp. num. 24.* Ratio; quia jam adest potestas ad actum principalem immediatum, scilicèt perficientem copulam, etiamsi desit quasi per accidens effectus copulæ, scilicèt proles; adeóque licet ... non possit haberi finis principalis matrimonii, qui est prolis generatio, habetur tamen finis secundarius, qui est remedium concupiscentiæ: nam propterea potest maritus commisceri uxori jam prægnanti vel partui vicinæ, quamvis ... novo effectu copulæ. An peccet, qui sciens volens ducit sterilem, ut fine effectu prolis, ... tùm libidine fruatur. Alibi videbimus *cum debito.*

Petes tamen incidenter. Si mulier ... quidem sit ad actum conjugalem, nec infa... da, tamen cùm suo vitæ periculo vel cum ... morte seu cum abortu semper pariat v. g. ... jam experta. An validè & licitè rursùs con... het matrimonium? R. Certò valebit; quia ... potens est ad id, quod essentialiter requi... Certò etiam illicitè, si hoc faciat nesciente ... marito; quia illi magnum damnum infert, ... in re tam gravi eum decipit; ipso autem scien... nequaquàm peccabit ex hoc capite, quia scie... & consentienti non facit injuriam. At verò ...

alio capite propter periculum & damnum, quod sibi ipsi & proli causat; peccare mortaliter censet *Bossius* apud Tambur. cit. *tract.* 1. *c.* 13. §. 2. *num.* 12. Nec excusari posse à fine, remedium adhibendi tentationibus concupiscentiæ; eas enim aliis mediis, orationibus, mortificationibus cum Dei Gratia superari posse. Verùm tunc non peccaturam, si marito sciente nubat, æquè probabiliter docent citati, & nos in simili, *cum de debito.* Sanchez *disp.* 120. quia non facit injuriam nec proli nec sibi. Non proli; quia melius est aliquanto tandem tempore esse, quàm nunquam esse, non sibi, quia durum est negare mulieri remedium matrimonii à Christo Domino ad eum finem institutum: & eam compellere ad remedium mortificationis duræ & extraordinariæ; nam neque infirmum, ut vitam servet, obligamus ad remedium admodùm difficile conquirendum ac sustinendum.

II. Exercendi copulam perfectam.

SCilicet cum emissione feminis intra vas na- 123
turale sufficienter ad generationem. Impotentia ergò hæc certò adest, quandò ex his tribus aliquid deest: potentia penetrandi vasis: potentia emittendi verum semen; potentia illud immittendi intra vas. Adeóq; ex parte virorum ex multiplici capite oriri potest, utpotè primò; quia eunùchus; 2. quia naturâ frigidus verò semine omninò caret, aut sufficiens ad generationem non affert; 3. quia nimis calidus naturâ, ut

ſemper totum ſemen effundat, priusquàm a
riatur vas naturale; 4. quia naturæ nimis debi
membrum ad copulam ſufficienter non erig
5. quia membro nimis brevi, aut contrà nim
graſſo vel improportionato: atque etiamſi in
non ſit impotens reſpectu omnium, modò
impotens reſpectu hujus certæ perſonæ, c
qua actum perfectum copulæ exercere nunqu
poſſit, erit impedimentum dirimens matrim
nium contrahendum, adeoq; diſſolvens nullu
contractum cum illa certa perſona; etſi n
impediatur ab omni alio matrimonio, ſed ali
ſibi proportionatam ducere poſſit: quo caſu
citur, *impotentia reſpectiva*. Cùm autem eſt i
potens reſpectu omnium, dicitur *impotentia*
ſoluta. Ex parte fœminæ plerumque obſtar
ctitudo tantùm, aut abſoluta, aut reſpectiva,
ſpectu talis viri. Unde generaliter à comun
contingentibus in jure impotentes, viri quidē
vocantur *frigidi*, fœminæ *arctæ*. Et pro co
notat Sanchez *l. 9. diſp. 7.* quòd licèt mulier n
poſſit unquam retinere ſemen, nihilominùs ſo
ſiſtit matrimonium; quia antequam fiat expul
copula jam perfecta fuit. Et hinc evnuchi, ſ
dones utroq; teſticulo carentes, cùm ex Me
corum omnium ſententia verum ſemen emitt
re nequeant, invalidè contrahunt matrimoniu
Communiſſima. Uti declaravit Sixtus V. ap
Sanchez *diſp. 92. & Perez diſp. 37.* At verò
qui alioquin ſanis & integris virilibus uno tan
tum teſticulo caret, certum eſt, eſſe potentem

ad verum semen emittendum, ideóque etiam ad matrimonium contrahendum.

Senes decrepiti, ita debiles ut nunquàm possint actum conjugalem consumare, invalidè contrahuut matrimonium; quia jam ejusmodi potentia esset in futurum perpetua. Communis DD. cum Sanchez *disp.* 92. *num.* 70. Bonacina *hic quæst.* 3. *propos.* 13. Contra tamen, etiam hos senes validè contrahere, docet *Henriq.* apud *Bonacin.* cit. eò quòd illa sit impotentia per accidens, cùm semper retineant anteà habitam potentiam suam intrinsecam seminandi. Opinionem hanc multi sequuntur RR. saltem post factum: ut ejusmodi connubia jam contracta tanquam invalida dissolvi non debeant, dumodò post triennalem experientiam deinceps castè vivant, juxtà dicenda inferiùs. Et ego in contingentia facti consultus semel tantùm sic fieri permisi. Certum autem est quantumvis senes & decrepitos validè contrahere matrimonium, si per medicamenta vel qualitatem ciborum possint fieri sufficientes ad copulam conjugalem; eo ipso enim impotentia erit temporalis tantùm. Insuper Pontius apud Dianam *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 75. etiam post Bullam Sixti V. docet spadones, senes & quosque impotentes posse contrahere matrimoniuum cum impedimenti consciis, non ad usum matrimonii, sed ad societatem vitæ & castè vivendum per modum fratris & sororis. Quam sententiam probabilem censet, & latè defendit *Diana* cit. Verùm eam

acriter impugnant alii DD. communissimè, & oppositam sententiam negativam Sanchez *lib. disp.* 97. vocant certissimam Dicastil. *disp. dub.* 43. omninò veram : Tanner. *disp.* 9. *qu.* 4. *num.* 136. certam : Perez *disp.* 37. *Sect.* communem sensum totius scholæ, idémque sentiunt *Hurtadus* cum Tambur. cit. §. 2. *num.* Gobat *cas.* 13. *num.* 547. & præter rationes latè videndas apud citatos sufficit Bulla Sixti nam absolutè definit : impotentiam esse impedimentum dirimens matrimonium, & nihil distinxit quoad hunc vel illum usum.

III. Perpetua.

124 PErinde est, quòd hæc impotentia copulæ perpetua oriatur ex causis naturalibus, in exemplis allatis, sive ex maleficio per magicas incantationes, dummodò talis sit, ut neque medicinâ, neque ordinariis Ecclesiæ exorcismis tolli unquam licite possit. Esto 1. tolli possit per medium valdè difficile & periculosum vitæ vel gravis morbi, v. g. arctitudo fœminæ per incisionem periculosam, &c. adhuc certum tur impotentia incurabilis, ut nec mulier tenea tur pati, nec vir eventum incisionis exspectare sed petita solutione matrimonii, tanquam inu conjux potens ad alias nuptias licitè transire po test. Ut ex communi latè probat Sanchez 7. *disp.* 93. *num.* 20. 2. Estò etiam impotentia illa tolli possit per media illicita v. g. incantatio nem magicam : vel maleficium ligaminis ali

nov

novo maleficio, &c. adhuc censetur incurabilis; quia quod jure (seu licitè) non possumus, absolutè non posse censemur. 3. Esto etiam per miraculum tolli possit, adhuc tamen naturaliter manet impotentia perpetua & dirimens; unde si conjux cum perpetua impotentia contrahens, posteà per miraculum sanetur, nihilominus matrimonium semel irritè contractum, irritum manet, neque convalescet, nisi novo consensu privatim contrahant. Omnia ex communi *Sanchez* cit. *Layman. c.* 11. alii passim. Aliud est, si impotentia maleficata sanetur ordinariis Ecclesiæ exorcismis vel mediis spiritualibus, tunc enim sanitas non censetur miraculosa, quippè medio ordinario procurata, & hoc ipso constat impotentiam non fuisse perpetuam, sed temporalem, quippe ordinario medio curabilem; ideóque matrimonium ab initio valuisse. Ut colligitur ex *c. Ultimo. 33. quæst.* 1. & *c. Fraternitatis. De frigidis.*

Denique licèt constitutus in mortis periculo validè matrimonium contrahat, & quandoque etiam licitè, utpotè ducendo concubinam ad effectum meretricium emendandum, vel ad prolem legitimandam; quia talis habet potentiam exercendi copulam, etsi hic & nunc per accidens impeditam. Communis DD. cum Sanchez *l. 7. disp.* 205. Tamen si in tali, ex vi morbi vel aliundè potentia generativa totaliter destructa vel perpetuò impedita fuisset, ut nullo medio ordinario reparari posset, simpliciter talis homo

impotens censebitur, & ineptus ad matrimo-
um contrahendum, & sic contractum, etsi is p-
steà convalescat & diutius vivat, irritum e-
& nullum. Ut rectè monet Coninck *disp.* 2
dub. 7. & ex eo Layman cit. *c.* 11. *num.* 4.

IV. Dirimit matrimonium contrahendum tantùm.

125 IMpotentia ejusmodi perpetua anteced-
matrimonium, quæ scilicet jam existebat
tempore, quo matrimonium contrahebatur, d-
rimit matrimonium contrahendum. Ideoq-
quamprimum constat medicorum vel matro-
narum judicio matrimonium cum impoten-
perpetua contractum esse, statim separandi is-
conjuges putatitii, potenti libertas aliter co-
trahendi permittenda. Insuper in dubio: utrum
impotentia fuerit reverâ contracta ante mat-
monium, vel posteà secuta? ex communi
probabilius docent Abbas in cit. *c. Fraternit-*
& Layman. *c.* 11. *num.* 6. præsumendum esse
quòd impotentia antecesserit; si enim nunquam
copula exerceri potuit, & nullis indiciis co-
stet, quandò impotentia contracta sit, præsum-
potest jam ante matrimonium exstitisse, ideoq-
fuisse illud irritum. Idque ego cum Gobat *ca-*
18. *num.* 432. verum credo, si impotentia pro-
venit ex causis naturalibus; at verò si provenit ex
maleficio, res valdè perplexa & minimè tuta est,
ut separentur tales conjuges. Ut fatetur Dica-
stil. *disp.* 7. *dub.* 49. adhuc tamen concedens,

posse

posse in dubio præsumi jam præcessisse, eò quòd hoc malum soleat immitti in eum finem, ut matrimonium dissolvatur. Sed hoc ipsum valdè incertum est, quin potiùs videntur eo maleficio conjuges velle perpetuò affligere malefici homines. Hoc ultimum solatium potest esse confessariis notandum, quòd nobiles DD. afferant matrimonium dirimi per impedimentum superveniens matrimonio rato tantùm, sed nondum consummato, quale semper erit in proposito; nam post consummationem nihil ampliùs dirimere certum est apud omnes. Insuper aliqua adnotanda sunt pro praxi non in frequenti.

I. Cum constat quidem impotententiam fuisse 126
antecedentem, at dubium est, vel non satis constat, an ea impotentia perpetua sit, vel temporalis, non statim dirimere matrimonium, sed utendum est privilegio juris *c. Laudabilem. De frigidis & maleficiat.* Quo conceditur ipsis trienne spatium ad experiendum, quo sine emendatione elapso, tandem separandi sunt, datâ licentiâ conjugi potenti ad alias nuptias transeundi, Authoritate tamen Ecclesiæ ob scandala vel pericula & varia mala evitanda. Quòd si tamen fraternæ charitatis vinculo constricti, ut frater & soror cohabitare consentiant, abstinentes ab omni carnis copula & impudicitia, id quidem eis jure permissum, sed sæpè non consultum est ob periculum incontinentiæ ex parte conjugis potentis.

II. Matrimonium semel ratum, licèt nun- 127

quam consummatum, nulla postea superve-
ente impotentia dirimitur, ut significatur c.
qui 32. *quæst.* 7. quoad matrimonium consu-
matum certissimum est; quoad ratum om-
nò communis DD. cum D. *Bonavent. Sco-*
Richaro, aliis *in* 4. *d.* 34. & Sanchez *l.* 7. d.
102. Ratio est; quia potestas semel data
perveniente impedimento usûs, non irrita-
at in matrimonio rato jam data est potestas:
gò, &c. At tamen iis conjugibus, quibus
matrimonium impedimentum advenit,
sunt tactus & oscula ad declarandum affectu
conjugalem vel ad sedandam non nihil con-
piscentiam, dummodò absit periculum po-
tionis, etiam ligatis semper illicitæ. Imò quo
diu probabilis spes supersit copulam aliquan
perficiendi, concessum est talibus copulam
nari, etsi præter intentionem pollutio seu e
sio totius seminis extra vas contingat. Ut
communi docet Navar. *c.* 22. *num.* 60. Sa
chez. Layman. cit. Insuper, nondum quid
legi, sed vir magnus, in praxi versatissimus m
consulenti respondit. Quòd si ex tali impe-
mento superveniente; v. g. si uxor post puer
rium destructa & arcta facta sit, & absq; peri
lo secari nequeat, si saltem pars seminis subintro
re possit, posse se excitare applicando, etsi ma
pars seminis effundatur, dummodò aliquid in
tret, prout regulariter fit attrahente matrice;
sic enim in sequenti puerpuerio fortè remedium
invenietur.

III. Nul-

III. Nulla impotentia corporalis tantùm, e- 128
tiam antecedens, dirimit matrimonium, nisi jure Ecclesiastico in ætate impuberi, de quo mox infrà. Ita omnes, teste Sanchez *l. 7. disp. 92. num. 5.* Sic enim definitum est *c. fraternitatis.* eodem titulo: Neque enim de ratione matrimonii est, ut possit semper haberi copula perfecta, sed, ut aliquando. Quid si autem laborans impotentia temporali nihil dicat de hoc vitio alteri parti, an non sufficiat hæc deceptio ad dissolvendum matrimonium? R. Esse rem dubiam. Sufficere negat *Sanchez cit.* Concedit *Sot. Henriq.* cit. alii apud ipsum. Utere Sententiâ pro re nata. Cæterum quandò impotentia habendi copulam tolli potest sine periculo mortis vel gravis morbi, tenetur impotens admittere remedia naturalia v. g. mulier arcta incisionem non periculosam medicorum judicio. *Sanchez, Bonacin.* alii communiter; quia hoc est necessarium ad copulam, cujus potestatem transtulit in maritum. At quid si nolit pati incisionem, valebítne matrimonium? Res rursus dubia. *Bonacin.* ex communi dicit valere; at valere negat Basilius Pontius *de Matrimonio l. 7. c. 62.* cum Diana *part. 3. tract. 4. resol. 201.* ideóque mulierem compellendam ad incisionem non periculosam. Rursùs utere iterùm sententiâ pro re nata.

IV. Dictum est jam conjuges impotentiâ la- 129
borantes, non propriâ, sed judicis Ecclesiastici authoritate separari debere ob fraudes, scandala aliáq; incommoda evitanda. At quid si postea

comperiatur fuisse erratum in judicio, p
non rarò evenit? R.. reintegrandum erit
priùs matrimonium (nisi conjux alter no
scelere alteri adhæserit; tunc enim ad coha
tionem tori conjux iñocens admittere non
tur, sed jure repellere potest. Ut habetu
dem *c. Fraternitatis. eodem titulo.*) Adeóq
posterius matrimonium quodcunque, etia
licentia judicis Ecclesiastici contractum, d
vendum est. Prout dicitur famosissimo
casu latè descripto *c. Litteræ, De frigidi.*
declaratione & confirmatione dictorum defe
compendiô.

Mulier O nupsit Viro P. cum quo multo
nos morata non potuit ab ipso propter
tudinem carnaliter cognosci; quare præ
probationibus arctitudinis, quas jam pri
expressi, celebratum fuit divortium. Eo c
brato mulier O emisit suasu Episcopi Altisio
rensis Ordinarii sui votum continentiæ pe
tuæ. Vir P. cupiens fieri pater duxit aliam u
rem; contigit autem postea, quòd mulier i
nit, qui seras hujusmodi reseravit, & abjec
continentiam, quam promiserat, superna
viro G. Interogatus Innocentius III. rescrip
Hæc secunda posteriora matrimonia esse dis
venda, & redeundum ad primum, nisi hunc
ditũ impediret vel votum solemne mulieris,
fornicatio viri. Ad hoc impotentiæ impe
mentum reducuntur alia duo, ætatis impube
& Sexûs mixti. Expedio strictim non tam p
pra

praxi, quæ certè rata est, quam ob vexamina non tantùm in ordine ad matrimonium, sed etiam ad sacros Ordines, & Professionem Religionis; præsertim quoad hermaphroditos.

V. Impotentia ætatis.

JUre naturæ quidem impedimentum dirimens matrimonium esset tantùm ætas indiscreta, seu illa ætas impubes, quæ est destituta usu rationis sufficientis ad hunc contractum, præsertim nunc sacramentalem ineundum, prout infrà de sponsalibus declarabit, Adeò ut spectato solo jure naturæ etiam impuberes usum rationis consecuti validè matrimonium contrahanc etsi defacto adhuc impotentes sint, cum eorum impotentia naturalis & temporalis sit, non perpetua. Undè inter infideles, si cætera non desint, valeret ejusmodi matrimonium impuberum, nimirum tanquàm exercendum tempore suo. 130

II. Jure autem Ecclesiastico ætas impubes, scilicet masculi ante decimum quartum, & fœmellæ ante duodecimum annum impletum, tanquàm inhabilium ad matrimonium contrahendum declaratorum, est impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, nisi ob urgentissimam causam dispensatio fiat à solo summo Pontifice. *c. Continebatur, c. Attestabatur. c. Ubi. c. Ultimo De Desponsatione impuberum.* Et communissima DD. Ratio est; quòd Ecclesia pro inconvenienti habeat matrimonium contrahi 131

trahi ab iis, qui nondum pubertatem & ge-
di potentiam assecuti sunt: atqui pubertas
nerandi potentia plerumq; prædicta ætat
sculi & fœmellæ contingit; ergò ea tanti
tate, non ante, matrimonium contrahen
sunt, eósque sic posse justè decretum est.
re secluſa dispensatione peccare mortalit
puberes matrimonium contrahentes,
multi apud Sanchez cit. *disp.* 7. Ipse tame
aliis æquè probabiliter negat; quia ejusmo
trimonia videntur dissimulare sacri Canon
illa interpretantur valere tanquam spon
futuro; ut *sect. sequent.* indicabimus

132 III. Excipit ipsum jus casum, *quo malit*
plet ætatem; si nimirùm certis indiciis ost
tur, puerum & puellam ante dictam æta
usum rationis ad eum contractum ine
sufficientem, & etiam pubertatem seu
carnalis potentiam assecutos esse; tunc
matrimonio repellendi non sunt. Ut ha
c. de illis. 2. &c. Ultimò De desponsatio
puberum. Certè D. Gregor. *l. 4. Dialogor.*
narrat, suo tempore puerum novem an
nutricem suam imprægnasse. Quo casu
centia Episcopi ob gravem & urgentiss
causam (ait Sanchez *l. 7. disp.* 120.) & val
& licitum erit ejusmodi matrimonium
beris? ait verò sine licentiâ Episcopi & sine
causa contrahens matrimonium, etsi v
contrahat, peccare tamen mortaliter, pos
var. Sylvestrum & alios indicat Sanchez ibi

num. 2. Quia jam sit verum matrimonium, quod Ecclesia fieri graviter prohibet ob illud impubertatis tempus, nisi ob gravem causam legitimè approbatum utique ab Episcopo.

IV. Econtra si contingat masculum vel fœ- 133
mellam etiam post prædictam pubertatis ætatem ob naturæ imbecillitatem inhabiles esse ad usum matrimonii, tunc plena pubertatis ætas exspectanda est, quæ secundùm jura contingere censetur masculis decimo octavo, fœmellis decimo quarto anno sive ad contrahendum, sive jam contracto, ad consummandum matrimonium. Et deinceps conceditur spatium triennii ad experiendum, utrùm impotentia perpetua sit, nec ne. Ut cum communi docet Sanchez cit. cum Coninck *disp.* 31 *dub.* 7. *num.* 84. Layman *c.* 12. *num.* 2. Qui omnes rectè admonent, universim consultum non esse, ut in tenera & adhuc infirma ætate puer cum fæmella copuletur, eo quòd matres in partu periclitari, & proles infirmæ nasci soleant.

VI. *Impotentia Sexûs mixti. Matrimonia hermaphroditorum.*

CErtum apud omnes, eum, qui habet dupli- 134
cem sexum, & secundum unum est impotens, non posse contrahere, nisi secundum sexum, quo est potens: & nullo modo, si neutro sexu sit potens, sicut &, si nullum perfectum sexum habet, raro non tamen nunquam viso monstro. Jam quoad reliqua pono quatuor casus.

I. Qui-

135 I. Quidam habet duos sexus, & in utr
potens est, sed inæqualiter. Quid juris? 1
quidem prævaleat sexus fœmineus, reputa
mulier. Unde non potest validè Ordines
pere, nec profiteri in Religione virorum,
uxorem ducere, sed bene nubere marito. O
Tambur. *c.* 13. §. 2. *num.* 27. merito etiam
concederet talem fieri monialem propter
aliqualem potentiam sexûs masculini. Si
prævaleat sexus masculinus, mas reputabi
ut talis matrimonium inire potest, non po
ri in Religione Monialium nec nubere viro,
lidè tamen suscipere sacros Ordines, sed illi
quia ut monstrosus irregularis est. De quo

136 II. quidam post probationem Medi
& matronarum peritarum secundum utrum
sexum est æqualiter potens: quid juris? R
matrimonium contrahere potest secund
lum sexum, quem elegerit, quo electo pec
mortaliter, si fortè alio uti velit. Imò Paroc
hujus matrimonio assistere non debet, nisi
ctam electionem coram judice ecclesiastic
ciat, eámque sub juramento. Sanchez *l.* 7.
106. Pontius *l.* 7. *c.* 65. *num.* 8. Unde si
tua conjuge, viduus remaneat, licèt valide
traheret secundum alium sexum, electione
ctam mutando, peccaret tamen mortaliter
tra juramentum, imò etiam secluso jurame
secundùm *Sanchez*, & alios; quod tamen
mum neget *Hurtadus* apud Tambur. *cit.*
29. in fine. Hinc duos hermaphroditos æqu

ter potentes in utroque sexu non posse ad usum promiscuum utriusque sexûs, hoc est, modò masculinum, modò fœmineum, nec licitè, nec validè contrahere matrimonium, benè probat Perez *disp.* 37. *sect.* 15. quia illa essent quasi duo matrimonia, quod videtur abhorrere ab ipsa natura rationali ob majorem rationem, majoráque incommoda. Talis æqualiter potens in utroque sexu nec mulierum, nec virorum Religionem ingredi valet, nec Ordines validè vel licitè suscipere potest. Ut latè prosequitur *Sanchez cit.*

III. Quædam conjugata incipit esse vir prorumpente natura in sexum masculinum. Quid juris? R. Si maneat in illa etiam sexus fœmineus, validum fuit matrimonium, ipsáque tenetur hunc sexum in usum matrimonii retinere; si verò non remaneat, matrimonium ab initio nullum fuit, & nunc esset invalidum; quia sexus ille fœmineus, in quo contraxit, non erat perpetuus, alioquin ineptus ad matrimonium illud. Non erat perpetuus, quia latebat in illa sexus virilis saltem in dispositione corporis, qui suo tempore jam erupit; sola ergò bona fide hactenus potuit uti matrimonio.

Ob similem rationem rectè docet Lugo *resp. moral. l.* 1. *dub.* 31. cum Diana *part.* 5, *tract.* 14. *resol.* 40. monialem, quæ erupit in marem, nulliter professam fuisse, atque adeò è Monasterio educendam, & minimè cogendam ad professionem emittendam in Religione virorum; quia nec ipsa profitens habuit intentionem profiten-

fitendi, nisi apud Moniales, nec aliter illam ceptavit Prælatus, nisi ut fœminam. Quid aliqui dixerint apud eundem Lugo, qui contingente talem cogere volebant ad profi dum in Religiosorum Monasterio.

138 IV. Quidam conjugatus incepit esse fœ na, subtrahente natura instrumentum gen Quid juris? Respondet *Cardinalis de Lug* tantam mutationem evenire non posse, si contingat, matrimonium quidem fuisse dum, sed statim mutato sexu dissolvi vinc dicti matrimonii; quia matrimonium con nequit inter duas fœminas, nec inter duos res. Verùm Tamburino. cit. *num.* 35. cer mihi valdè difficile videtur concedere, m monii vinculum ante mortem alterius um dissolvi; cùm omnes Scripturæ, Patres, Theologi clament, matrimonium con tum non nisi morte dissolvi. Melius ergò tur, quod modò in simili dictum antea: matrimonium fuisse ab initio invalidum; sexus, sub quo contractum fuit matrimo & consequenter habilitas personalis ad m monium non erat perpetua, latente in corp li dispositione sexu alio, qui deinde appa Propter eandem rationem, si quis talis profe in Religione virorum sic varietur in fœmin mulliter professus fuisset, nec esset cogendus profiteatur apud Moniales. Ut dictum in lib supra. At quid si quispiam jam initiatus Sac dos simili ratione mutetur in fœminam? I

spondet idem *de Lugo*: ipsum fuisse verum Sacerdotem, & Sacerdotis caracterem per ejusmodi mutationem non amittere; invalidè tamen imposterùm consecraturum, vel absoluturum à peccatis, sicut inquit, anima Sacerdotis extra corpus caracterem servat, cùm tamen non possit valide consecrare; quia exercitium Ordinis conceditur composito humano virili, non verò soli animæ, nec consequenter tali novæ fœminæ, sic *Lugo*. Sed tu cogita.

SUBSECTIUNCULA.

De Impedimentis impedientibus tantùm:

QUæ nimirum non irritant vel annullant, sed prohibent tantùm, & illicita reddunt matrimonia. Antiquo jure fuerunt varia infra indicanda. Omnia modò vigentia adhuc comprehendimus hoc casu: *Votum, interdictum, feria, sponsalia, crimen.*

SUMMARIA.

139. *Votum simplex impedimentum impediens tantùm.*
140. *Est quadruplex scil. Votum castitatis integræ: Religionis ingrediendæ & profitendæ; suscipiendi SS. Ordines: & cœlibatûs.*
141. *Debent tamen esse Vota perfecta.*
142. *An & quando peccet contrahens contra tale Votum conditionatum tantùm?*
143. *Qualiter impediant Interdictum 144. feria 145. sponsalia. 146. crimen?*

I. Votum.

VOtum simplex castitatis impedit matri- 139
monium contrahendum, non autem di-

rimit ratum, vel consummatum. Omnes. co stat liquido jure *c. Meminimus.* 1. *Consulu. Rursus. Qui clerici vel voventes matrimoni contrahere possunt. c.* rursùs si habet. *Rur quidam votum castitatis emittens juravit, se steà aliquam puellam ducturum in uxorem. D de à fraternitate tua requisiti arbitramu quòd, cùm simplex votum apud Deum non nus obliget, quam solemne, pro eo, quòd jura temerè pœnitentiam agat, & votum, quod D fecit, studeat observare. Quòd si, postquam p stitit hujusmodi juramentum, ad nuptias m proprio convolâsset, cùm matrimonium con hendum impediat votum simplex, non tamen rimat contractum, nihil ambiguitatis habet q stio fraternitatis tuæ.* Sic Pontifex. Ratio quia talis vovens peccat quidam contra virtu Religionis contrahendo matrimonium incon patibile cum promissione sua facta Deo, attam quia tali promissione actu & solemni Deo non tradit, nec coram facie Ecclesiæ stat mutâsse censetur, prout fit in voto solemni, non invalidat contractum matrimonium, solemniter coram facie Ecclesiæ se tradit mini.

340 Quadruplex est ejusmodi votum simpl Ipsum votum castitatis seu continentiæ integ perpetuæ; votum Religionis ingrediendæ profitendæ; votum suscipiendi sacros Ordines & votum Cœlibatûs non ducendi uxorem, nubendi, &c. Omnia matrimonium impedi

unt, ac mortaliter illicitum reddunt, ipso naturali ac divino jure, cùm scriptum sit: *Vovete & reddite.* Attamen grandis inter hæc notanda disparitas: nam contrahens cum voto simplici castitatis vel continentiæ, non tantùm peccat ipso facto matrimonium contrahendo, sed etiam posteà toties, quoties debitum conjugale exigendo; quamvis alteri petenti reddere possit & teneatur; quia ille vovendo Deo castitatem privavit se jure petendi actum conjugii, quamvis alterum jure suo petendi debitum privare non potuerit. De quo rursus *c. sequenti. Cum de debito.* At verò post votum ingrediendi vel profitendi Religionem, vel sacrum Ordinem suscipiendi, matrimonium contrahens, tunc quidem peccat mortaliter contra promissionem factam Deo de bono majori incompatibili cum matrimonio, ad cujus scilicèt boni executionem sic contrahendo impotentem se reddit; non tamen peccat posteà, sed licitè debitum conjugale & petere & reddere potest; quia non habet votum de ipsa castitate, sed tantùm votum de vovenda castitate, seu votum assumendi statum, in cujus assumptione ipsa vovetur castitas, à cujus voti impletione nunc impeditus est, donec matrimonium solvatur. Quo circà soluto matrimonio uterque voto suo simpliciter obligatus manet, si nimirum adhuc sit idoneus Religioni aut sacris Ordinibus. Communis DD. cum Navar. *l. 3. Consil. 17. de voto.* Sanchez *l. 9. disp. 33. num.* 14. Layman cit. *part. 4. c. 3. in fine.*

141 Vota tamen prædicta, ut impediant, & ir
cita reddant matrimonia, debent habere omn
conditiones validi & obligatorii voti, certè n
hic, sed alibi suo loco explicandas: & singu
riter, ut sint emissa deliberatè, ac liberrimè
cum intentione vera promittendi & se se o
ligandi Deo, non per modum simplicis propo
siti. *Deliberate* quidem cum plena advertenti
ad materiam & obligationem voti, secluso e
rore & ignorantia circa substantiam vel circu
stantiam per se intentam, aut aliam, quàm
quis præsciviſſet, vovere noluiſſet. *Libere*
tem, secluso omni metu injustè incusso ad e
torquendum tale votum, & siquidem sit m
gravi injustè extortum votum certò non obli
& irritum est, saltem jure Ecclesiastico. *c. I.*
his, que vi. Atque probabilissimè etiam jure
turæ, cum Deus ejusmodi votum non accep
quia acceptando videtur approbare injuriam
torquentis. Quidquid sit, nobis sufficiat m
miniſſe leges, 117. *ff. de Regulis Juris. No*
consensui tam contrarium, quàm vis & mu
quem comprobare contra bonos mores est. Q
practicè tuta est sententia tenens: Votum
quocunque metu injusto quantumvis levi
invalidum propter rationem indicatam. N
ita contra Sanchez *l.* 4. *de voto*, & plerosq
alios docent permulti graves DD. apud eund
Sanchez & Lessium *l.* 2. *de justitia. c.* 4. At
inter ipsos maximè laxus piissimus Doctor N
var. *Manuali c.* 22. *num.* 15.

Q

Quid si votum ejusmodi emissum sit condi- 142
tionatè sub conditione de futuro; peccabitne vovens, si ante impletam conditionem matrimonium contrahat? R. cum Sanchez *eodem l. 4. Moral. c. 22. num. 11.* ita, peccabis, si conditio ponenda non pendeat à tua voluntate, ut si vovisti castitatem servare deinceps, si DEUS te hoc anno à gravissimo cruciatûs dolore calculi præservaverit: peccabis, si non elapso anno matrimonium contrahas; quia conditio implenda pendet à voluntate DEI. Non autem peccabis, si votum sit pœnale, vel à tua libera voluntate pendeat, v.g. vovisti servare castitatem, si denuò te inebriaveris, vel fornicatus fueris hoc anno; non peccabis, eodem anno non impleto matrimonium contrahens; quia non teneris exspectare, multò minùs ponere conditionem illam. At quid si jam ductâ uxore, nondum elapso anno, te inebries? Respondet rectè Sanchez cit. *num. 13.* te obligari servare in matrimonio castitatem, æquè ac tenereris, si post emissum votum castitatis absolutum, matrimonium contraxisses; jam enim posita conditione, tuum votum evasit absolutum. Hæc in gratiam juniorum.

II. Interdictum.

SEu prohibitio Ecclesiæ, cùm scilicèt Ordi- 143
narius, Pastor, Episcopus vel Parochus matrimonia intereà contrahere interdicit ob justam causam. Ut patet ex jure c. *Ultimo De Clandestin. desponsat.* Ubi Parochis præcipitur, si pro-

babilis conjectura impedimenti apparuerit, *contractus interdicatur expresse, donec, quid fieri debeat super eo, manifestus constiterit de mentis.* Similiter c. *Penultimo. De Sponsa rum*: Dicitur: *pendente lite de matrimonii lore, interdicendum esse, ne aliud matrimon contrahant.* Contra tale interdictum ergo pe carent mortaliter sponsi matrimonium contr h ntes & consummantes; si nimirum causa terdicti gravis sit utpote jam dictum dubium impedimento vel valore matrimonii, gravi mæ dissensiones parentum, vel cognatorum sponsorum &c. Secùs, si causa interdicti exig momenti sit. Ut notat Tannerus *tomo 4. 9. quæst. 4. num. 33.* Quem vide. Huc spec interdictum juris communis, ne sponsi mat monium contrahant absque præmissa trina nuntiatione, alioquin peccaturi mortaliter; videbimus suo loco: Item aliud interdictum ris quoad excomunicatos, quippè qui priva tur usu activo & passivo Sacramentorum: huc reducunt alii interdictum commune naturæ, ne filii contrahant matrimonium consultis vel invitis parentibus: sed de hoc mitiùs Sect. sequenti.

III. Feriæ.

144 SEu tempus sacrarum feriarum, videlicèt Adventu Domini usque ad diem Epipha inclusivè: & à feria quarta Cinerum usque Octavam Paschæ prohibentur ab Ecclesia fie nup

nuptiæ ſolemnes tantùm, utpotè cum ſolemni benedictione ſponſorum ac ſignis publicæ lætitiæ, ſolemni ſcilicèt traductione ſeu pompa traductionis ſponſæ, ſolemnis convivii, &c. Ex cõmuni Sanchez cit. *diſput. 7. num. 17.* Quare nullo cõmuni jure interdicitur, ne quis matrimonium eo tempore ineat ſine benedictionibus, & ſolemni illa deductione ſponſæ, convivióque moderato. Adeòque nihil aget Parochus adversús Concilium Trident. *Seſſ. 24. c. 10. De Reformatione Matrimonii.* ſi tempore Adventûs vel Quadrageſimæ aſſiſtat matrimonio ſeu Viduorum, ſeu etiam Virginum, quo benedictionbus in aliud tempus dilatis, ſponſa deducatur cum exigua pompa, moderato convivio, aliisque modeſtis lætitiæ ſignis. *Perez*, *Hurtadus*, *Marchant.* alii apud *Sanchez cit.* Certè Congregatio Concilii apud *Galemart.* ad cit. *c.* 10. *Trident.* declaravit, poſſe coram Parocho & teſtibus illo tempore contrahi, ſine tamen ſolennitatibus. Attamen Layman cit. *part. 4. c. 15.* monet obſervandam eſſe conſuetudinem Diœceſis: teſtatúrque in Bavaria non permitti; ut omiſſis, vel in aliud tempus dilatis benedictionibus, ineatur matrimonium, niſi neceſſitas urgeat, ut ſi miles in periculo mortis conſtitutus, vel ſtatim diſceſſurus concubinam ducere velit.

IV. *Sponſalia* Remiſſivè.

SPonſalia ſemel legitimè contracta cum uno vel una ſunt impedimentum impediens ipſo 145

jure naturæ, ne licitè matrimonium contr
possit cum alia vel alio, nisi prior sponsu
sponsa consentiat, aut justa causa dissolv
priora sponsalia subsit. De quibus late Sect
quenti.

V. Crimen.

146 VAria Crimina his versibus comprehe
Incestus, Raptus sponsata mors mulier
Susceptus propriæ sobolis, mors Presbyter
Vel si pœniteat solemniter, aut monialem
Accipiat: prohibent hæc conjugium sociand

Hæc olim jure antiquo impedimento era
ne quis talis criminis reus licitè contrah
posset nullum aliud matrimonium amplius.
ribus videndis apud *Sanchez* & alios pass
Verùm hæc omnia modo per diuturnam des
tudinem sublata sunt. Secundum comm
mam DD. Sententiam & omnium Eccleſiar
praxin. Adeò ut dicat Navar. *c.* 22. *num.* 56
non meminisse totâ vitâ suâ super ejusmodi c
minis impedimento dispensationem petit
fuisse.

147 Aliud adhuc impedimentum catechismi
cognationis spiritualis imperfectæ ortæ in
personam assistentem tantum ad catechismu
& cæremonias Baptismi, & baptizatum, mo
omninò obsolevit, vel diuturna desuetud
dilatum, vel etiam à Tridentino *sess.* 24. *de R*
cram. matr. c. 2. sublatum est; ubi omne spir
tualis affinitatis impedimentum abrogatur, pra
te

ter paternitatem & compaternitatem à nobis jam supra explicatam.

SECTIO II.

De Matrimonii Promissione seu sponsalibus, ac consensu de futuro.

SUMMARIA.

148. *Sponsalia quid?*
149. *Sunt essentialiter promissio mutua;*
150. *Acceptata, 151. cum repromissione.*
153. *Ac vera ac seria cum animo promittendi.*
155. *Et se obligandi, 156. ac implendi.*
157. *Quid in dubio, an benè, vel fictè promiserit?*
158. *Quàm voluntaria & deliberata, usque ad n. 162.*
162. *Et quàm libera esse debeat hac promissio? usque ad n. 166.*
166. *Quando & qualis ignorantia, error, vel deceptio seu dolus irritet sponsalia? usque ad n. 170.*
170. *Item quando & qualis metus ea irritet? usque ad n. 174.*
174. *Consensus in sponsalibus debet verbis, vel aliquo signo externo exprimi.*
175. *Quæ verba requirantur, & sufficiant? usque ad n. 179.*
179. *Verba certò sponsalia & 180. certò matrimonium significantia quæ?*
183. *Verba dubia examinantur, usque ad n. 188.*
188. *Quænam alia signa sufficiant & arguant sponsalia? usque ad 192.*
192. *Quæ personæ sint habiles ad sponsalia?*
193. *Quæ inhabiles naturaliter?*
194. *Quæ requiratur, & sufficiat ætas? usque ad n. 198.*
298. *Invalida sunt sponsalia inter adstrictos impedimentis matrimonii.*
201. *Filii familias ipsum matrimonium valide contrahunt.*
202. *Ac etiam sponsalia insciis vel invitis parentibus.*

203. *Nisi ipsum matrimonium non possit licite contr*
204. *Peccant tamen communiter, 206. etiam gra*
si cum indignis sic contrahant.
208. *Sponsalia fieri possunt sub conditione honesta*
turo;
210. *Quæ, licet inducant obligationem suspensam*
211. *Habent tamen vim irritandi alia sponsalia p*
inita cum alia.
213. *Et conditione impleta statim transeunt in ab*
214. *Qualiter & quando valeant sponsalia sub co*
tione: si Papa dispensaverit impedimento l
ad n. 218.
218. *Item facta sub conditione, si Pater consenserit*
222. *Ac sub conditione impossibili, vel turpi? usq*
n. 226.

148 SPonsalia alia dicuntur de præsenti, & i
ipsum matrimonium ratum nondum c
summatum. Et sponsi de præsenti dicuntur
contrahentes matrimonium, antequam c
summent. Quo sensu dicitur *Matth.* 1. C
esset desponsata Mater Jesus Maria Joseph
tequàm convenirent, inventa est in utero hab
de Spiritu sancto. Et tamen *eodem c.* vocatu
Angelo Maria uxor: *Noli timere accipere M*
riam conjugem tuam. Alia sunt sponsalia
futuro, & definiuntur *c. Nostrates. Caus.*
quæst. 5. Promissio mutua futurarum nupt
rum. Et sponsi de futuro dicuntur, qui sibi m
tuo promiserunt futuras nuptias seu matrim
nium contrahendum: Et hæc est propria acc
ptio sponsalium & sponsorum, de
quibus in hac Se-
ctione.

ASSE

ASSERTIO I.

SPonsalia rectè definiuntur: *Promissio mutua futurarum nuptiarum seu matrimonii futuri.* Ut proindè valida sint & obligatoria, has requirunt conditiones: 1. *ut sint promissio mutua:* 2. *Vera ac seria:* 3. *Voluntaria ac libera, maximè ab errore & metu:* 4. *Signo externo sufficienti expressa:* 5. *Inter personas habiles ad contrahendum:* 6. *Et ut statim obligent, absoluta non conditionata.* Causas dissolvendi sponsalia explicabo seorsum in subsectione. Explico more solito per §§. & numeros.

§. I.

Promissio mutua.

PRomissio quatruplici modo considerari po 149
test: 1. Ut est interna, menteque concepta, aut etiam jam exteriùs significata, necdum tamen alteri parti insinuata: 2. Ut jam insinuata alteri, qui tamen nondum illam acceptavit: 3. Ut alteri insinuata & acceptata, sed non sub mutua repromissione, v. g. puella acceptavit quidem promissionem matrimonii sibi à te factam, at non repromisit matrimonium ex parte sua. Atq; hactenùs his tribus actibus stantibus promissio matrimonii dicitur adhuc gratuita seu gratis facta; quia obligatio est ex una parte tantùm, ejus nimirum qui sponte promisit. 4. Promissio considerari potest, ut mente concepta, alteri insinuata; ab eodem acceptata, & per ejus repromissionem confirmata: & sic tandem erit

pro-

promissio mutua, consurgétque perfectus tractus ultrò citroque obligans, adeòque utriusque consensum continens. Atque hinc tione ad sponsalia valida & obligatoria requiri *premissionem mutuam*, omnes hos tuor actus necessariò includentem. De & secundo necessario quidem, sed non ciente, nec stultus dubitare potest; de quarto breviter ostendo.

150 II. Necessariò requiritur, ut promissio trimonii mente concepta & alteri insinu sit acceptata ab altera parte, cui facta est promissio etsi insinuata alteri, tamen non acceptata nullam pariat obligationem, ser que revocari possit, etiamsi juramento fu fuisset, cùm juramentum tanquam accessor sequatur naturam & conditiones actûs, c jungitur. Ut ex communissima sententia tum habes *De contractibus. p. 6. Decal. sect. 2. n. 41.*

Hoc solum hic curiosè quæri posset: hoc sufficiat acceptatio patris, tutoris vel toris, sicut in aliis promissionibus. Ex. g. dicat patri: promitto Titiæ filiæ tuæ, vel loco ejus matrimonium, hàncque promi nem acceptat pater. Poteritne Titius promi nem suam revocare, antequàm resciat & ac ptet Titia? Negat Sanchez *l. 1. disp. 26.* communi ratione in aliis promissionibus. Af mat Castro Palaus apud Gobat *tract. 10. c. num. 21.* ex eo, quòd acceptatio tantæ re

datur esse actio integrè personalis. Tu, si tibi casus contingat, consule DD. istos; mihi non vacat immorari tam rarò contingentibus.

III. Neque sufficit promissionem esse datam ad sponsalia, sed necessario requiritur repromissio alterius partis, adeóq; promissio mutua simpliciter. *Omnes.* Constat ex definitione sponsalium data. Et expressiùs, *L. 1. ff. de sponsal.* Ubi definiuntur sponsalia: *Futurarum nuptiarum repromissio.* Ratio est; quia sponsalia non numerantur inter simplices promissiones, sed inter contractus perfectos oneroso, qui ultrò citrò- 158
que obligationem pariunt. Quare si Cajus animo contrahendi sponsalia dicat Titiæ: promitto tibi matrimonium, & hæc acceptet dicendo: placet, accepto hanc tuam promissionem, sed sine animo repromittendi, ac se vicissim obligandi, non censetur contractus sponsalium celebratus: neque verum est, non posse dari seriam acceptionem sine repromissione (ut volunt *Vasquez Pontius, alii*) Et benè refutat *Hurtadus* apud Tambur. *hic tract. 3. c. 1. §. 1.* Quare tunc nec Titius nec Caja obligabitur in conscientiæ foro. Layman. *l. 5. tract. 10. part. 1. c. 1. n. 2.* Certè non Cajus, quia actus agentium non operantur ultra intentionem eorum; Titia autem nihil repromittens, sed solùm acceptans non voluit se obligare, sed tantùm Cajum sibi obligatum habere. Neque Cajus indè obligatur, quia verba contrahentium intelligenda sunt secundùm naturam contractûs: atqui sponsalio-

rum

rum contractus naturâ ſuâ reciprocus eſt; ſponſionem non continet ſimplicem, ſed c ditionatam: promitto, ſi & tu promiſeris. U eſt commune DD. effatum: *ſponſalium con ctus claudicare non poteſt.* Id eſt: ex una tan parte contrahentium obligare.

152 IV. Dices ergóne Cajus ſeriò promi matrimonium Titiæ acceptanti, non tene eam ſic volentem ducere? R. Ita, non tene ſi promiſit (ut ſignanter dixi) *animo contra diſponſalia;* adeóque dependenter ab ejus miſſione reciproca, ut modò oſtenſum eſt. verò ſi absque animo modó contrahendi ſp ſalia, adeòque independenter ab ejus repro ſione abſolutè, & liberaliter promiſit Titiæ ducturum ipſam, ſi quando ei placuerit, et hanc promiſſionem acceptet, nihil viciſſim promittens; jam ſolus Cajus obligabitur, promiſſione non ſponſalitia, ſed gratuita tant & contractu claudicante, ſicut, ſi promitti jo, te tanto pretio ipſi venditurum equum, ei libuerit, obligaberis gratuita promiſſion nondum tamen erit contractus oneroſus v ditionis & emptionis, antequàm alter de pre viciſſim promittat. Ut benè explicant Sanch *diſp. 5. num.* 12. Layman cit. *num.* 2. Ar bium eſt, an Cajus voluerit promittere ani contrahendi ſponſalia, ac dependenter à rep miſsione; an verò gratuitò & liberaliter? R. C ſendum eſſe, promiſiſſe dependenter; quia in ſcuris, adeoque etiam in dubiis, inſpicien

est, ac præsumendum id, quod plerumque fieri solet, uti nos utriusque Juris Regulæ docent; solent autem plerumque tam mares, quàm fœminæ, non aliter se per hujusmodi promissionem obligare, quàm dependenter à reciproca repromissione; regulariter enim non repromittit quis alteri matrimonium sine spe aut sine conditione, quòd alter & ipse se obliget ad idem optatum matrimonium. Uti cum aliis benè advertunt Bonacina. *hic quæst.* 1. *Propos.* 1. *num.* 7. *Tambur. cit. c.* 1. §. 1. *num.* 4.

Jam pro dicendis deinceps graviter recolenda & hûc reducenda erunt latè dicta de repromissionibus in communi; generalia tamen breviter applicabo, specialia verò fideliter exponam.

§. II.

Vera & Seria.

AD valida sponsalia essentialiter requiritur promissio vera & seria, scilicèt cum animo & vera voluntate promittendi & se obligandi; ad licita autem tantùm, etiam requiritur animus adimplendi promissum. *Omnes.* Ubi rursùs nota: Fictè promittentem variè se posse habere: 1. Exteriùs solùm verba promissionis proferendo, absque omni animo interno: 2. Cum animo quidem promittendi, sed (stultè) cum animo non se obligandi: 3. Animo promittendi, sed abstrahendo, nec volendo, nec nolendo se obligare: 4. Cum animo promitten- 153

di

di & se obligandi, at non animo implendi. pono resolutiones.

154 I. Si quis oretenùs verè alteri promittat matrimonium, sed absque omni animo se obligandi seu promittendi, seu cum animo positivo non promittendi, non obligandi se, sponsalia ex nulla erunt, sicut nulla est & ficta tantum promissio, etiamsi juramentum addatur ad ejusmodi fictam prommissionē, seu potiùs falsum perjurium. Comunissima cum Sanchez *l.* 1. *d.* 10. tio est; quia ad sponsalia requiritur promissio obligatio dans promissario jus justitiæ ad nuptias; ficta autem & simulata promissio pliciter non est promissio, neque ex tali ficta missione ulla oritur obligatio justitiæ per cluso alio damno, in foro conscientiæ; vacat gravi deceptione & mortali peccato. ex professo iterum dicam *c. sequenti, de peccatis sponsorum.* Ais: ergóne semper mortaliter fictè promittens alteri matrimonium Ita semper, si fictè promittat in contractu sponsalium oneroso erigendo & admittendo rius repromissionem seriam; quia iniquè alteram partem ad faciendum aliquid grave, quod ipse non tenetur, eámque in re gravi decipit; nam ideò altera putat, se obligari alteri matrimonium, & ut talem se gerit, quia supponit tuam obligationem, quam non habes. cùs dicendum, si fictè promittas matrimonium alteri merè liberaliter & ex parte tua tantùm, licèt non exigendo, ut altera pars repromitta

sic enim per se loquendo, secluso alio damno, peccas solùm venialiter: quia admittis mendacium nemini noxium. Ex communi Sanchez *disp. 9. num. 3.*

II. *Et se obligandi.* Sponsalia, omnisque seria promissio essentialiter includit animum se obligandi, cùm impossibile sit à seria promissione separare obligationem; quia eâ præcisè differt promissio à simplici proposito, quòd hoc sit voluntas aliquid faciendi in futurum, sed absque obligatione, non tanquam debitum: illa verò sit fidei obligatio ad aliquid præstandum in futurum tanquam debitum ex obligatione. Quare si sponsus vel sponsa promittat matrimonium, & habeat positivam voluntatem sese non obligandi, fallitur, & fallit, dum ait, se promittere, ipsáque sponsalia adhuc nulla sunt, sine obligatione; at non sine peccato gravi. Ut suprà per omnia. Vide de hoc optimè Perez *disp. 1. sect. 6.* At quid si quis promittat matrimonium præscindens omninò ab animo se obligandi, scilicet nec volens, nes nolens se obligare? R. cum distinctione: Aut enim talis scit, quid sit promittere nuptias, aut saltem promittit juxta morem communem, quo alii solent contrahere sponsalia, nimirùm iis induci obligationem implendi (idémque est de ipso matrimonio, de voto, etiam solemni, de alio quovis contractu) jam verè contrahit sponsalia, obligatúrque stare promissis; jam enim implicitè se voluit obligare, sciens talem promissionem inducere obligationem. Ut 155

alibi explicatum. Aut talis præscindens pro
sor non scivit, eam promissionem afferre ob
tionem, neque voluit facere, quod alii facu
& sic non contrahit vera sponsalia, cùm nec
plicitè nec explicitè voluerit se obligare.
ponimus autem semper, hunc simplicianum
na fide processisse, nam si mala fide, ut alte
partem deciperet, sic abstractè se habuit, re
in eum doctrina tota de fictè promittente,
præcedenti.

156 III. *Et implendi* animus requiritur, falter
licita sint sponsalia. Qui ergò verbis pro
matrimonium alteri serio animo promitte
se obligandi, at sine animo implendi, aut
animo serio non implendi promissum: in
mis adhuc vera & valida contrahit spon
quia adest vera promissio essentialiter con
in voluntate se obligandi tantùm, non in vo
tate implendi, minùs in ipsa impletione; ad
que obligatus manet ad futurum matrimoni
Communis cum Sanchez *disp.* 9. *num.* 2. dic
talis patenter peccat mortaliter in cont
sponsalium; quia habet animum non impl
di, ad quod se graviter obligat: & si jurament
addit, etiam perjurus est, ut in priori casu

Dico autem: *in contractu sponsalium.*
enim rursùs adhibenda prior distinctio, ne
quis extra sponsalium contractum & secut
ciproca promissione alterius, solum ex parte
& merè liberaliter promitteret sic alteri ma
monium cum voluntate quidem se obligand

simul cum voluntate non implendi, per se solùm peccaret venialiter contra virtutem fidelitatis, nisi quis expressè ex justitia, vel graviter se obligare intendisset, juxta dicta suo loco.

IV. Tandem si omnibus expensis dubium sit 157
an quis verè promiserit, an verè contraxerit sponsalia: an verò fictè vel joco tantum &c. In foro saltem conscientiæ nulla erit obligatio; quia melior est conditio certæ libertatis, quæ à dubia promissione vinci non potest. At verò quandò constat de promissione facta, & solùm dubium est: an quis habuerit animum se obligandi, quando contraxit sponsalia, & matrimonium promisit. Sanchez quidem cit. *num.* 12. aliique communiùs docent, talem obligari; quia possidet promissio, quam certò fecit. At nos cum aliis suo loco docuimus; talem probabilissimè in foro conscientiæ non obligari; quia revera hic non possidet promissio; nam dubitatur de aliquo essentialiter requisito ad veram promissionem, scilicèt de voluntate se obligandi: quamdiu enim dubia est voluntas se obligandi; tamdiu non potest esse certum, veram promissionem esse factam.

§. III.

Voluntaria ac libera, maximè ab errore & metu.

I. Voluntaria.

PRomissio ad valida sponsalia utrinq; requi- 158
sita necessariò debet esse voluntaria & delibera-

berata deliberatione plena (illâ ſcilicèt, qua
tellectus ſine errore vel ignorantia apprehe
rem, & ſufficienter advertit, qualis ſit, bona
mala. Ut benè explicat præ aliis Sanchez
diſp. 8. *num.* 2. *&* 5.) qualis ſcilicet & qua
requiritur ad peccandum mortaliter. Sic omn
paſſim. Ratio eſt; quia cùm promiſſio hab
de re magni momenti, futuro ſcilicèt matrim
nio, meritò ex natura rei exigitur tanta delibe
tio & advertentia rationis, quanta requiritur
votum; & cum utraque promiſſio inducat ob
gationem ſub mortali, meritò ad utramq; requ
ritur deliberatio perfecta, qualis requiritur
peccandum mortaliter.

159 II. At nónne quandoq; major requiritur
liberatio ad ſponſalia, quàm ad peccatum m
tale; quandoquidem illa promiſſio non ſolu
involvit præſentia, ſed etiam futura, & utra
etiam non ſemper ſatis nota? Affirmat *Bonac*
Negat *Fagundez.* apud Gobat *hic caſ.* 1. n
22. Sed negari non poteſt reſpectu aliquorum
ſponſalium, quandò non omnia ſatis conſtan
ſæpè requiri diligentius examen, adeóque
turniorem deliberationem, ut valida ſint, ci
ob defectum talis examinis ſæpè deprehendi
defectus, ob quem ſponſalia ſint invalida.
ubi non eſt periculum talis defectus, certè
requiritur major deliberatio ad ſponſalia, qu
ad peccatum mortale.

160 III. Certò ergo valida ſponſalia, ſicut &
lidum matrimonium contrahi non poſſunt
caru

carente perfecto usu rationis, etiamsi septennio sit major: neque à furioso; neque à plenè ebrio; neque à vehementissimè passionato, ira vel cupiditate aut simili passione usum rationis perturbante, ita ut impediat advertentiam requisitam aliàs ad peccandum mortaliter, quod certè erit rarissimum. Communis DD. *Sanchez*, *Pontius*, *Hurtadus*, alii cum Tambur. *l.* 3. *c.* 2. §. 1. *num.* 2. Quando ergò homines libidinosi ex vehementi libidinis passione, ex intentione vel sub conditione copulæ carnalis promittunt fœminis matrimonium, communiter præsumendum est, adfuisse deliberationem perfectam & sufficientem ad sponsalia valida. *Ratio est*; quia ea ipsa promissione sub conditione vel ex intentione copulæ illicitæ verè & formaliter peccant; vix enim è viginti unum reperies, qui non agnoscat, se tunc peccare, & sine dubio debere confiteri illam promissionem & intentionem scelestam, etiamsi fortè copula non secuta fuisset, v. g. ob resistentiam fœminæ: ergò habuit deliberationem perfectam, & cognitionem suæ malitiæ, & consequenter etiam sui actus, quid, cui, & cur promitteret; neque enim major requiritur animi deliberatio & libertas ab æstu libidinis ad obligandum se promittendo mulieri, quàm ad obligandum se, peccando, diabolo. Quod valdè notandum, & dextrè à confitentibus expiscandum.

IV. Dixi tamen: *communiter* ita esse præ- 161
sumendum: fallit enim hæc præsumptio, quando

do illæ perſonæ ſunt tam imparis conditio
aut promittens ita priùs abhorreat ab illa mu
re, ut extra illum furorem libidinis, certo n
quàm eam fuerit ductùrus. Nam inter indu
quibus in dubio præſumimus, nos non præb
ſe conſenſum perfectum, ſed imperfectum
ſemiplenum tantùm, tentationi vel cogitat
malæ, unum eſt, quandò ſcimus nos ante il
tentationem ſemper conſtanter abhorruiſ
peccato tali. Ut bene docet Sanchez *l. 1. m*
ral. c. 1. n. 20. Et ego alibi. Fallit etiam h
præſumptio communis in prorsùs extraord
rio æſtu libidinis, idque maximè, quando p
miſſio facta fuit tempore ipſius copulæ dum
quam ex Medicorum ſenſu comitari ſolet al
tranſiens phrenefis. Quia ergò in foro Sa
mentali idem teſtis eſt & reus; Judex autem
netur ſententiam ferre juxta teſtium depo
nem, ideo Confeſſarius tunc debebit ſtare aſſer
ni negantis, ſe tunc fuiſſe ſibi præſentem qua
hunc actum promiſſionis, ſi ita conſtanter
gat, poſtquàm Confeſſarius probè examinav
an revera tunc non cogitarit, quid & quanta
promitteret. Et certè pœnitentes non rari
lent confiteri, ſe tempore copulæ cum ſua
aliena hæc vel illa cogitaſſe, dixiſſe, &c. Sic
gò tunc ad alia potuit advertere, cur non præ
mamus rursùs etiam advertiſſe ad hanc pro
ſionem? Vide de hoc etiam in ordine ad
rum externum optimè diſſerentem Gobat ca
num. 25.

II.

II. Et Libera.

1. CONtractus sponsalium tum suaptè natu- 162
râ, tum ex juris dispositione magnam in promittendo animi libertatem, atque spontaneum & non illiberalem consensum requirit, quod & ipsum nomen indicat; nam dicta sunt sponsalia à spondendo, id est, spontè promittere. *Ratio est*; quia sponsalia sunt via & præparatio ad matrimonium; quare sicut omnia jura matrimonii libertatem requirunt, & defendunt, cùm alioquin infelices exitus sequi soleant, (ut habetur *c. requisivit de Sponsal.*) ita & sponsaliorum. Et hinc. Ad retinendam libertatem matrimonii statutum est *L. Ultima C. de sponsal. & c. Gemma, eodem titulo.* Ut sponsalium contractui adijci non possit pœna solvenda à sponso, ejúsve parentibus vel cognatis, si per eos steterit, quò minùs nuptiæ sequantur. Id tamen solùm locum habere, si quis justa ex causa à sponsaliorum contractu resilierit; non verò, si injustè ac perfidè resiliat, contra communiorem, cum pluribus benè docet Layman cit. *tract.* 10. *part.* 1. *c.* 1. *num.* 8. Cùm nulla in matrimonio fovenda sit libertas ad peccandum. Certè ad eum finem etiam jure statutum est, ut arrhæ pignoris loco traditæ à resiliente sponso vel sponsa (dummodò major sit viginti quinque annis) duplicatæ, imò etiam in pœnam triplicatæ vel quatruplicatæ, non tamen ultrà stipulari possint; si verò justa resiliendi causa subsit, sufficiat reddere arrhas, quod tamen sine dubio rationem pœnæ habet;

bet; quidquid conentur aliqui disparitatē adhi-

163 II. Ob eandem rationem etiam pactum [illegible] cativum sponsalibus ab altero contrahente [illegible] ctum tanquam jure invalidum rescindi debet. *Si ita stipulatus*: §. *Si tibi. ff. de Verbor. Obligation.* Ubi dicitur: *Si tibi nupsero, decem dari spondes? causâ cognitâ denegandam actionem to.* Ratio est; quia non ut par est, mutuo spontaneo amore, sed ex libidine & turpi quæstu matrimonia tali modo comparari censentur; quare promissio tanquam contrà bonos mores rescinditur. Ex communi Sanchez *l.* 1. *disp.* [illegible] *num.* 3. Layman cit. *num.* 9. Duæ tamen hic limitationes notandæ sunt.

164 III. Valet ejusmodi promissio, si turpitudinis præsumptio cesset, ut si promittatur nomine dotis vel donationis propter nuptias, vel ob inæqualitatem personarum ad compensandam nobilitatem, juventutem, pulchritudinem, &c. [illegible] g. Vir ignobilis aut senex aliquid promittit puellæ nobili, juveni, pulchræ, &c. ad compensationem nobilitatis, juventutis, &c. juxta *c.* [illegible] *illis. De condition. appositis.*

165 IV. Ulteriùs tantùm irrita est illa promissio si fiat, ab ipso contrahente, secùs si fiat ab alio quocunque: ut si Cajus Titiæ promittit vel legat mille, si cum Sempronio contrahat: talis enim non turpis quæstus, sed liberalis promissio seu donatio sub conditione honesta censetur, per quam neque libertas matrimonii auferetur, cùm non agatur de pœna damni, cujus metu aliquis

ad

ad contrahendum contra voluntatem induci possit; sed solum de acquirendo lucro, per quod aliquis ad matrimonium allicitur; nam dicitur *L. Titio ff. De Condit. & Demonstr. Aliud est eligendi matrimonii pœnæ metu libertatem auferri, aliud ad matrimonium certa lege invitari.*

III. Maximè ab errore.

I. REgula hic duplex sit. *Prima*: Omnis igno- 166
rantia, error, deceptio seu dolus sufficiens ad irritandum seu dirimendum contractum matrimonii, nimirum versans circa ipsam personam, conditionem servilem, aut aliam qualitatem per se intentam aut in personam redundantem (juxta dicta *in impedimento Erroris*) sine dubio etiam sufficit ad irritanda sponsalia, secundùm *Omnes*. Ratio est; quia longè facilius dissolvuntur sponsalia de futuro, quàm matrimoniũ de præsenti, cujus scilicèt fortius, & sacratius est vinculum, quàm sponsaliorum; sequuntur enim multò graviora incomoda ex dissolutione matrimonii, quam sponsaliorum de futuro: ergò &c.

II, Regula *altera*: Ignorantia, error vel de- 167
ceptio circa qualitates vel circumstantias sponsi vel sponsæ, si tales sint, quæ sufficerent ad rescindenda sponsalia, si post illa contracta primùm supervenirent, (potissimæ enumerabuntur *in subsect.* §. 4.) saltem dant jus ad rescindenda sponsalia per ejusmodi deceptionem, errorem vel ignorantiam contracta. *Communis DD.* Ratio est; quia jure paria sunt: non esse, & non apparere: aliquid supervenire, & præcedens igno-

rari. Ut ex *L. 77. ff. De contraben. emptio.* nè obſervat Leſſius *l. 2. De Juſtitia c. 42. dub.* Et infrà plenius declarabitur.

Nota autem hìc, ignorantiam propriè dic cùm ſponſus v. g. ſolùm ignorat talem qua tem ſponſæ v. g. eſſe corruptam, morbid &c. nihil cogitans de oppoſito. Error prop dicitur, cùm ſponſus non ſolùm ignorat ali tale, ſed etiam actu poſitivo falſo credit & ſtimat v. g. eſſe virginem, eſſe ſanam &c. D ptio, fraus vel dolus dicitur, cùm quis ſic neè credit, & exiſtimat ab alio falsò perſuad deceptus, ſive ab ipſomet contrahente ali ſive ab alio tertio. Omnis ejusmodi igno tia, error vel deceptio poteſt eſſe vel antece & dans cauſam contractui, cùm ſcilicèt qu deo contrahit, quia ignorat, vel decipitur, quin ſi veritatem noſſet, nequaquàm contra rus: Aut incidens & concomitans tantùm, non dans cauſam contrahendi, cùm ſcilicet tiam abſente ignorantia vel deceptione, & ve tate cognita, tamen contraheres. Jam porrò,

168 III. Quandò deceptio ſeu dolus antece & dans cauſam contractui eſt ex parte con hentis, cùm ſcilicèt ipſe ſponſus v. g. dec ſponſam in ejusmodi qualitate, ſicque decep ad conſenſum inducit, ipſo facto nulla eſſe & rita ſponſalia, probabiliter ſuſtinet *Averſa* ap Tambur. *tract. 3. c. 2. §. 1. num. 5.* Negant tem longè veriùs, & valere ab initio ejusmo ſponſalia docent *Leſſius. Coninck* apud eundem

alii, ex professo optimè Perez *disp.* 10. *Sect* 1. Dicastil. *disp.* 1. *dub.* 40. *n.* 610. Gobat. *Cas.* 9. *num.* 382. Ratio sufficiens est; quia neque jure naturæ vel divino, neque jure civili, aut Canonico pronuntiatur invalidus talis contractus. Certè autem omnium consensu debilissima sunt ejusmodi sponsalia, ut facilè à parte decepta, etiam propria authoritate, rescindi possint: ut in Subsectione videbimus. Quid autem referat nosse, an talia sponsalia valida vel invalida sint: & ad quid tunc sponsus seu pars decipiens teneatur, in simili mox dicam *num. sequenti.*

IV. Communissimo autem DD. consensu 169
valida sunt sponsalia, attamen ea de causa justè rescindenda: 1. Quandò deceptio vel dolus etiam antecedens non est ab altera parte contrahente, sed, eâ insciâ ab alio tertio aliquo. 2. Quandò sponsus vel sponsa à nullo alio, sed propria ignorantia, errore vel imprudentia semet decepisset. 3. Quandò deceptio, error vel ignorantia non antecedens, sed incidens vel concomitans tantùm non dat causam contractui. 4. Quòd si de hoc dubium sit, an scilicèt quis verè contraxerit propter tales qualitates circa quas fuit deceptus, vel erravit; posse se tenere tanquàm inductum ad contractum ex illo dolo vel errore, bene resolvit Tambur. cit *num.* 10. Plura circà hæc *num. sequenti.*

IV. Et à metu seu coactione.

I. REgula generalis est. Omnis metus suffi- 170
ciens ad dirimendum matrimonium (ni-

mirum

mirum verè gravis absolutè vel respectivè, inj
stè incussus ad extorquendum ipsum actum; j
xta dicta suprà de impedimento *Vis*) etiamsi
ficientissimus est ad irritanda seu rescinden
sponsalia. Hoc tamen inter hæc discrimen e
Quòd, ut videmus, Jus Canonicum expresè
ritet matrimonium ex gravi & injusto me
contractum: non item ullibi expresè sponsa
Attamen 1. Valdè probabile est, id, quod ju
statutum est de metu irritante ipsum matrim
nium, esse quoque intelligendum à fortiori
metu respectu sponsalium, cùm hæc sint via
illud: uti docent *Sotus*, aliisque congestis Sa
chez *l. 4. disp. 19. n. 3.* Diana *part. 3. tract.*
resol. 378. Tambur. cit. §. 2. *num. 3.* & val
probabile censet. Tanner. *hic tomo 4. disp.*
quæst. 1. num. 14. Quamvis ipse cùm plurib
oppositum teneat. Et videtur colligi ex *c. Ex*
litteris. De Desponsat impuber. 2. Omnes con
tractus, adeóque etiam sponsaliorum, ac matr
monium maximè, metu gravi & injusto extor
tos ipse in jure naturali esse irritos ac nullos, u
probabilissima plurium sententia docui *c. 2. De*
cal. part. 1. Sect. 4. §. 3. n. 56. Eo quòd imp
care videatur, in re tanti momenti aliquem sib
per injuriam comparare jus justitiæ in alterum
3. Tandem certissimò possunt rescindi ad libi
tum partis metum passæ: idque etiamsi ejusmo
di meticulosa sponsalia essent juramento firma
ta; siquidem non sit opus relaxatione juramenti,
cùm juramentum non possit esse vinculum ini
qu

quitatis. Ex communi Sanchez *disp.* 21. *num* 3. *Diana*, *Tanner. cit.*

II. Certò autem non irritat sponsalia (sicut nec matrimonium suprà suo loco) 1. Metus quicunq; non incussus ab extrinseca causa libera, sedab intrinseco assumptus, etsi terrente causa naturali. 2. Metus etiam gravis & injuste incussus quidem, sed non ad extorquendum ipsa sponsalia, sed ad aliud, v.g. Si, ut carcerem effugias, spondeas matrimonium filiæ custodis. 3. Metus etiam gravis ad extorquendum sponsalia incussus, sed justè, à lege vel Judice, &c. 4. Mètus injustè etiam incussus ad extorquendum sponsalia, sed levis solùm consideratis circumstantiis personarum. Hæc omnia generatim explicata habes *l. c.* §. 2. Eadem enim quoad hæc est ratio sponsaliorum & matrimonii; & insuper quamvis *Bonacinæ* & aliorum probabili opinione, metus gravis justè incussus redderet invalidum matrimoniũ; quippe quod ex se indissolubile omninò perfectam requirit libertatem, tamen id dici non debebit de sponsalibus, quæ ex se indissolubilia non sunt, & ex causis supervenientibus rescindi possunt. 171

III. Sponsalia metu levi injusto extorta, etsi sint valida, atramen infirma, & etiam propria authoritate metũ passi irritabilia. Cùm aliis Sanchez *disp.* 19. *num.* 6. Cùm enim altera pars in conscientia teneatur relaxare fidem hoc metu extortam, poterit ipse vim passus pari modi in conscientia resumere fidem à se datam; idque etiamsi 172

tiamsi sponsalia juramento firmata sint: Sed ce-
tè nunc prius obtenta juramenti relaxatio-
prout *disp.* 21. *num.* 4. meritò notat Sanch-
In foro autem externo non dari actionem
lem levem metum passo, apud omnes in co-
fesso est.

Hic non abs re petes: Si in dictis casib-
sponsalia valida, tamen ob metum vel decepti-
nem tam facilè rescindi possunt in conscienti-
& etiam arbitrio & authoritate propria perso-
metum passæ vel deceptæ: Quid ergò intere-
quoad praxin scire, an sponsalia sint valida, n-
ne? ℟. Multum per omnem modum; nam
sponsalia jure sint valida, quàmvis statim resci-
denda, imprimis parient impedimentum publi-
cæ honestatis, ut una pars non possit contrahe-
re matrimonium cum alterius consanguineis
primo gradu, quod impedimentum non pa-
rent, si sint invalida. Deindè si valida sint, con-
ferunt jus ad oscula, amplexus & tactus non im-
pudicos, in communi saltem & probabili sen-
tentia, donec rescindantur; secus si ab ini-
fuerunt invalida. Et insuper

173 IV. Si pars contrahens injustum metum pa-
sa, aut in priori casu ab altero contrahente, ve-
eo conscio, ab alio tertio decepta justè poten-
resilire, nihilominùs vèlit matrimonium con-
trahere; ad quid obligabitur metum incutien-
vel decipiens? ℟. Siquidem sponsalia fuerun-
valida, liquidum erit, ipsum obligari stare con-
tractui, & matrimonium inire. Si verò spon-
sali-

salia fuerunt invalida, ut in casibus utrobique primo loco positis, utpotè ex errore circa personam, &c. vel ex metu gravi injustè incusso ad extorquendum; iterum liquidum erit, eum non obligari ad nuptias ex vi sponsaliorum ex justitia, cùm ea supponantur esse nulla. At nunquid saltem obligabitur vi promissionis factæ ex fidelitate? (Eadem est quæstio in simili de ipso matrimonio, eadémque debet esse responsio.) Affirmativam tenet *Aversa* apud Tambur. cit. *num.* 12. Negativam *Sanchez* 4. *disp.* 15. *num.* 6. Ratio potissima est; quia in contractu oneroso naturâ suâ ex utraq; parte obligatorio, ut servetur æqualitas, vel utraq; pars obligata manere debet vel neutra: cùm ergò certum sit, non obligari partem, quæ metum passa vel decepta est, ideo nec obligata manebit altera. Intellige semper *per se loquendo*. Nam certum est apud omnes, talem obligari ad resarciendũ omnia damna fortè indè secuta parti metum passæ vel deceptæ, & maximè, si sponsa violata, aut etiam imprægnata sit, quæ damna, quandò aliter resarciri non possunt, utique tenebitur ad nuptias per accidens qui metum incussit, vel decepit. Prout de ficto promissore dicam infrà, *Cum de peccatis sponsorum.*

§. IV.

Externo signo certo expressa.

CErtum est in sponsalibus, sicut & in matri- 174
monio, verbis vel signo aliquo debere exprimi promissionem seu consensum & volun-

tatem

tatem internam ſeſe obligandi. *Ratio eſt*; quia nulla promiſſio obligat; niſi acceptetur: & ſpecialiter, promiſſio onerosa ſponſalium ac matrimonii non obligat, niſi dependenter à repromiſſione: atqui nemo acceptabit tuam promiſſionem, minùs repromittet tibi, niſi cognoſcat, nec cognoſcet, niſi ei intimetur; neque ei intimari poteſt, niſi per verba vel ſigna externa ergò,&c. At quid ſi Berta dicat Bartholo: Quando primum tu in animo tuo dixeris: promitto me ducturum Bertam: ego illa tua interna verba habebo pro acceptatis, & ex nunc me tibi efficiſſim obligo in eum eventum? R. Si Bartholo dicat, vel ſignificet, ſe ſic eſſe contentum, ſuſcentur vera ſponſalia, ut primum ſeriò in animo dixerit: promitto me ducturum Bertam; jam enim ſatis in anteceſſu manifeſtavit ſuam intentionem. Ita P. Gobat *hic tract.* 10. *cap.* 1. *num.* 4. Qualiter autem valeat votum ſeu promiſſio interna ipſi Deo facta de ineundo matrimonio etiam cum certa perſona, Deo volente videbitur ſuo loco; interim videre potes apud eundem Gobat ibidem *num.* 42. & rursus *tract.* 10. *num.* 461.

Jam verò qualia debent eſſe verba vel ſigna ſufficientia ad ſponſalia. Pono prius aliquas regulas communes, deindè ſpecialia ad praxim magis utilia ac communia ſelecta.

I. Regulæ communes.

175 REquiruntur, & ſufficiunt illa verba, quæ hîc & nunc ſufficienter inducant mentem

internam ; Seu , ut latius exprimit Tambur. *tract. 3. c. 2. num.* 1. Quæcunque verba, signa, scriptura , nutus , &c. quibus sponsus , & sponsa determinatæ personæ significant promissionem reciprocam de futuris nuptiis , sive signa ejusmodi sint ex propria significatione , sive ex consuetudine , sive ex propria voluntate sponsorum, sive quocunque alio modo ; dummodò , ut dixi , sponsus & sponsa inter se significent, intelligántque promissionem , sufficiunt ad constituenda sponsalia ; cum enim sponsalia sint merus contractus civilis, satis sunt ea verba vel signa quæ internum consensum , se seque obligandi intentionem sufficienter exprimunt. Meritò igitur Sanchez *l.* 1. *De Matrimon. disp.* 18. *num.* 2. ait apud Indos illa verba : Sepeliam te, quandò morieris: parere vera sponsalia; quamvis enim non ex se , tamen ex usu illius Regionis iis animus spondendi matrimonium explicatur. Et hinc est

II. Quandò sponsus v. g. seu primus in con- 176
trahendo dixit verba certò significantia promissionem matrimonii , secundùm eundem sensum debent intelligi verba sequentis seu respondentis , etsi de se generalia , dubia , æquivoca , nisi clarè contrarium explicetur ; adeóque si sequens respondeat : volo , consentio , annuo , placet , &c. jam vera nascentur sponsalia. Ita cum aliis Sanchez cit. *num.* 4. Idem dicendum , si pol. tractatum de sponsalibus addant sponsi : placet, sit ita , &c. Num ex circumstantiis satis

prædictus animus exprimitur. Ex comm... Tambur. cit. *num.* 2.

177 III. In foro conscientiæ principaliter attend... tur intentio. Adeóque, sicut quandò con... adfuisse intentionem spondendi inter spon... satis cognitam per talia verba vel signa, quæ... vis ex se non sufficienter explicativa promis... nis, vera censentur sponsalia, & obligation... in conscientia inducunt; ita econtrà, qualiac... que signa vel verba sint; non inducent spo... salia, obligationémque in conscientia, per se... quendo, nisi iis usus verè consenserit in spon... lia aut matrimonium, sicut enim nuptias no... concubitus sed consensus facit. *L. Nuptiæ ... De regulis juris*; ita sponsalia non locutio... consensus facit. Unde qualiacunque signa ... hibita sint, si tamen iis usus vel usa ignoraver... significari talem consensum vel promissionem... nulla erunt sponsalia, & si probare posset qu... vel quæ, se ignorâsse illam significationem, ... dex non poterit compellere ad matrimonium... judice Gobat cit. *num.* 7.

178 IV. In foro autem externo principaliter ... tenduntur verba. Quare judex Ecclesiasticus ... cui intentio spondentium interna constare no... potest, debet judicare secundùm verba vel sig... intellecta, secundùm communem modum ... quendi. Ut expressè habetur *c. Ex litteris ... De sponsal.* Et secundùm communem modum ... loquendi in tali loco, ubi sponsalia contrah... sunt. *L. Semper in stipulat. ff. De regulis jur...* Qu...

Quarè si verba mutuam promissionem significant ex se vel circumstantiis, pronuntiabit sponsalia valida: Si non significant, pronuntiabit invalida: Si verò dubia sit significatio, seu verba sint ita dubia, ut ex iis non possit probabiliter conjici mens utentium, pronuntiabit potiùs pro libertate illius, qui usus est, quàm pro valore sponsalium. Uti (contra Tanner. *disp.* 8. *dub.* 1. *num.* 10. Tambur. cit. §. 3. *num.* 6. aliósque non paucos) verius docent cum aliis Perez hic *disp.* 4. *Sect.* 1. *num.* 5. Diana *part.* 10. *tract.* 13. *resol.* 19. Gobat cit. *num.* 73. Ratio est; quia standum est pro libertate possidentis illam, nisi jus aliquid in contrarium statuat, sed hic jus nihil contrarium statuit quoad sponsalia: ergò, &c. Statuitur quidem *c. Fundamus. De Sententia & re judicata.* ac alibi; docentque DD. communissimè cum Sanchez *l.* 1. *disp.* 18. *num.* 5. in dubio favendum esse valori matrimonii. Ab hoc tamen non valet argumentatio ad sponsalia: neque verùm est universaliter: (ut volunt DD. oppositæ sententiæ) quæ statuuntur in causa matrimonii, statui hoc ipso in sponsalibus; cum grandis sit disparitas, ut jam supra innui, & iterum dicam infra de sponsalibus conditionatis. Et optimè probat Gobat cit. *à num.* 71.

II. *Verba certa.*

VErba certò significantia sponsalia sunt: 179 *promitto tibi matrimonium, & ego tibi promitto me ducturum te: promitto, me obligo, do*

tibi fidem meam, quòd te ducam sub fide mea
ducam; habeas me; infidus sim, sim nequam,
te ducam; & his similia, Item *accipiam te: duc*
te: deinceps, posthæc, cras te ducam &c. Nam
cèt hæc & similia verba futuri temporis expr
sè non significent promissionem potiùs qu
propositum (& certè ea verba: contraham
cum matrimonium: solùm significare prop
situm, censet Tanner. cit. *num.* 10.) attam
significant promissionem implicitè ex
communissimo loquendi. Uti authoritate p
rium confirmat Sanchez *disp.* 18. *num.* 12.
certissimè similiter, si alteri stipulanti seu pr
missionem exigenti, v. g. puellæ nolenti co
sentire, nisi promittas matrimonium, ita resp
deas. Item si unus dicat, accipio te in uxor
& altera respondeat: ego te accipiam in vir
&c. adhuc constitui sponsalia, rectè censet Ta
bur. cit. §. 3. *num.* 16. consentiente Gobat *nu*
49. Nam licèt illud sponsi: accipio te: signif
de præsenti, ut per ea verba videatur matrim
nium constitui; tamen illa expressio sponsæ
spondentis per futurum: *accipiam*: ostend
consensum esse de futuro: ideóque constitu
tur sponsalia, & non matrimonium.

180 II. Verba certò non sponsalia, sed matrim
nium significantia sunt: 1. *accipio te in m*
am. Hæc verba pro genuina forma matrim
nii ponuntur, *c. ultimo de sponsal.* Subaudi
enim: in uxorem meam, in maritum, &c. 2. *H*
beo te in uxorem. 3. *Jam, ex nunc reputo te*
ux

uxorem: ex nunc, vel post hac: ab hoc tempore: item: *semper, omnibus diebus vitæ habebo, tenebo te pro uxore, tractabo te ut uxorem, providebo tibi ut uxori; ex nunc, posthac eris mea uxor.* Nam licèt ea verba futuri temporis: *mea eris, providebo tibi ut uxori &c.* ex se significent & constituant tantùm sponsalia, quatenùs tamen additur ejusmodi particula: *ex nunc, semper, &c.* jam important etiam consensum de præsenti, adeóque verum matrimonium. Ut notat Tambur. *ibidem num.* 28.

III. Quandò impuberes matrimonium con- 181
trahere intendentes utuntur verbis certis de præsenti, licèt ob ætatis & maturitatis defectum verum matrimonium non sit, censeri tamen vera sponsalia debent, qualia impuberes contrahere possunt. Ut habetur expressè *c. Finali. de desponsat. impuber. &c. unico eodem titulo in 6.* ubi ratio datur; quia mens contrahentium sit; *si actus non valet secundùm omnia, valere tamen debet, quatenùs potest.* Quam regulam interpretans Covaruvias *in epitome p. 1. c. 3,* veram esse dicit, si id, quod fieri potest, includatur in eo, quod sit; atqui sponsalia satis manifestè includuntur in matrimonio, tanquàm imperfectum & inchoatum in perfecto. Layman. cit. *num.* 17. Excipiendum tamen, nisi prædicti expressè excluserint sponsalia v. g. contrahimus matrimonium, quod si hoc non valeat, nolumus obligare ut sponsalia. Et hinc consequenter valdè probabiliter.

182 IV. Quando etiam puberes utentes verbis de præsenti, clam sine Parocho & testibus inter dunt matrimonium contrahere, etsi post Tr dentinum non valeat matrimonium, valere men ut sponsalia de futuro, docent gravissi *DD. Veracrux, Henriquez, Corduba, Rebell eósque citans Layman. n.* 17. *aliique* Ratio e quia ex una parte adest eadem ratio, quæ supr Ex alia autem parte Concilium Tridentinum lùm annullavit matrimonium clandestinum non autem sponsalia clendestina, cùm ad hon valorẽ nulla solemnitas requiratur, prout etia declaravit sacra Congregatio apud Tambur. §. 4. *num.* 1. *Decretum Tridentinum quod tuit, ut matrimonium fiat coram Parocho & stibus, non habet locum in sponsalibus.* Com riam tamen negativam docent commun DD. Navar. *l.* 4. *consil.* 1. *de clandestina desp tione.* Sanchez *l.* 1. *c.* 20. pluribúsque rel Diana *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 298. Tambur ibidem *num.* 6. & 9. Gobat *cas.* 2. *num.* 78. R tio præcipua est; quia Concil. Trident. *sess.* 2 1. *de reformat. matrimon.* loquens de clandes nè contrahentibus, expressè ait: ad sic cont hendum eos sacra Synodus *omninò inhabi reddit. Omninò* dicit, id est: omni ex parte, ut po indè excludatur ratio suprà data de impube bus. Sed certè facilè respondetur? subinte gendam esse vocem: *matrimonium*, quæ pra mè antecessit. Fatetur tamen Layman cit. pr pter authoritatem DD. sponsum, qui matrim

nium

nium clandestinum irritè contraxit, in nullo foro cogi posse, ut in futurum contrahat, nisi ad hoc se expressè obligarit, ut si contractus non valeat tanquàm matrimonium, valere debeat eo modo, quo potest, scilicet ut sponsalia, sicut notavit Sanchez *ibidem. num.* 6.

III. Verba dubia.

TAlia plurima congesta & examinata videre 183
potes latissimè apud Sanchez à *disp.* 18. & strictiùs Tambur. cit. *c.* 3. & Gobat *cas.* 2. Sed quia pleraque parum faciunt ad praxin in nostris partibus, ideò seligo aliqua magis germanizantia.

I. *Mea eris, meus eris.* Secundùm *Sylve-* 184
strum & Rodriquez. constituunt matrimonium; at secundùm *Sanchez*, *Hurtadum*, *Tambur.* solùm sponsalia, nisi addatur *ex nunc*, vel *posthac* eris mea, &c. Sic enim constituere matrimonium, jam suprà insinuatum est. Similiter dubia est forma: *volo tehabere uxorem.* Hæc autem: *volo contrahere tecum: volo, placet te ducere*: secundum *Sanchez* ibidem *num.* 24. & plures apud ipsum, constituit sponsalia: sed rectiùs Gobat germanus *num.* 56. censet iis verbis solis nihil effici in Germania, nisi accedat alia actio, v.g. stipulatio manuum; exhibitio arrhæ, propinatio poculi, &c.

II. *Non aliam ducam nisi te vel præter te-* 185
Sanchez *cit. Coninck*, alii cum Layman. *hic c.* 1. *num.* 2. censent non constituere sponsalia; sed sensum esse solùm exclusivum sic: promitto

me cum nulla contracturum, excipio autem
tecúmque non nego me contracturum, sed
que etiam affirmo; neque indè sequitur me af
mare, ac proindè ea formula solùm inducit
ligationem conditionatam, hanc ducendi, si
quam ducere velim: Aut disjunctivam vel ha
ducendi, vel nullam, cujus utriuslibet electio
penes promittentem. Contrà tamen multi
tiunt, & sensum eorum verborum non ita
exclusivum, sed etiam assertivum censent,
cut in hac propositione: nullus potest con
crare, nisi Sacerdos. Sed prior sensus videtur
praxi receptus, ut notat Tambur. *num.* 60.

186 III. *Promitto tibi amorem, & fidelitatem*
Dubia formula est, cum amor & fidelitas in
etiam rebus servari possit, quàm in promissio
matrimonii: si tamen accederet traditio arrhæ
aut copula secuta esset, post hanc formulam re
ritò judicaretur, per hoc factum declarari dubia
illa verba, & explicari in sensu promissionis
sponsalitiæ. Gobat. *num.* 65. Et universaliter
si post mentionem factam de matrimonio, ex
quomodocunq; dubiam promissionem, seu ver
ba dubia vel signa sequatur copula, censetur in
cta animo sponsalitio, adeoque sponsalia con
tracta.

187 IV. *Propino tibi ad matrimonium*, dixit Pe
trus Apolloniæ; respondit hæc: *Deus benedicat
tibi.* Erúntne sic sponsalia censenda inita? Cer
tè nisi constet, vel appareat, Petrum fuisse joca
tum, sed seriò locutum, & maximè si præce

sit tractatio vel mentio aliqua nubendi, respondet Gobat. *cons.* 1. *n.* 32. in foro externo pronuntiandum, quòd sic; etenim illa phrasis: propino tibi ad matrimonium, ad emptionem, ad communicationem, seriò prolata significata Germanis serium animum nubendi, emendi, &c. Et si altera pars respondeat benedicens poculum, censetur consentire in rem petitam, alioquin certo alia locutura. Certè vix erit reperire puellam, quæ, si abhorret à tali matrimonio, eo casu non esset mox dictura, jam non esse tempus agere de matrimonio: aut certè responsura cum tali reformatione vultûs, oculorum, vocis, &c. ut omnes præsentes advertere possint ab ea non cogitari seriò de matrimonio à propinante oblato. Illud verò indubitatum, si Apollonia propinatum poculum ac refusum acceptâsset, & mox ebibisset, nullo signo contrariam mentem ostendens, se scilicèt non bibere in signum matrimonii, fuisse compellendam nubere Petro, quia ejusmodi actio Germanis est clarum & certum signum consensûs in rem, quam petit propinans. Lege totum illum casum primum apud Gobat. *tract.* 10. *illaudati moris* appellatum.

IV. Signa alia.

188 NOn solùm verbis, sed aliis etiam actionibus constituuntur sponsalia, sed verè non sine verbis vel tractatione prædicenti aliqua de matrimonio.

I. Porrigendo acceptando & complectendo invicem manus, sed certè non sine verbis, ut juvenis dicat: en habes meam manum in signum, quòd velim te habere sponsam, & puella mox etiam porrigat manum, etsi nihil dicendo. Secùs si ille apprehendat manum puellæ, tum primum dicat, accipio te in meam sponsam; illa autem nec retrahat manum, nec contradicat; tunc enim non fore signum sufficiens repromissionis, nec consequenter fieri sponsalia, cum pluribus docet Sanchez *disp.* 22. *num.* 6. Contrà tamen fieri sponsalia, contendit *Pontius*, aliisque citatis Perez *disp.* 4. *sect.*

189 II. Porrigendo & in digitum immittendo annulum (quod DD. subarrhationem dicunt) in signum fidei & promissionis, quam sibi dant sponsi de futuris nuptiis, adeóque etiam non præmissa ulla tractatione vel mentione prævia de futuris nuptiis. Ut si juvenis dicat & tradat annulum puellæ: do tibi hunc annulum ad matrimonium: illáque acceptet nihil contradicendo, habebitur ejus taciturnitas pro expressa acceptatione, & consequenter repromissione. Ita communi *Sanchez cit.*

190 III. Mittendo & acceptando alia munera juxta morem sponsorum, præcedente scilicet tractatione aliqua de matrimonio, seu ut loquitur Sanchez cit. *num.* 6. quandò habito tractatu de matrimonio contrahendo, misit sponsus annulum, ocalia, aut nomine sponsalium pecuniam, acceptavítque puella, censetur consensisse

Spon-

Sponsalia. Seu, ut ait Gobat *num.* 69. quandò præcesserant, vel comitantur verba, actiones vel circumstantiæ, ob quas meritò censeatur, illam missitationem & acceptationem haberi pro consensu in matrimonium de futuro.

IV. Tacirurnitas aut non contradictio præ- 191
sentis filii aut filiæ, tunc solùm est signum positivi consensus, quando parentes (item Tutor vel alius potestatem habens) dicunt: hanc nostram filiam damus tibi, vel tuo filio in sponsam. Secùs, si alius sic dicat sub cujus potestate non est constituta puella; hi enim carent potestate & authoritate exprimendi aliorum consensum. Juxtà communem DD. cum Sanchez *l.* 1. *disp.* 23. & 24. & Tambur. cit. *num.* 35. contra *Pontium.* ac Dianam *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 730. Tandem si filius absens, vel infans postea fiat præsens vel adultus, quandò à parentibus resciunt promissionem pro ipsis factam de matrimonio, & ipsi vel illæ taceant eo ipso sponsalia iniri, ex communi notat *Tambur.* ibidem cum *Coninck.* Idque multò magis, si ratificent per verba vel per cohabitionem, visitationem, vel oscula & amplexus, per appellationem sponsæ, &c. Sic enim est clara sponsaliorum approbatio. Prout deciditur in jure *c. unico de despons. impuber. in* 6. *decretal.*

§. V.

Inter personas habiles.

GEneraliter: omnes illi & ferè soli sunt ha- 192
biles

biles ad ſponſalia contrahenda, qui poſſ
validè & licitè inire matrimonium; & con
quenter omnes illi & ferè ſoli ſunt inhabiles
ſponſalia, qui nequeunt ſine peccato celeb
nuptias, quantùm eſt de jure naturæ. Ver
hujus dicti, ſimiliter & ratio, cur dixerim
ſoli, &, *quantùm eſt de jure naturæ*, patebu
dicendis in particulari.

I. Inhabiles naturaliter.

193 PRæter infantes amentes, plenè ebrios, et
nésque deliberationis incapaces ex dictis
2. etiam cæcus, ſurdus, & mutus ſimul eſt ina
bilis ad ſponſalia & matrimonium. Juxta com
munem DD. cum Sanchez *l. 1. diſp. 8. num.*
Ratio eſt; quia ſaltem moraliter loquendo
impoſſibile, ut qui ſimul cæcus, ſurdus, & m
tus eſt, vel à ſe ipſo, vel ab alio diſcat requiſita
matrimonium; quarè omninò repellenda eſſe
quæ tali vellet nubere. Eadem ratione talem
ſenſatum hominem etiam incapacem eſſe pro
feſſionis religioſæ, ex communi rectè doce
Diana *part. 5. tract. 6. reſol. 24.* Pollizarius *Mo
nuali Regula. tract. 3. c. 2.* Neq; talem obſtri
gi præcepto audiendi Sacrum contra multos
cum multis bene probat Gobat *Alphabet. Sa
crum audientium.* Secùs dicendum de eo, qui
ſolùm uno ex his defectibus laborat: itémque de
illo, qui eſt mutus & ſurdus ſimul, modò non
ſit cæcus, nam talis poteſt edoceri neceſſaria ad
obligationem, actúmque conjugalem. Sanchez
cit

cit. *num.* 32. Tanner. *disp.* 8. *quæst.* 1. *num.* 32. addens absolutè & physicè loquendo, nihil obstare, quin etiam cæcus, surdus, & mutus adeò perspicacis sit ingenii, ut rationem matrimonii satis intelligat, ideóque uxorem ducere valeat. Sed moralia sectamur, non physica.

II. Ætas, impuberes.

ÆTas sufficiens ad contrahenda sponsalia est 194
ætas rationis seu anni discretionis; & jure Ecclesiastico quidem requiritur septennium completum, adeò; ut ante eam ætatem completam tam mas, quam fœmina inhabiles sint ad sponsalia contrahenda, eáque contracta invalida. *c. Litteras c. Accessit. c. Ac dissolvendum. De desponsat impuber, &c. unico eodem titulo in 6.* Ratio est; quòd ea fermè ætate & non anteà rationis ac liberi arbitrii usum consequantur, ut voluntariam in se obligationem suscipere possint. Quarè si certis indiciis ostendatur, defectum ætatis supplere malitiam, & præcocis ingenii prudentiam, valida sponsalia, etiam ante septimum ætatis annum completum censeri debent; sicut è contrà invalida censeri debent sponsalia etiam post septennium contracta, si sufficientem rationis usum tunc defuisse ostendatur. Ita contra multos alios communior DD. cum Sanchez *l.* 1. *disp.* 16. *num.* 14. Layman. *c.* 1. *num.* 16. Pontius *l.* 12. *c.* 5. Ratio est; quia, cùm de veritate constat, præsumptio cedere debet, atque adeò jura præscribunt, & requirun-

quirunt ad ſponſalia ſeptennium complet
quia tunc præſumitur, & non antea uſus ra
nis; ſicut præſcribunt annos pubertatis pro
trimonio; quia tunc, & non antea præſum
potentia generandi: ergo &c. Sicut ſi con
ante annos pubertatis præſcriptos adeſſe po
tiam generandi, valet matrimonium ex ſupr
ctis: ſic ſi ante annum ſeptimum conſtat ad
uſum rationis, valebunt ſponſalia. Tande
ſponſalia, quæ ob rationis defectum, ſeu uſu
que, ſeu alterius contrahentium irrita fuer
ſuperveniente rationis diſcretione per ra
tionem expreſſam vel tacitam (adeóque e
copulam) convaleſcere, juribus allegatis
explicant & probant Sanchez. *num.* 5. Lay
num. 16.

195. II. Sponſalia poſt ætatis diſcretionem a
troque vel alterutro impubere celebrata, va
ſunt, ſed non omninò firma, ſed ſuſpenſa. V
lida quidem & rata ſunt, quia nullo jure c
major ætas requiritur, ſicut requiritur pro
matrimonio ætas pubertatis, cum ad matrim
nium, quod eſt ex ſe indiſſolubile, matur
opus ſit judicio, quàm ad ſponſalia, quæ ex m
tis cauſis reſcindi poſſunt. Unde & talia ſpon
lia impuberum inducunt impedimentum pub
cæ honeſtatis. *c. Literas. c. Accuſat. c. Cum
batur. De deſponſat impuber.* Et durante ea
ætate impuberi à ſponſalibus reſilire non p
ſunt *c. De illis. eodem titul.* De quo fusè San
l. 1. diſp. 51. Ratio hujus ordinationis fuit, ne

eo infirmæ ætatis judicio imprudens esset mutatio.

III. Non omninò firma, sed suspensa sunt 196
ejusmodi sponsalia impuberum; quia quamprimùm impubes annos pubertatis assecutus fuit, datur ei optio vel resiliendi, vel sponsalia ratificandi expressè vel tacitè Citato *c. de illis &c. Anobis. eodem titulo.* At quid si impuberes illi sponsalia prius firmârunt juramento? Adhuc posse resilire, contra Sanchez, alios multos, cum aliis multis docet *Pontius* apud Tamburinum approbantem, *tract. 3. c. 5. §. 1. num. 17.* Eo quòd juramentum sequatur naturam actûs, cui adjungitur, nisi à jure contrarium ordinatum fuerit. Excipit tamen Layman. *num. 17.* si impuberes pubertati jam propinqui sponsalia juramento confirmârint, tunc adepta pubertate, resiliri non posse. Juxta cit. *c. ex Litteris. De sponsal.*

IV. Pubes autem jam, qui cum impubere 197
contraxit, neque ante, neque post hujus pubertatem resilire potest, nisi alter quoque pubes factus dissolutioni consentiat. Quia hæc facultas valendi se solo dissolvere sponsalia, concessa est duntaxat impuberi pubertatem assecuto in favorem, & valet privilegium ætatis teneræ, in qua inita sponsalia merito non debent esse tam firma, ut ad eorum dissolutionem non sufficiat ejusdem dissensus maturo pubertatis tempore habitus. Nihil ergò de hoc privilegio participat, si pubes jam sponsalia iniit cum impubere. Communis apud citatos omnes. Tan-

Tandem generalis exceptio hic ponitur c. *A nobis.* Nisi sponsi ante legitimam ætatem pubertatis se carnaliter cognoverint, tunc enim spectato jure antiquo ipsum matrimonium consummatum censetur; jure autem novo Conc. Trident. clandestina matrimonia annullantes sponsalia completa: siquidem Canonico jure pubes censetur, qui generare potest, etsi annorum numerum legitimum non explicaverit. *Puberes, eodem titulo. & c. ultimo De eo, qui cognovit consanguineam.* Denique si impuberes tentent contrahere matrimonium per verba de præsenti, etsi non valeat, ut matrimonium celere tamen ut sponsalia, jam per occasionem dixi §. 3. *n.* 181.

III. Impedimentis matrimonii adstricta.

198 INvalida sine dubio sunt sponsalia eorum, qui nunquàm possunt valide vel licitè contrahere matrimonium ob impedimentum. Nam pactum turpe vel rei turpis aut impossibilis debiti nullam obligationem inducit. Textus c. *ult. eo. De transaction. Et, cùm quid prohibetur, prohibetur omne id per quod ad illud pervenitur:* per sponsalia autem debet perveniri ad matrimonium: ergò.

199 Et hinc invalida sunt sponsalia simpliciter & absolutè contracta inter personas laborantes impedimento dirimente vel impediente matrimonium: adeò, ut omne impedimentum matrimonii & dirimens & impediens tantùm, [illegible] spe-

spectu sponsalium sit dirimens. Communissima. *Coninck. Tanner.* alii. Ratio jam dicta est; nam tales nequeunt sine peccato promittere matrimonium, cum nequeant illo impedimento durante conjuges fieri. Dixi autem: *sponsalia simpliciter & absolutè contracta*; ita ut promissio absoluta simpliciter referatur ad quodcunque tempus, etiam præsens, quo durat impedimentum. Secùs, si sponsalia essent conditionata, aut expresè referantur ad tempus futurum, quo cessabit impedimentum. Ut mox videbis in exemplo.

Titius & Berta consanguinei in secundo gradu simpliciter contrahunt sponsalia. Certo nulla sunt, cùm sint omninò inhabiles secundùm præsentem statum; nullus quippè potest promitter & obligare se ad id, quod ex se non potest ponere: sed hi ob impedimentum dirimens (quod ex se non possunt tollere) non possunt matrimonium contrahere: ergò nec promittere absolutè & simpliciter. At verò, si promissio vel sit conditionata, utpotè dicendo: spondeo tibi matrimonium, si Papa dispensaverit: vel promissio referatur ad tempus futurum, quo cessabit impedimentum v. g. dicendo; nunc spondeo tibi nuptias contrahendas post obtentam dispensatioqem. Jam valida & licita fieri sponsalia notat etiam Sanchez *l. 5. d. 5. num.* 16. Tambur. cit. *num.* 5. 200

Titius voto castitatis obstrictus (quod est impediens tantùm) ita simpliciter contrahit spon-

ſalia cum Berta. Rursùs cerò irrita ſunt; quia promiſſio etiam jurata faciendi rem malam nulla eſt: at Titius voto dicto ligatus per ſponſalia promittit violare votum caſtitatis, utique rem malam: ergò &c. Jam limita rursùs ut ſuprà.

At Titius eo voto ligatus ſeria promiſſione matrimonii debitè acceptata, adeóque tanquam ſponſalibus contractis veris perſuaſum corrupit virginem. An non valebit talis promiſſio? ℟. Non valebit, ſi fuit virgo conſcia ejus voti, debet enim ſibi imputare, quòd conſenſerit in copulam. Ex communi Perez *diſt. 5. ſect.* 1. Gobat. *cap.* 1. num. 10. Inſuper eſto, quòd non fuerit conſcia adhuc non valebit promiſſio. Si Titius poſſit compenſare damnum puellæ, utpotè infamiam, difficultatem alteri nubendi, &c. niſi ipſe eam ducat, jam per accidens tenebitur eam ducere, non quidem titulo promiſſionis, utpote de re illicita nulliter factæ, ſed titulo juſtitiæ ad compenſandum damnum injuſtè illatum virgini deceptæ; eò quòd votum non obliget, quandò nequit obſervari ſine injuſtitia vel injuria alterius. Juxta Communiſſimam DD. Quare talis in matrimonio contracto poſteà tenebitur quidem reddere debitum, ſed petere non poterit, cùm quoad poſſit, teneatur ſervare votum ſine injuria conjugis. Ut iterùm videbimus ſuo loco, *cùm De debito.*

IV. Filiifamilias.

Quoad matrimonium ipſum.

201 Filiifamilias validè contrahunt ipſum ma-

trimonium etiam insciis, & quomodolibet justè vel injustè invitis parentibus, etsi, justè invitis, graviter peccare possint. Certissimum apud omnes. Quin Concilium Trident. *Sess.* 24. *c.* 1. *De reformat. matrimon.* anathemate percellit eos, qui affirmant, matrimonium à filiisfamilias sine consensu parentum contractum irritum esse, & parentes id ratum vel itritum facere posse (Leges autem civiles ad filii matrimonium patris consensum tanquàm necessarium requirentes, vel solùm ad honestatem seu æquitatem referendæ sunt, vel certè Canonico jure correctæ sunt) Ratio est; quia in electione statûs & maximè matrimonii filii ipso jure naturæ omninò liberi sunt, ac nemini subijciuntur: atque, ut loquitur D. Thomas 2. 2. *quæst.* 104. *art.* 5. in iis, quæ ad corporis sustentationem ac prolis generationem pertinent, omnes homines pares sunt; adeóque nec filios quidem in his duobus parentibus subjacere. Hujus autem specialis ratio est; quia cùm homo per matrimonium subijciatur perpetuæ servituti, æquissimum est, ut hac in re sit plenus juris sui. Item quia conjugium exigit perpetuam societatem mutuo amore conglutinatam; amor autem debet sponte nasci, non imperari; quod enim quis non elegit, non diligit Textus *c. Præsens* 20. *quæst.* 3. Quare Urbanus. II. *c. De neptis.* 31. *quæst.* 2. decernit. *Nec possunt parentes filios cogere certo conjugio sociari* (elegantem afferens rationem) *quorum enim unum corpus est, debet esse & animus.*

Atq; ob eandem casum fit, ut irrita sit etiam desponsatio, quam pater facit nomine filii vel filiæ, puberis vel impuberis absque ejus consensu expresso vel tacito aut subsecuta expressa vel tacita ratificatione, jam supra insinuata. Sed neque communiter filii tenentur stare sponsalibus ipsorum nomine à parentibus contractis. Ex communi Sanchez *l.* 1. *disp.* 23. *n.* 3. Layman *part. I. hic c.* 1. *n.* 12. alii omnes. Qualiter autem peccent filii invitis parentibus matrimonium contrahentes, docetur ex professo in quarto Præcepto Decalogi: necessaria dabo mox N. III. & IV. Hic quoad matrimonium necessariò prælibatis, pu-

Quoad sponsalia.

202 II. Filiifamilias etiam validè contrahere sponsalia insciis vel invitis parentibus, nisi ipsum matrimonium non possit licitè contrahi. *Communis* apud citatos & citandos. Ratio est; quia ex una parte sponsalia tam debent esse libera, quam ipsum matrimonium. Et certum quisquis habet tam clarum & certum jus donandi quamlibet non laborantem impedimento, quàm emendi domum, agrum, vestem, &c. ergò ficut valet emptio domus, agri, vestis, &c. quibus ea emptio non repugnat pietati, charitati, &c. ita etiam valebunt sponsalia, nisi forte virtus mandet abstinere à tali matrimonio. Quare ficut sponsi ex talibus sponsalibus obligantur & fidem servare tenentur, & in utroque foro ad servandam fidem compelli solent; ita parentes

eos quoad hoc impedire non poterunt: quin graviter peccarent, si filium impedire, vel disuadere conentur id, ad quod sub mortali obligatur. Ut ex communi notat Layman cit. *num.* 14. *à medio.*

Ex altera autem parte, quia non valet nec 203
obligat promissio, quæ versatur circa rem illicitam, invalida quoque erunt sponsalia circa matrimonium, quod licitè non possit contrahi, quandò nimirùm pietas, charitas, justitia vel similis virtus clarè prohibet nuptias tales, vel cum tali: utpotè, si matrimonium, quod filius vel filia inire cogitat, & spopondit, est in probrum parentum, in dedecus familiæ ob inæqualitatem sponsorum, vel similem causam: si indè oriantur gravia scandala, discordiæ, rixæ, &c. inter ponsorum parentes vel consanguineos: si ipsosum parentum gravis & diuturna offensio, indignatio, tristitia, &c. secutura sit. Ex communi ganchez *l.* 1. *disp.* 14. *Layman.* cit. alii. Cùm enim Sale matrimonium, utpote pietati charitati, aut tetiam justitiæ repugnans, sine peccato contrahi non possit, ideó neque validè per sponsalia promitti potuit, ac proindè illud parentes impedire possunt & debent, etiam implorata ad hoc judicis authoritate, ad cujus officium pertinet cavere, ne talia matrimonia ineantur, ex quibus scandala vel infelices exitus sequi soleant; idque non solùm antè, sed etiam post dontracta sponsalia, quippè, ut dixi, invalida; ut locum habeat regula juris *in 6. in malis promissis fidem non ex-*

pedit servare. Et cum *Navar. Sanchez*, aliis ma
tat Layman. *eodem c.* 14. *propè finem.*

204 III. Filiifamilias communiter peccant, si in
sciis & inconsultis parentibus, matrimonium
vel sponsalia contrahant; adeóque talia sponsalia
etsi valida, communiter tamen sunt illicita. In
his terminis consentiunt omnes. Liberi enim
præsertim filiæ debent parentibus id honoris, u
eos consulant in re tanti momenti. Accedit
quòd usu receptum sit, ut parentes judicentur
contemni, si hic prætereantur; adeoque dum
prætereuntur, datur ipsis occasio gravis offensæ
& peccatorum, non sine peccato scandali. Ratio
autem sumitur ex patria potestate, cui jure natu
ræ impositum est, ut nuptui tradant filios & fi
lias: idque eis apertè tradunt sacri Textus. *Ut*
Ecclesiastici 7. *Trade filiam, & grande opus fe*
ris, & homini sensato da illam. & Apostolus 1
ad Corinth. 7. expressè docet, à parentibus tra
dendas esse filias nuptui: idque palàm demon
strant exempla Patriarcharum in sacra Scriptura
Genes. 41. & 48. Et confirmat Jus Canonicum
variis locis. Ex quibus omnibus satis rigidè lo
quuntur DD. & peccare tunc filium mortaliter
communiter asserunt *Navar. Henriq. Molina*
Lopez, aliisque congestis Sanchez *l.* 4. *disp.* 23.
num. 9. & sequitur Gobat. *num.* 102. Et sine du
bio verum est per accidens, si nimirùm filii vel
filiæ prævideant, se parentibus daturos occasio
nem gravis & diuturnæ offensæ, aliorúmque
peccatorum. At verò, per se loquendo, profectò
tantum

tantam obligationem nec allata convincunt, nec ratio urget; aut enim dignè contrahere volunt, aut indignè, aut dubiè? Si dignè contrahere volunt, parentes non potuerunt justè contradicere; & si contradicant, filii non tenentur obedire. Ut quid ergò tantum peccati mortalis onus requirendi consensum, si eis tandem consilium patris respuere conceditur?

Si in dubio, consilio opus sit, an non poterunt petere ab alio prudentiori, & sic non egerent paterno? ad quid ergò obligatio sub mortali? si indignè contrahere voluerint, ac per hoc peccare, si sub mortali obligamus ipsos ad patris consilium postulandum, an non regulariter eos conijciemus in pericula rixarum, cùm certum sit, patrem contradicturum: quia agitur de suæ familiæ dedecore: idque maximè, si filius in arrepto proposito contra patris consilium constans supponatur. Et certè contra solum consilium patris, filium in proposito licite perstare posse, fatetur *Sanchez cit.* An non ergò satius erit, curare, ut ignoret pater, quàm ut consultus noscat, & ejus authoritas coràm despiciatur. Cæterùm certum est ex Concilio Trident. *Sess.* 24. *c.* 1. *de reformat. matrimon.*, si parentes sint injustè impedituri matrimonium, aut subsit alia justa causa occultandi matrimonium, licere filiis utrumque contractum inire insciis, & inconsultis parentibus. Ut benè notat Perez *disp.* 18.

205 IV. Filios ac filias similiter peccare mortaliter, si consultis licet, sed invitis, dissentientibus ac contradicentibus parentibus sponsalia aut matrimonium cum indignis ineant. Est communis & sine dubio probabilior sententia D. *Navar. Sotus, Lopez. Rodriqu. Corduba*, alii cum Sánchez *cit. num.* 9. Bellarmin. *l.* 1. *dub.* 19. Et sine dubio verissima est sententia, quando ultra parentum involuntarium, alia gravia mala suprà indicata sequuntur, utpotè scandala publica, grave dedecus parentum ac familiæ, dissensiones, rixæ, &c. si connubium ipsis filiis damnosum sit; tunc enim peccare eos mortaliter, saltem contra charitatem & pietatem, satis certum. Quo modo peccavit Esau Gen. 16. cùm quadragenarius accepit uxores de filiabus Chanaan cum gravi offensione Isaac & Rebeccæ parentum.

206 Et quia ejusmodi mala regulariter concurrunt, cùm filii invitis parentibus indignè contrahunt, ideò hæc sententia in praxi regulariter vera est. At verò secluſis aliis malis ratione solius involuntarii, dissensionis vel contradictionis parentum, non peccare mortaliter filios, si etiam indignè contrahant, utpotè: si filius ducat indignam, vel filia nubat indigno, &c. Probabilissimū est; & post *Henriq. Ledesmam.* & alios tenet *Sanchez* cit. cum Gobat. *n.* 103. Ratio fundamentalis jam N. I. data est; quia nimirùm in electione statûs & maximè matrimonii, filii ipso jure naturæ omninò liberi sunt, & nulli, ne parentibus

tibus quidem suis, subjecti sunt: ergò quamvis tales etiam invitis parentibus indignè contrahentes valde inconvenienter agant, & à veniali irreverentiæ saltem culpa excusari non possint; at peccati mortalis diram necessitatem iis imponi, naturalis eorum libertas sanè probabilissimè non permittit. A fortiori ergò certum exploratúmque sit, si filii invitis parentibus ineunt matrimonium cum dignis, & alioquin nullum sequatur incommodum, non peccabunt mortaliter, imò ne venialiter quidem, si priùs à parentibus modestè facultatem petierint, etsi nequaquam impetrârint. Ratio semper eadem, & tenet communis DD. cum Sanchez *l.* 4. *disp.* 12. *num.* 4. Et universaliter, quoties parentes injustè contrariantur, filiósque privare móliuntur sperato bono, ac matrimonio sibi utili ac honesto, sufficere eis, reverenter assensum petiisse, de cætero sui juris esse, obedire non teneri, adeóq; nec peccare matrimonium ineundo parentibus invitis, nec consequenter ob id justè puniri posse, omnes consentiunt cum *Navarro*, Toleto. *num.* 5. *c.* 1. Tandem, an filii vel filiæ invitis parentibus nubentes possint exhæreditari, dixi alibi, *cùm de testamentis.* Et videre potes apud *Molinam, Sanchez, Laymam. cit.*

§. IV.

Absoluta non conditionata.

PRomissio absoluta seu consensus absolutus, absque condition in futurum relatâ requi- 207

ritur ad sponsalia simpliciter dicta & statim o
ligantia: qualis etiam æquivalenter est promi
sio vel consensus sub conditione de præsen
vel præteriti subsistente. Ut si Titiæ spondeo
matrimonium, si pater mortuus est, si virgo, s
Catholica sit, &c. conditione subsistente, eo ip
sit promissio absoluta, & vera sponsalia, perin
ac si absolutè & sine conditione facta fuisset
eadem ratione per omnia, sicut dicetur *sect. s
quenti*, de matrimonio conditionato. Solùm e
gò de sponsalibus conditionatis sub condition
de futuro aliqua specialia, & insuper aliqua spon
salibus & matrimonia communia, breviter ex
plicanda sunt.

I. Conditione honesta de futuro.

208 I. FAs est sponsalibus addere conditiones
quasvis possibiles & honestas, seu bonis
moribus non repugnantes, (non item impossi
biles seu turpes, de quibus infrà seorsim) etiam
in tempus futurum relatas. Ut, si spondeas ma
trimonium Titiæ, si tantam dotem attulerit, si
tuus vel illius pater consenserit. *Omnes.* Nam,
ut dicitur *L. in transactionibus ff. de pactis, Quis
que rei suæ modum ponere potest*: ergo etiam con
ditionem contractui, quem liberè iniit. Atta
men ejusmodi sponsalia seu promissio sub con
ditione seu futuro ante eventum conditionis
simpliciter non sunt vera sponsalia, cum pro eo
tempore, quo nondum posita est conditio, po
tens etiam non poni, deficiat perfectus & absolu
lutus

lutus consensus. Hinc fit, quod ex talibus sponsalibus ante impletam conditionem non inducatur impedimentum publicæ honestatis. Ut habetur expresse *c. 1. de sponsal. in* 6. & latè videre potes apud Sanchez *l.* 5. *disp.* 5. *num.* 22. & Dianam *part.* 11. *tract.* 2. *resol.* 68. Nec talibus sponsis conceduntur oscula & amplexus &c. aliis veris sponsis concedi solita; quia isti pro illo tempore veri sponsi non sunt.

At nònne etiam sponsalia impuberum su- 209
spensa sunt, & tamen ex iis ipso jure inducitur impedimentum publicæ honestatis, ut videmus: iisque conceduntur oscula & amplexus &c. cur non idē sit in sponsalibus conditionatis? R. Ideò non idem; quia sponsalia impuberum sunt vera sponsalia, etsi cum libertate post pubertatem resiliendi; sponsalia autem conditionata non sunt vera sponsalia, sed simpliciter suspensa usque ad eventum conditionis. Quod maximè clarum est, quandò sponsi impedimento dirimente affecti contrahunt cum conditione: *Si Papa dispensaverit.*

II. Sponsalia conditionata de futuro obliga- 210
tionem tamen suspensam inducunt, qua uterque sponsus bona fide tenetur exspectare eventum conditionis, ita ut si neuter fuit in causa, quin conditio ponatur, ea non impleta uterque liber sit sua sponsione. Idiotæ sciunt, si sponsalia contracta sunt sub conditione: *si pater consenserit*; cadere omnem obligationem, si non consentiat

sentiat, sed dissentiat pater. At verò, qua alteruter impedit, quominùs impleatur co tio, impediens manet obligatus servare fide conditione etiam non impleta. Ex comm docet Tanner. *disp.* 8. *quæst.* 1. *num.* 66. N ipso jure divino naturali recepta est regula *162. ff. de regulis juris. In Jure civili recep est, quoties per eum, cujus interest conditio non impleri stat, quo minùs conditio implea perindè esse, ac si impleta esset. Perindè*, scil respectu impedientis conditionis impletionem nam alter manet liber, donec impleatur. Ita quia conatus impedientis conditionem est cum dam renuntiatio ac factio fidei datæ, ideò ab si velit, liberè resilire potest. Ut benè obser Gobat. *cas.* 6. *n.* 273.

211 III Sponsalia sub conditione contracta hi bent vim irritandi alia sponsalia etiam sub co ditione postea inita cum alia persona, non tan tùm, quandò conditio posteriorem post con ditionem priorum sponsalium jam, vel omnino non impletam, sed etiam si conditio posteri rum ante conditionem priorum impleatur. Ho est: Cùm aliquis cum duabus contraxit sponsa lia sub conditione relata in futurum, v. g. cum prima; *si pater consenserit*; cum secunda: *si pa cium obtinuerit.* Prior desponsatio manebit in suo robore, eique standum erit, quandocunque el conditio apposita evenerit seu priùs, seu po steriùs, seu simul cum conditione posteriorum sponsalium. Ita contra Sanchez cum multis

cum aliis multis Coninck *disp.* 21. *dub.* 1. Layman *l.* 5. §. 10. *part.* 2. *c.* 7. *num.* 6. Ratio est, quia priori desponsationi per posteriorem præjudicari non poterit; nam juxta regulam 21. *in* 6. *Quod semel placuit, ampliùs displicere non potest.* Quare posterior desponsatio nec licitè nec validè fieri poterit, nisi in eventum, si contingat, priorem desponsationem dissolvi.

212 At contra, si quis matrimonium contraxit cum duabus, illud tantùm validum erit, cujus conditio priùs completur. Ratio disparitatis est; quia matrimonium (non item sponsalia) pendet à continuatione voluntatis, ideóque si consensus semel revocatus sit per aliud matrimonium contractum, etsi injustè, ampliùs perfici non potest eveniente conditione. Quarè matrimonium aliud purè contractum vel eventu conditionis purificatum præjudicatio priori matrimonio conditionato, cujus conditio adhuc pendet. At, quid si utriusque matrimonii simul impleatur conditio? Neutrum matrimonium perfici; censent Sanchez *disp.* 8. *quæst.* 3. Layman. *num.* 6. Perez, alii. Quin incertitudo vitiat matrimonium. *c. Ex litteris. De sponsal.* contrà prius perfici contendit *Pontius*: posterius perfici vult *Ledesm.* Ego primæ Sententiæ acquiesco.

213 IV. Sponsalia conditionata de futuro quandò impleta est conditio sub qua facta est promissio, statim purificata transeunt in absoluta: idque sine ullo novo consensu elicito, adeò, ut

jam

jam neuter ſponſus quæat reſilire. Ex comm
niori *Sanchez*, *Layman cit. num.* 2. Perez d
12. *Sect.* 1. Gobat cit. *num.* 274. Sumitur p
contrarium ſenſum ex *c. unico. De Sponſal. in*
Ratio eſt; quia pro illo tempore ſponſi jam v
luerunt obligare: ad quid ergò novus conſen
neceſſarius? Et patebit à fortiori ex dicendis
ſequenti. De matrimonio conditionato. Et m
ſpecialiùs *num. ſequenti.* Tandem quandò p
promiſſionem factam ſub conditione futu
ſponſus cognoſcit carnaliter ſponſam, etſi nec
dum impleta ſit illa conditio, tamen perfici, &
abſoluta evadere ſponſalia, contrà *Sanchez*, &
alios, plurimis allegatis docent Menochius l. 3
De præſumpt. num. 8. Perez *diſp.* 12. *Sect.* 4. Ra
tio datur; quia credibile non eſt, ullam fœmina
uſum ſui corporis conceſſuram, niſi ſub ſpe abſo
luta & determinata matrimonii futuri: nec vi
ab ea copulam exigeret, niſi animo eam in ſpon
ſam abſolutè & determinatè ſumendi. Cui Sen
tentiæ ſtylum Curiæ Auguſtanæ, Conſtantien
ſis & Ratisbonenſis ſuffragari teſtatur Gobat
num. 278. Et ego cum ipſo conſentio. Illud
verò certùm, ſponſalia etiam ante eventum con
ditionis fieri abſoluta, quandò ſponſi à conditio
ne recedunt, non aliter, quàm ſi conditio ab ini
tio non fuiſſet appoſita. Ut etiam obſervat noſter
Herinex, *num.* 8. *in fine.* Jam reſtant ſpe
ciales aliquot conditiones expli
candæ.

II. S

II. Si Papa dispensaverit.

I. PEr se loquendo non peccant consanguinei 214
vel alio impedimento dirimente ligati, si matrimonium spondeant sub conditione Papalis dispensationis, dummodò impedimentum sit juris humani, ut in eo dispensari possit & soleat. Communis cum Sanchez *l. 5. disp. 5. num.* 16. Layman *num.* 4. Ratio est; quia talis promissio versatur circa rem licitam, scilicet matrimonium contrahendum post datam dispensationem: neque appositio illius conditionis: *Si Papa dispensaverit*; ex se continent ullam turpitudinem: imò apponi vel saltem subintelligi debet ab omnibus, qui obnoxii tali impedimento faciunt seriam sponsionem matrimonii. Quarè regulam tradunt DD. apud Layman cit. *Paria sunt, aliquid disponere in tempore habili, vel in tempore inhabili, si effectus conferatur in tempus habile.* Et, vice versa: *Sicut non licet disponere in tempore inhabili, ita nec in tempore habili, si effectus conferatur in tempus inhabile.*

II. Talis, promissio reciproca matrimonii sub 215
conditione: *Si Papa dispensaverit*; inducit veram obligationem sponsaliorum sub conditione, quam proindè sponsus exspectare, eámque eveniente scilicèt impetrata dispensatione, nuptias contrahere tenetur, nec una pars, renuente altera, resilire potest. Ita (contra plurimos infrà citandos) plurimi DD. præsertim RR. quos referunt & sequuntur Sanchez cit. *disp* 5. *num.*

12.

12. Coninck. *disp.* 29. *num.* 35. Layman. *num.* 4. Perez *disp.* 16. *Sect.* 1. *Herinx cit. Dicast. Castro Palao*, alii cum Gobat *cas.* 9. *num.* 16. testante oppositam Sententiam repugnari prax tribunalium hujus temporis. Ratio est eadem quæ suprà. Cùm enim hæc mutua promissio circa objectum honestum, & oppositio hujus conditionis nullo modo sit turpis, non est ratio cur non oriatur obligatio quidem ex justitia & post impetratam dispensationem sponsalia valeant, sicuti valent alia sponsalia sub aliis honestis conditionibus contracta. Ad eum modum, inquit *Layman*, quo etiá Episcopus obligatur voto transeundi ad Religionem edito sub conditione: *Si Papa dispensaverit, vel licentiam dederit.* Quarè sicut hoc casu Episcopus vi voti sui tenetur petere dispensationem; ita & sponsus in nostro casu, ad quem id maximè pertinere videtur, plerúmque se tacitè obligat ad dispensationem petendum; quia qui promittit finem, censetur etiam promittere media, sine quibus finis obtineri non potest. Sic *Layman*, post Sanchez *cit. num.* 36. & alios: Ac verum putat Gobat, *num.* 164. si sponsa velit facere dimidiam partem sumptuum. Et semper supponitur, si subsistat ista causa dispensandi.

216 III. Promissio mutua sub ista conditione facta post impetratam dispensationem purificatur, transit in absoluta sponsalia & simpliciter obligantia, nullo requisito novo consensu, æquè ac sponsalia, aliáve pacta sub alia conditione hone-

sta in futurum facta. Ita cum aliis Sanchez cit. *l. 5. disp. 5. num. 12.* innumerósque citans Pasqualigus apud Tambur. *tract. 3. c. 3. §. 2. num. 10.* Ratio rursùs est; quia ex una parte promissio est de re honesta & possibili: & ex altera parte contrahens vel promittens sub ista conditione, jam se voluit obligare pro isto tempore, quo dispensatio impetrata fuerit: ergò nullo requisito novo consensu jam absolutè sponsalia obligant simpliciter, sic ut una pars, invitâ alterâ, resilire, & consequenter alia sponsalia valida contrahere non possit, quin etiam sponsalia fortè ante impetratam dispensationem cum alia persona non impedita, absoluta contracta, post impetratam dispensationem invalida remanebunt: & cum illa illicitè, etsi adhuc validè matrimonium contraheretur.

IV. Contrarium tamen per omnia, nimirùm: 217
sponsalia inter personas impeditas sub illa conditione: *Si Papa dispensaverit*, contracta simpliciter esse invalida, & etiam post impetratam dispensationem, nullam inducere obligationem; sic ut utervis contrahens possit licitè resilire & cum alia contrahere, nisi post impetratam dispensationem accedat novus consensus vel ratificatio, docent gravissimi DD. *Abbas, Victoria, Sotus, Navar. Veracrux, Henriq.* apud *Layman* cit. & plurimis citatis. Rota variis Decisionibus apud Dianam *part. 6. in fine.* Propter quas Decisiones censet Gobat cit. *cas. 6. num. 164. in fine*; non esse quemquàm metu ullius pœnæ fa-

cilè cogendum ad ducendam illam quocunque impedimento irretitam, cui ſub illa conditione diſpenſationis Papalis matrimonium promiſit. Fundamentum potiſſimum eſt, quòd non impediti ante diſpenſationem ſint inhabiles ad contrahendum matrimonium: ergò etiam ad validè promittendum illud. Neque hi AA. agnoſcere volunt regulam illam mox ante n. 214. fine traditam.

III. Si Pater conſenſerit.

218 SPonſio matrimonialis, ſponſalia, ac ipſum matrimonium contracta ſub conditione: *ſi pater meus; vel tuus conſenſerit*, omnium conſenſu obligant verificata conditione, ſi nimirum pater, re intellecta, ſtatim conſentiat; non autem obligant, & deficit conditio, ſi rogatus pater firmiter diſſentiat, ut præſumi non poſſit, nec ſpes ſit intra breve tempus prudentis arbitrio, conſenſum ejus obtineri poſſe, ait recte *Caſtro Palaus* apud Tambur. *c.* 5. §. 4. *n.* 20. At, quid ſi pater 1. initio conſentiat, poſteà verò contradicat; aut contrà 2. Primò diſſentiat, poſteà verò conſentiat? Quid 3. ſi taceat? Quid 4. ſi interim mortuus ſit, priusquam ejus conſenſus exploratus fuerit? Adhuc teneri promiſſionem, docent multi. In nullo dicto caſu teneri, docent etiam multi apud Sanchez *diſp.* 7. Perez *diſp.* 16. ſect. 11. Dicaſtil. *diſp.* 5. *dub.* 14. Tu in praxi ſequere illos, ex quorum opinione minora incommoda oriuntur, niſi de intentione contrahentium aliunde certò conſtet, quæ ante omnia inquirenda eſt, ut providè monet Gobat *caſ.* 4. *n.* 167.

II. Re-

II. Regulariter sub ista conditione contra- 219
hentes solent esse solliciti, non tam ut pater positivè consentiat quàm ne contradicat cum indignatione, ne scilicèt filius vel filia patrem offendat, si fortè matrimonium spondeat, vel contrahat sine ejus præscitu & consensu. Quare, nisi de mente contrahentium aliter vel aliud constet, regulariter censebitur impleta conditio, & promissio obligare, quoties pater non contradicit; utpotè 1. si ante consensum exploratum jam est mortuus, certè non contradicet, nec indignabitur. 2. Si taceat sine displicentiæ vel indignationis signo, scilicèt nec contradicens, nec etiam positivè vel apertè consentiens. 3. Quandò primò quidem dissentit & contradicit attamen post breve tempus, v.g. cras consentit; sicut & in præcedenti càsu censetur impleta conditio: *si Papa dispensaverit*: tametsi primæ vel secundæ petitioni non acquiescat, posteà tamen dispensationem concesserit. *Tambur. & Gobat. cit.* 4. Denique si à principio quidem consentit, & posteà inter simile breve tempus contradicat, certè non censebitur impleta conditio; quia illa brevi secuta repugnantia absolutum priorem patris consensum fuisse moraliter non ostendit. Tambur. *num.* 18.

III. At quid de illa formula conditionata, 220
qua non rarò utuntur puellæ dicentes; *nubam tibi, si Deo placuerit*? R. sensum communem esse: si re benè considerata deprehendam, esse expediens ad animæ meæ salutem, &c. nubam

tibi. Quare, si talis puella deprehendat, esse sibi ad salutem conducibilius vel manere cælibē, vel nubere alteri, erit omninò libera à promissione sua. Ut rectè opinatur Gobat cit. *num.* 169. referens, duorum DD. Juris consultorum judicio nullam promissionem sponsalitiam illis verbis contineri quoad forum externum. Videre tamen potes de hac formula disputantes Sanchez *l.* 3 *disp.* 7. Dicastil. *disp.* 5. *dub.* 2.

221 IV Quid item de hac simili conditione: *Te ducam, tibi nubam, si Deus ita disposuerit*, vulgò Wann es GOtt schicken wird? R. Idem Gobat esse explicandam vel eodem sensu, quo superius; vel sic: Te ducam; si Deo dirigente mihi commodum fuerit. Ideóque per has formulas non constituuntur sponsalia absoluta, nisi ea aliter declarentur per alios actionem vel dictorum modos, juxta dicta §. 3.

IV. Conditio impossibilis & turpis.

222 SPonsalia sub conditione de futuro impossibili, vel inhonesta, turpi seu bonis moribus repugnante (v. g. Te ducam, si cras uno palmo creveris: te ducam si copiam corporis feceris si fidem Papisticam negaveris) esse valida, & ejusmodi conditionem impossibilem, vel turpem debere haberi pro non adjecta: ac proinde in dubio, an sit serio vel joco apposita talis conditio, debere præsumi, esse adjectam joco, ac proinde nihil obesse valori sponsalium, etsi non purificetur, sed sponsalia perindè manere, ac si non

non fuisset apposita talis conditio: docent sanè plerique & Canonistæ, & Theologi, quos longo catalogo recitatos sequitur Sanchez *l. 5. disp. 17.* Dicastil. *disp. 5. dub. 18.* Escobar. *Theologia Morali l. 25. dub. 206.* addens *ab hac receptissima sententia recedere, piaculum ducerem.* At non ducemus nos. Ratio tota consistit in hoc Enthymemate: *c. Finali. De conditionibus appositis*, expressè decernitnr, conditiones impossibiles & turpes adjectas matrimonio habendas esse pro non adjectis contractui sponsalitio; quandoquidem hic contractus est via ad matrimonium. Verùm contrarium non sine ratione docent *Rebellus, Castropalaus, Pontius.* Herincx hic *quæst. 1. disp. 1. num. 9.* ac optimè Gobat. *eodem cas. 4. à num. 151.* Cum quibus distinctè dico.

II. Conditiones impossibiles & turpes in 223
sponsalibus simpliciter non sunt habendæ pro non adjectis, sed standum est pro intentione contrahentium. *Ratio est*; quia hæ conditiones non rejiciuntur ex natura rei in contractibus; quin imò ex natura rei conditio impossibilis contractui adjecta, illum vitiat; turpis verò obligationem suspendit; Ut mox dicetur. Neque rejiciuntur ex jure positivo. *c. Finali cit.* Quippè quod solùm loquitur de contractu matrimoniali. Et nimis infirma est consequentia & extensio ad contractum sponsalitium. Ut optimè probant *Pontius & Gobat cit.* Nam lex correctiva communis consuetudinis, & restrictiva juris naturalis non est ultrà proprietatem verborum

rum extendenda ad materiam essentialiter di-
versam cum diminutione libertatis matrimonii,
toties à sacris Canonibus propugnatæ: Sed hoc
facit illa illatio: ergò nulla. Deinde quæ, quan-
vel quanta statuunt jura de matrimonio (ut de
indissolubilitate, clandestinitate, ætate, tempore,
sanctitate, &c.) quæ nunquàm extenduntur ad
sponsalia; Et insuper illud ipsum *c. Finale.* so-
lùm loquitur, quoad præsumptionem fori exter-
ni, quando est dubium utrùm conditio fuerit
seriò vel joco apposita. Ut Sect. sequenti videbi-
mus. Quarè, quod *c. Nuper. De bigamis* dicitur:
In matrimoniis contrahendis non juris effectus,
sed animi destinatio attenditur: id ipsum multò
magis attendi debet in sponsalibus.

224 III. Omni ergò jure sponsalia contracta, sub
conditione impossibili seriò posita, nulla sunt;
contracta verò sub conditione turpi, non obli-
gant quidem, sed rescindenda sunt ante effectum
vel eventum conditionis; cùm implicet,
aliquem obligari ad aliquid illicitum: sed solùm
post completam conditionem, etsi cum scelere,
oritur obligatio ad implendum promissum, scili-
cèt matrimonium contrahendum. Ita DD. citt.
Ratio jam dicta est; Cum enim jus positivum
quoad sponsalia nihil speciale constituat, ut dic-
tum est; manehunt illa, sicut alia pacta vel
promissa sub conditione impossibili vel turpi, in
suo valore, vel nullitate naturali, modo indicato.

225 IV. In dubio, an conditio impossibilis seriò

vel joco adjecta sit, præsumendum est, esse seriò adjectam: & pro adjecta habenda est: ideóque sponsalia sub conditione impossibili vel turpi non impletâ, esse irrita & nulla. Ratio est: quia juxta regulam utriusque Juris: *In dubiis inspiciendum* (adeóque præsumendum) *est quod plerumque fieri solet*: atqui saltem hac ætate, in Germania, maximè plerúmque fiert solet: ut adjectio conditionis impossibilis indicet dissensum in sponsalia: cum enim contractui adjicimus conditionem impossibilem, plerumque volumus indicare, nos nullo modo velle contrahere. Ut, si Cajus dicat Titiæ inopi puellæ: Certò te accipiam in uxorem, si pro dote attuleris millionem auri, Regnum Hispaniæ, &c. Contrà verò quandò homines adjiciunt conditionem turpem ipsis sponsalibus, solent seriò apponere & velle, ut consensus suus ac promissio omninò dependeat ab eventu talis conditionis; quandò enim tam multi (pro dolor) dicunt: Ducam te, si à Religione Papistica defeceris; plerumque indicare volunt: se omninò velle illas ducere, sed non, nisi impleta illa turpi & scelesta conditione omninò serio volita; adeóque ea non impleta, nolle ducere: & sic conditione non impleta, rursùs sponsalia erunt nulla. Denique spectato jure naturali universaliter debet quis in dubio haberi potiùs pro libero, quàm pro obligato.

SUBSECTIO.

De Causis justis dissolvendi sponsalia.

SUMMARIUM.

226. Quis possit dispensare vel solvere sponsalia?
227. Si adsit justa causa certa sufficiens, non requiritur dispensatio.
230. Secùs, si causa sit dubia.
231. Causa sufficiens solvendi sponsalia sunt,
232. I Mutuus consensus, quo dissolvuntur sponsalia
234. Etiam jurata.
235. Saltem validè non tamen semper licitè.
237. II. Recessus unius à sponsalibus.
238. III. Dilatio nimia matrimonii ultra tempus vel terminum præfixum.
239. Quid si nullus præfixus sit?
240. IV. Absentia sponsi: quæ & quando censeatur dare solvere?
245. V. Religionis professio, & ingressus; qualiter solvant.
249. VI. Votum Religionis ingrediendæ; qualiter solvat?
253. VII. Ordo sacer, ejusque votum: qualiter?
257. VIII. Votum simplex castitatis seu continentiæ perpetuæ.
258. Hoc tamen probabiliùs invitâ parte, nec licitè emittitur, nec solvit sponsalia.
259. Esto non simpliciter invalidum sit tale votum.
261. IX. Matrimonium aliud contractum contra priora sponsalia.
263. Quod tamen probabiliter illa non omninò extinguit.
265. Sponsalia autem priora legitimè contracta, non dissolvuntur per alia sponsalia sequentia cum alia,
267. Licet hæc posteriora sint publicè celebrata,
268. Habeantq; copulam annexam, ac
269. Sint juramento firmata.

270. Fun-

270. X. Fornicatio sponsæ vel sponsi.
272. Etiam, si sponsa vi oppressa sit, vel
273. Oscula, amplexus, & actus impudicos admittat ab alio: non tamen econtra.
274. XI. Impedimentum superveniens, quando & qualiter sponsos liberet à sponsalibus?
279. XII. Aliæ mutationes notabiles particulares factæ, vel patefactæ, quando solvant?
280. V. g. In bonis animæ.
281. In bonis corporis.
282. In bonis fortunæ.
283. Etsi jam ante sponsalia jam extiterint, & post primum patefiant.
286. An & quando sponsus vel sponsa laborans aliquo defectu occulto teneatur illum manifestare

HAs variè enumerant varii, octo aliqui, 226
alii decem, vel duodecim, etiam septendecim, sed omnes reducuntur ad tria capita, quæ sunt. 1. *Superioris legitima dispensatio.* 2. *Mutuus contrahentium consensus.* 3. *Et notabilis mutatio accidens ex parte alterius utrius sponsorum*; quas mutationes memoriæ causâ ad illa tria capita recolligam. Præmito verbulum de dispensatione.

I. Dispensatio.

1. QUandò sponsalia valida sunt jurata seu firmata juramento neque Pontifex potest dispensare sine causâ gravissima bonum commune concernente. *Communissima*, Sanchez *l.* 3. *moral. c.* 21. Lugo. *l.* 1. *Respons. moral. dub.* 44. *n.* 3. Nam jus acquisitum alteri firmatúmq; juramento nequit etiam à summo Pontifice auferri, nisi ob gravissimam, bonóque publico necessariam causam. 227

228 II. Si ſponſalia valida, non fuerunt firmata ju-
ramento, ob cauſam verè juſtam & gravem tunc
poterit diſpenſare Pontifex; at non poteſt Epi-
ſcopus; nam generatim Epiſcopus nequit di-
ſpenſare in caſu, quo jus eſt acquiſitum alteri par-
tio; talis enim poteſtas eſt penes ſolum ſupremum
Principem. Et nominatim quoad præſentem
materiam videtur hæc diſpenſatio Epiſcopo in-
terdicta, *c. ex litteris 2. de ſponſal. matrim.*
lege *Sanchez cit.*

229 III. Hæc diſpenſatio ſolùm locum habet
quandò ſponſalia validè contracta adhuc valent,
& altera pars nondùm remittit ſuum jus, quod
habet in alteram; ſubeſt tamen aliqua cauſa
quæ ſuadeat diſſolutionem; neque enim quis-
quam absq; rationabili cauſa poteſt alteri auferre
re jus ſuum; quando autem adeſt certa cauſa ſuf-
ficiens ad diſſolvenda ſponſalia (quales infra e-
numerabuntur) certè nulla requiritur diſpenſa-
tio, ſed neque authoritas vel ſententia judicis;
ſed partes propria authoritate reſilire poſſunt per
ſe loquendo, ſecluſo ſcilicèt ſcandalo: quod ta-
men ſcandalum ceſſat, ſi ſponſalia fuerunt oc-
culta, aut cauſa reſiliendi notoria: aut contra,
ſponſalia quidem ſunt publica, cauſa tamen oc-
culta, ut coram judice probari non poſſit; tunc
enim fruſtrà imploraretur authoritas judicis;
ergò pars gravata utatur jure ſuo & authoritate
privata. Communis DD. cum Sanchez *l. 1. de*
matrim. diſp. 69. & 71. Herincx *diſp. 1. num.*
53. Gobat *caſ. 9. num. 377.* quos vide, ſi placet.

IV. Ad

IV. At verò, quando causa resiliendi dubia & controversa est, cùm scilicèt dubitatur de existentia, vel sufficientia causæ ad resiliendum, omninò ad Episcopum spectare debet dijudicare & sententiam ferre ob probabile periculum injustitiæ, dum spoliatur alter in dubio jure sibi acquisito. Communis cùm *Sanchez l. c.* Imò in puro dubio post inquisitionem perseverante, ne quidem in foro externo per sententiam Judicis potest fieri dissolutio; fieret enim injuria parti possidenti jus aliàs certum ex sponsalibus certis. Ut præter alios notat Herincx cit. *num. 53. in fine.* 230

Jam ergò causæ justæ ex parte sponsorum sufficientes ad dissolvenda sponsalia explicandæ sunt: & certè paucis explicare non possum. 231

§. I.

PRIMA CAUSA.

Consensus mutuus, & annexa,

SPonsalia puberum etiam jurata validè saltem dissolvuntur mutuo libero consensu contrahentium. *Omnes*, Ratio est; quia omnis contractus naturâ suâ solubilis (qualis est etiam sponsalitius; minimè verò matrimonialis propter Sacramentum annexum) sicut ex mutuo consensu pacisicentium nascitur, ita & per eundem mutuum consensum dissolvitur, juxta notissimam regulam utriusque Juris; *Canonici* 1. *in* 5. *decretal. Omnis res, per quascunque causas nascitur,* 232

per

per eaſdem diſſolvitur. Et civilis: 36. ff. de *gulis juris: nihil tam naturale eſt, quam eo re quidquam diſſolvi, quo colligatum eſt.* Ha causa pro frequenti praxi confeſſariorum hanc explicanda ſimúlque ad hanc tres aliæ causæ ducendæ. Dixi itaque.

233 I. *Sponſalia puberum.* Nam ſponſalia in puberum non quidem antè, ſed poſt pubertatem à pubere facto etiam invita altera parte, poſſ diſſolvi, jam per occaſionem dixi *ſupra n.* 196.

234 II. *Etiam juramento firmata.* Communiſſ ma. *Abbas*,& Canoniſtæ communiter *in c. de ſponſal.* Ratio eſt: quia juramentum tanquam quid acceſſorium ſequitur naturam actûs, cui apponitur; ſponſalibus autem ſicut & cæteris contractibus & pactis ſemper hæc conditio adjuncta vel imbibita eſt, ut obligent, niſi remiſſa fuerint: ergò hanc conditionem etiam ſequitur juramentum contractui firmandi oppoſitum. Idque non ſolùm verum eſt, quando juramentum contractui vel promiſſioni adjunctum eſt principaliter in favorem alterius partis, ſcilicet ad præſtandum alteri parti majorem ſecuritatem; tunc enim clarum eſt alteram partem, ſicut poteſt cedere juri ſibi acquiſito ex promiſſione alterius nuda; ita etiam poſſe cedere juri acquiſito ex promiſſione jurata: cadente enim promiſſione cadit & juramentum; cùm non entis nullæ ſint qualitates. Sed etiam verum eſt, quandò tale juramentum pium, aut etiam votum principaliter fierit in honorem Dei: ut, ſi quis

potens haberet opulentam puellam, eâ relictâ, ex pietate juret vel voveat ducere hanc honestam puellam pauperem nupturientem & non valentem reperire virum. Adhuc illam puellam posse obligationem remittere, & sponsalia sic contracta mutuo consensu dissolvi contrà quidem *D. Thomam*, multósq; alios apud *Sanchez & Dianam* mox citandos probabilissimè, & practicè tutò docent alii communiter, Suarez *l. 2. de juramento c.* 39. Sanchez *l. 3. moral. c.* 20. *n.* 6. Perez, Dicastil. aliísq; citatis Diana *part. 9. tract. 7. resol. ultima.* Ratio est; quia adhuc tale juramentum primum vel votum semper intelligitur factũ cum conditione imbibita; promitto, juro, voveo ducere, si altera pars velit, vel nisi altera pars remittat. Notantissimè autem dixi:

III. *Validè saltem dissolvuntur*: certè non o- 235
mninó licitè dissolvi sponsalia, videtur significare sacer Textus sic *c. 2. de sponsal.* Ubi Innocentius III. inquit: *Videtur, quòd instar eorum, qui societatem fidei interpositione contrahunt, & posteà eandem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.* Et rursùs: *Hi, qui de ineundo matrimonio purè & sine conditione fidem dederunt, commonendi sunt, & omnibus modis inducendi, ut præstitam fidem observent.* Sic Pontifex. Audisti: *tolerari posse*, ne deteriùs contingeret: & *omnibus modis inducendi sunt*: ergò ex se illicitum est, ita dissolvere sponsalia. Responsio communis est: Papam solùm significare; id passim fieri non debere ad vitandam speciem mali.

Quòd

quòd homines putent, sic fidem datam vel juramentum violari. Melius & textui conformius respondet Layman cit. *c.* 2. *n.* 1. propè finem Pontificem ita dixisse in casu, qui valdè frequenter accidere solet, ut unus sponsorum v.g. fœmina cupiat sibi fidem servari, sed alter omnibus modis renuat, cupiátque sponsálium remissionem fieri, eò quòd abhorreat à muliere; tum sanè commonendus, & omnibus modis inducendus est, ut præstitam fidem servet; sin autem bonus exitus non speretur, toleranda est dissolutio, ne deterius contingat: quæ scilicèt dissolutio ex parte mulieris non fit mera voluntate, nec sine admixtione involuntarii, adeóq; nec sine gravi peccato viri; quod tamen permittitur non approbando, sed tolerando, ut majora incommoda evitentur. Nihilominùs ego assentio Patri Gobat *cas.* 6. *num.* 47. Delinquere venialiter, qui absq; omni rationabili causa remittunt sibi mutuo jus illud sacrum sponsaliorum, eúmq; videri communem sensum hominum culpam aliquam timentium, si absque rationabili causa resiliant. Quare, quando nulla adest rationabilis causa dissolvendi sponsalia, præsertim jurata, & maximè juramento execraturo firmata, eam dissolutionem sponsis omninò dissuadeant confessarii. Et confirmat casu tristis eventus *n.* 255.

236 IV. Mutuo *libero* consensu; debet scilicèt dissolutio fieri utriusq; partis libero consensu absq; fraude vel metu aliquo injustè incusso, alioquin non valeret, ut notant DD. communiter, etiam

Lay-

Layman cit. Tanner. *quæst.* 8. *dub.* 8. Est enim remissio juris hujus & cujusvis species quædam donationis, quæ essentialiter debet esse liberalis & libera. Quamvis autem nullo jure naturali vel positivo communi habeatur prohibitum, ne sponsi mutuo consensu per se absque authoritate vel consensu Episcopi dissolvant sponsalia; notat tamen Layman cit. *c.* 2. *n.* 1. *in fine*, & alii, esse consuetudinem multarum Diœcesum, ut ea dissolutio non permittatur nisi causâ priùs ad Episcopum delatâ. Tandem per se loquendo, non delinquit sponsus vel sponsa, si alteri absq; justa causa petendi relaxationem promissionis non concedat, nisi post stipulationem de dando reciproco aliquo pecuniario munere seu compensatione. Ut notat Gobat *num.* 265. Et clarum est, de compensandis expensis vel damnis fortè secutis. At verò, si alteri sponsorum suppetit justa causa & legitima ratio recedenti à sponsalibus, non potest alter quidquam exigere pro consensu in illum recessum; sicut enim par non est, ut quis rem suam emat, ita nec justè potest esse pactio pecuniaria de usu proprii juris, ait *Gobat cit.* Nunc specialia aliqua addenda sunt.

1. *Recessus unius.*

QUandò unus sponsorum, quamvis injustè & cum peccato recedit vel resilit à sponsalibus, jam alter quoque, si velit, & ipse ex se & sine officio Judicis poterit justè resilire. Ratio est; quia juxta legem. *cùm proponendo C. de pa-* 237

ctis

His frangentis fidem fides ſervanda non eſt. E
ſic etiam diſſolutio ſponſalium erit ex mutuo
conſenſu. Ex communi Tambur. *tract.* 3. *c.*
§. 1. *num.* 2. Poteſt autem receſſus iſte unius
ſponſalibus duplici modo fieri: 1. explicitè,
cùm ſcilicet quis expreſſis verbis negat velle
matrimonium procedere. 2. Implicitè & inter
pretativè, quando ſcilicet ita ſe gerit ſponſus,
ipſo facto ſponſalia & matrimonium recusa
cenſeatur: & certè tunc alter relictus juſtè
nuere, & ſic ſponſalia reſolvere poterit. Et h
implicito modo recedit quis in plerisque casi
ſequentibus, ut patebit: ſed ſpecialiter ob
miam dilationem, vel ob profectionem in regi
nem aliam: quæ ſeorſim duæ cauſæ diſſolven
ſponſalia numerari ſolent, & hîc commodè ex
plicandæ.

II. *Dilatio nimia.*

238 QUi differt inire matrimonium ultrà tempus
vel terminum in ſponſalibus præfixum
cenſetur à ſponſalibus reſilire, ſic ut altera quo
que pars juſtè reſilire, & ad alia vota ſe transfe
re poſſit. Communis DD. ex *c. ſicut de ſponſ.*
& matrimon. Ubi tamen pro pleniori intellectu
ita diſtinguendum eſt. Si terminus præfixus
fuit ad finiendam obligationem, ſic, ut niſi in
tra tale tempus v. g. uſque ad Paſcha nuptiæ
quantur, reſilire liceat: tunc clarum eſt, poſt illu
tempus elapſum promittentem liberari. Si ve
rò tempus vel terminus ſtatutus ſit non ad fin
endam

endam, sed ad statuendam seu exequendam, & non differendam obligationem, ita ut dilator deinceps censeatur in mora culpabili, & tunc post elapsum illud tempus, Pascha v. g. contractus claudicet, & pars, quæ parata erat, seu per quam non stetit, quin nuptiæ stato tempore sequerentur, posteà ob culpabilem alterius moram justè resilire poterit. Et hoc significatur cit. c. *sicut*: ubi jubetur quidam puniri, quòd relictis prioribus sponsalibus ad aliud matrimonium convolarit, addita exceptione: nisi fortè terminum præfixit, & per eum non stetit, quin ad præfixum tempus matrimonium consummaret. Altera autem pars, quæ parata non erat, seu per quam stetit, ne nuptiæ stato tempore fierent, obligata manet adhuc, si alteri contrahere libeat: ut post *Coninck* & alios rectè resolvit Layman cit. c. 2. *num.* 17. Ratio discriminis est; quia si tempus adjiciatur causâ obligationis finiendæ, una tantùm est obligatio, eáque non absoluta, sed adstricta certo tempori v.g. usque ad Pascha, quo tempore transacto cessare debet. Si verò terminus vel tempus adjiciatur, vel præfigatur ad statuendam vel exequendam obligationem; duplex est obligatio: Prima nuptias celebràndi: Secunda tali tempore celebrandi. Unde licèt hæc secunda obligatio violetur, & ob eam violationem altera pars justè resiliat, manet tamen prior obligatio absoluta & principalis, scilicèt nuptias celebrandi, si quidem altera pars adhuc velit.

239 Quod si denique nullus terminus nuptiis celebrandis præfixus fuit, incumbit utique obligatio contrahendi illo tempore, quo altera pars rationabiliter exigit: ut ex communi docet Sanchez *disp.* 28. Nam juxta legem 14. *ff. de regulis juris*: in omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur.

Quandò ergò una parte volente nuptias celebrare, alia culpabiliter nolit, censebitur resilire, ut & altera resilire possit: si verò tunc impedita rationabiliter non possit, tenebitur certè altera pars exspectare aliquanto tempore prudentis arbitrio determinando, consideratis circumstantiis: hinc quidem necessitatis illius, qui differt: illinc autem damni, molestiæ, periculi incontinentiæ alterius exspectantis. Ut benè monet Tambur. cit. §. 1. *c.* 1. *num.* 7. & rectè monet Gobat *num.* 58. ut Parochi & Confessarii moneant sponsos, ut non diu differant matrimonium, quandò timetur interim periculum peccandi. In praxi nimis notum est, prout etiam declaravit Congregatio Cardinalium in Tridentino *Sess.* 24. *c.* 1. *de reformat. matrimonii.*

III. Absentia sponsi.

240 SI sponsus post sponsalia, inscià, vel invità sponsâ (idem à fortiori esset in opposito, si sponsa inscio vel invito sponso) in terras longinquas se transferat, ut brevi non rediturus censeatur, censetur renuntiare sponsalibus, & sponsa acquirere libertatem cum alio contrahendi. Communissima, ex claro textu, *c. de illis. de spon-*

sponsal. & matrimon. Ubi Alexander III. ita rescribit Archiepiscopo Panormitano. *De illis autem, qui præstito juramento promittunt, se aliquas mulieres ducturos & posteâ, eis incognitis, dimittunt terram, se ad partes alias transferentes: hoc tibi volumus innotescere, quòd liberum erit mulieribus ipsis (si non est amplius in facto processum) ad alia se vota transferre, &c.* Sic Textus loquens de sponsalibus juratis, à fortiori sine dubio etiam intelligendus de sponsalibus nudis, non juratis: & semper supponendo, si una pars sine licentia alterius, seu insciâ seu invitâ alterâ parte, aliò migraverit. Jam descendendo ad casus particulares, ita breviter resolvendum.

I. Si Sponsus in aliam terram, domicilium mutaturus, se transferat sine licentia sponsæ, hoc ipso hæc à sponsalibus libera evadit: & hic tantùm videtur casus decisus in textu allegato; nam *dimittere terram; & ad alias partes se transferre*, mutationem domicilii significare censetur. Ratio autem est partim; quia ita discedens, ut domicilium relinquat censetur renuntiare sponsalibus: partim, quòd sponsa de futuro virum aliò commigrantem vel vagabundum sequi non cogatur, cùm ad eum eventum se non obligare censeatur. 241

II. Si Sponsus ob causam necessariam aliò proficisci, & diutiùs abesse cogatur deinceps reversurus sponsa exspectare debet donec justum ejus impedimentum cesset: ut habetur *L. sæpè ff.* 242

de ſponſal. Quæ conſtitutio, cùm maximam æquitatem habeat, non videtur correcta Jure Canonico allegato: ut poſt Sylveſtrum & alios docet Layman *num.* 13. niſi fortè aliter conventum fuiſſet, aut periculum incontinentiæ, vel alia neceſſitas ad contrahendum matrimonium aliud urgeat; tunc enim gravis mutatio accidit, ad quam ſponſa ſe voluiſſe obligare, non cenſetur.

243 III. Si Sponſus ob cauſam voluntariam, juſtam tamen, diſceſſerit, (v.g. ad bellum juſtum, ad ſtudia, ad negotiationem, &c.) tunc ſecundùm jus civile ſponſa exſpectare debet biennio, ſi intra Provinciam: triennio, ſi extra Provinciam miſſus ſit, vel moretur. *L. 2. C. de ſponſal.* & *L. 2. C. de repudiis.* Sic enim has leges conciliant Gloſſa & DD. *Sylveſter*, *Henricus Caniſius*, alii cum Layman cit. *num.* 14. adden tes, neque has leges eſſe correctas citato Jure Canonico, cùm hunc caſum diſertè non exprimat: attamen Judicem Eccleſiaſticum illud tempus moderare poſſe breviorem terminum conſtituendo & ſignificando ſponſo, intra quem teneatur redire; alioquin ſponſam liberam fore.

244 IV. Attamen *Henriqu. Roderiqu.* aliisque citatis Sanchez *l.* 1. *de matrimon. diſp.* 54. & Tamb ur. §. 1. *c.* 1. *n.* 9. docent abſolutè ſtandum eſſe Jure canonico in utroque foro, quod abſolutè concedit ſponſæ ad alia vota ſe conferre, quandò ſponſus aliò ſe confert ſaltem ex voluntaria, juſta quidem, ſed non neceſſaria cauſa. Exſpectandum tamen tunc erit aliquanto tempore pro-

prudentis arbitrio, consideratis circumstantiis, ut paulo superiùs expressi, idque in praxi observari vidi.

IV. Conditio non purificata, remissivè.

AD eundem mutuum consensum meritò reduci debet casus, quo conditio sponsalibus utriusque consensu adjecta, sine utriusvis causa non fuit impleta. Prout explicatum habes *supra n.* 210.

§. II.

ALTERA CAUSA GENERALIS.

MUTATIO NOTABILIS.

Ex parte alterius, vel utriusque sponsorum.

Mutationes Sacræ.

1. Religionis professio & ingressus.

1. PEr professionem solemnem Religionis approbatæ solvuntur sponsalia simpliter ex utraque parte, scilicet & sponsi professi, cùm professio seu votum solemne sit impedimentum dirimens matrimonium contrahendum: & alterius in sæculo remanentis, ut eo ipso liber, vel libera, aliùdque matrimonium spondere ac inire possit. *Omnes.* Ratio clara est; quia cùm ipsum matrimonium ratum, seu sponsalia de præsenti ita solvantur per Professionem; expressè *c. Ex publico. De convers. Conjugatorum*; multò magis ita solventur sponsalia de 245

futuro. Idemque dicunt de votis biennii Societatis, quæ ipsa verum Religiosum efficiunt. Excipiendum semper: nisi talis professio fieret in fraudem & damnum alterius, v. g. sponsæ ipsi matrimonii jam violatæ vel etiam imprægnatæ, quod damnum, aliter, quàm matrimonio inito, reparari non possit; quia tunc Professio esset nulla tam in ratione voti respectu Dei, quia esset de re illicita ex circumstantiis: quàm in ratione contractus respectu Religionis quæ talem professionem admittere non vult, nec velle potest, quippe contra justitiam & jus strictum sponsæ damnificatæ, cùm eo casu supponatur, necessarium esse matrimonium ad reparandam infamiam sponsæ violatæ ad legitimandam prolem fortè jam conceptam vel natam.

246 II. Sponsus vel sponsa post sponsalia inita per se loquendo, & secluso damno alterius semper potest licitè ingredi Religionem, cùm id etiam sponsis de præsenti in matrimonio rato liberum sit; idque etiam si sponsalia fuissent juramento firmata. Communissima cum Sanchez *disp.* 46. Ratio jam sæpè inculcata est; quia juramentum sequitur naturam actûs, cui adjicitur: atqui in contractu sponsaliorum etiam de præsenti, ex dispositione juris semper intelligitur tacita conditio: *Nisi Religionem ingredia*: ideóque etiam intelligi debet in sponsalibus juratis, ac ipso juramento appositio. Non ergò talis juratus sponsus vel sponsa ad servandum juramentum Religionis tenetur prius contrahere matrimo-

nium

nium, & deindè ingredi Religionem : ut vult *Aversa* : & consilium esse indicat *Scotus* : hoc enim videtur illusorium, & plerumque ingratum vel etiam damnosum alteri, præsertim sponsæ, quæ certè nunquam contraheret cum viro hunc animum habente. Adde & sponso periculosum, quia exponeret se periculo commixtionis. Nec obstat textus *c.* Commissum. de sponsal. *Tutius est ei religione juramenti servata prius contrahere, & postea, si elegerit, ad Religionem migrare.* Sic ibi. Nam solùm id dicitur *Tutius* ; idque in casu, quo instat tempus matrimonii contrahendi, & is nondum plenè resolutus adhuc deliberat de ingressu Religionis ; tunc enim præstat satisfacere juramento, bimestri adhuc ad deliberandum remanente : ut patet ex illis verbis : *& posteà, si elegerit, &c.* Et certè debet indicare sponsæ suum propositum, & si ipsa desideret, prius contrahere (prout interdum per accidens posset conducere ad consulendum famæ sponsæ, anteà nimis familiaris vel etiam violatæ, vel ad legitimandam prolem) tunc contrahat, aliàs non.

III. Eo ipso, quo unus sponsorum ingredi- 247
tur Religionem vel Novitiatum, solvuntur sponsalia ex parte remanentis, ut is à promissione liber, si velit, aliud matrimonium spondere & inire possit. Ita contra varios negantes communis DD. *Sylvester, Sotus, Navar. Henriqu. Rodriqu.* alii cum Sanchez *disp.* 42. Coninck. *disp.* 23. *dub.* 3. Layman. *cap.* 2. *num.* 3. Tambur.

§. 2. *num. 5.* Ratio est; quia sponsus vel sponsa ingrediendo Religionem ipso facto significat, se mutâsse voluntatem & sponsalibus renuntiare, ideóque relinquit sponsam liberam. Si ergò & ipsa quoque recedat, & contenta sit, jam erunt sponsalia dissoluta mutuo consensu. Quin, etiamsi sponsus (idem semper est in opposito casu de sponsa) ficto animo ingrediatur Religionem sine animo permanendi, sed solum se liberandi â contractu, adhuc remanens in sæculo poterit licitè recedere; quia semper fit notabilis mutatio & eventus, ad quem alter sponsorum se obligasse non censetur; nam imprimis remanens deberet expectare finem Novitiatûs, donec scilicèt alter vel profiteatur, vel egrediatur: deinde deberet & nubere ei qui fuit monachus: & specialiter deberet nubere ei, qui ipsam decepit, scilicèt Religionem ingrediendo. Ita post alios *Tambur. cit.*

248 IV. Ipso tamen ingressu Religionis non solvuntur sponsalia ex parte ingredientis, nimirùm sponsus vel sponsa ingrediens Novitiatum, ipso ingressu non liberatur, sed si alter sponsus vel sponsa expectare velit, & defactò expectet, & ingressus, non secuta Professione, egrediatur, non est dubium, eum obligari, & cogendum esse, ut sponsaliorum anteà datam fidem servet alteri volenti, & hucusque expectanti. Juxtà DD. cit. Ratio est præter alias: quia ingressus in Novitiatum tantùm non solvit sponsalia ex natura sua, cùm Novitius possit egredi, & sponsalia

salia implere : & certò ob damnum sponsæ reparandum etiam egredi teneatur : Non etiam ex jure positivo aliquo ; nam quod à jure professioni concessum est ob eminentiorem perpetuum statum assumptum, minimè debet extendi ad Novitiatum in materia onerosa, & juri alterius præjudicante.

II. Votum Religionis ingrediendæ.

I. CErtum apud omnes, per se loquendo 249
sponsum vel sponsam post sponsalia contracta licitè emittere votum ingrediendi ac profitendi Religionem ; cùm enim sponsus licitè & rectè quamcunque Religionem ingredi ac profiteri possit, licitè quoque eandem vovere ac Deo promittere poterit. Dico autem : *per se loquendo* ; semper enim excipiendum : *secluso damno alterius sponsorum* : ut, si sponsa v. g. gravem infamiam passura sit : si spe matrimonii jam cognita vel imprægnata sit, &c. tunc enim votum Religionis, sicut & castitatis, in gravem injuriam & damnum sponsæ cedens, utpotè de re mala ex circumstantiis, Deo gratum & obligatorium esse non potest. Prout in simili de ipso voto solemni Professionis suprà notatum.

II. Certum quoque videtur, voto Religionis 250
ingrediendæ & profitendæ emisso ab uno sponsorum solvi sponsalia ex parte alterius, qui non vovit, ut si velit, possit recedere à sponsalibus ; quia (ut modò in simili dictum) alter per prædictum votum jam renuntiat sponsalibus ; adeóq;

si pars contenta fit, jam pro dissolutione sponsalium adest mutuus consensus, & sic ambo liberi.

251 III. Eo voto simpliciter solvi sponsalia ab utraque parte etiam ipsius voventis, seu velit, seu nolit altera pars, post alios pro certo habent Laymann. *num.* 4. Gobat *num.* 314. Eò, quòd promissio matrimonii tacitè involvat conditionem seu exceptionem: *Nisi elegero statum perfectiorem.* Confirmat *Layman.* Sicut se habet matrimonium ratum ad sponsalia, ita proportionaliter se habet professio religiosa ad votum Religionis profitendæ: ergò sicut matrimonium ratum solvitur simpliciter per professionem solemnem, ex jure allegato, sic etiam sponsalia solvi debent per votum Religionis profitendæ.

252 IV. Contrà tamen eo voto non ita simpliciter solvi sponsalia ex parte voventis omninò verius docent *Castro - Palaus*, eúmque secutus Tambur. *l.* 2. *num.* 7. Adeò, ut sponsus, qui sic vovet Religionem, si in nulla fortè recipiatur, seu quoquo modo à Religione liber egrèdiatur, debebit stare sponsalibus initis, si alter, qui remansit in sæculo, adhuc sic velit. Eadem prorsùs ratione, qua suprà de ingrediente Religionem dictum est; nam exceptio illa jure concessa promissioni matrimonii intelligitur solum in ordine ad ipsum statum perfectiorem Religionis in effectu: non ergò extendenda est ad solum ejus votum vel actualem ingressum. Aliqua notanda ponam infrà §. 4. *in fine.*

III. Or-

III. Ordo Sacer, ejúsque votum.

I. SUsceptio Ordinis Sacri; cùm sit impedi- 253
mentum dirimens matrimonii contrahendi, quidni etiam dissolvat sponsalia actu contracta? Juxta communem DD. cum Sanchez *l.* 1. *disp.* 47. aliisque citatis Perez *disp.* 6. *Sect.* 7. dicens, esse certum. Et non dubium, Tambur. *c.* 5. §. 3. Etsi contrarium sentiant *Paludanus*, aliósque (sed malè Sanchez) citans Tanner. *hic disp.* 8. *tract.* 4. *quæst.* 1. Et certè, quod suprà de professione solemni, hic à fortiori excipiendum est: nisi susceptio Sacri Ordinis fieret in fraudem & damnum sponsæ jam violatæ, vel etiam imprægnatæ, &c. Tunc enim licèt adhuc valeret sacer Ordo; at certe non valeret, nec obligaret votum solemne castitatis annexum, quippe versans contrà jus sponsæ. Quare per se loquendo tali, deposita toga Clericali, matrimonium ineundum erit, nisi mali eventus timerentur ex tali copulatione, aut Magistratus Ecclesiasticus aliter disponat. Secluso autem tali damno, certè in judicio non audietur sponsa contra sponsum, qui eâ invitâ sacros Ordines v. g. Subdiaconatum suscepit, nisi ad interesse compensandum. Ut observat etiam Gobat *cas.* 8. *num.* 919. *in fine.* Magis controversa sunt, quæ sequuntur.

II. Sponsum post sponsalia etiam licitè su- 254
scipere sacros Ordines, insciâ vel invitâ sponsa docent communius & probabiliùs DD. *Layman* suprà. *Pontius*, *Adversa*, alii cum Tambur. cit.

cit. §. 3. *num.* 1. Probabile censente: & probabilius Gobat *num.* 310. Eo quòd sponsalibus ei conditio annexa videatur; *Nisi statum perfectiorem elegero*; atqui etiam status sacri Ordinis est æquè perfectus, ac Professioni æqui pollens. Contrà verò illicitè & quidem mortaliter mihi æquè probabiliter docent *Sanchez cit. Coninck, Rebellus, Hurtadus*, alii cum *Perez*; quia Ordini sacro, etsi statum perfectum contineat, non conceditur à jure dirimere matrimonium, aut sponsalia, sicut conceditur statui Religioso.

255 III. Votum suscipiendi sacros Ordines etiam dissolvere sponsalia, consequenter negant *Sanchez*, aliique citati, negantes sacrum Ordinem licitè susciptà sponso, insciâ vel invitâ sponsâ; adeoque tale votum valere. Rursùs tamen probabile censent alii docentes, & licitè suscipi sacros ordines à sponso, idque votum valere. Expressè *Sotus, Henriqu. Bonacina, Dicastil.* apud *Gobat. cit.* Ratio debet esse eadem, sed infirma, quæ suprà. Sed de hoc rursùs in simili de voto Castitatis.

256 IV. Ordines minores tandem non dissolvere sponsalia, cùm illi statum nuptiis incompossibilem non constituant, nimis clarũ est; attamen, si sponsus insciâ vel invitâ sponsâ minores Ordines suscipit, solvi sponsalia ex parte sponsæ: contrà *Sanchez cit.* rectiùs docent Tanner. cit. *num.* 53. & Gobat *num.* 321. Reverà enim videtur sponsus remittere sponsæ jus suum in illam, quandò se curat tonderi in Clericum, sicut si vo-

voveret suscipere sacros Ordines, etsi votum illud non liberet sponsum. Adde, quòd communiter nollent puellæ contrahere cum illo, quem scirent in Clericum attondendum.

IV. Votum simplex castitatis, seu continentiæ perpetuæ.

HOc votum & licitè emitti à sponsis, & per illud sponsalia simpliciter dissolvi, etiam invitâ alterâ parte, docent gravissimi DD. S. Thomas *in* 4. *d.* 38. *quæst. unica. art.* 3. *Cajetanus, Sotus, Henriq, Suarez. Vasquez, Bonacin. Pontius*, aliisque citatis Aversa *h.c. quæst.* 7. *Sect.* 2. Gobat *num.* 312. Et probabile censet Tambur. *c.* 5. §. 4. Provide tamen monens, hanc Sententiam habere locum solùm in vero voto ob cultum Dei & animæ salutem syncerè facto; secùs, si ob odium sponsæ, vel quid simile in fraudem fieret: Item habere locum ferè in foro conscientiæ tantùm; nam in foro externo vix credet Judex, te verè ob votum sponsalia deferere. Consentit Layman. *c.* 2. *num.* 7. sponsum vel sponsam in conscientia tutum esse, si syncero animo amplectendi statum perfectiorem continentiæ, propriâ authoritate recedat à sponsalibus, præsertim clam celebratis; nam cùm publica celebrata fuerunt, vix sine sponsæ infamia, multorum querelis, rixis, &c. poterit vovens propria authoritate recedere, &, si ad forum externum hæc causa deferatur, Judex Ecclesiasticus sponsum post sponsalia se votum continentiæ emi- 257

sisse

ſiſſe affirmantem compellere ſolet ad viam tu-
tiorem, videlicèt, ut vel ſponſaliorum fidem ſe-
vet, vel intra certum præfixum tempus vel ter-
minum Religionem aliquam ingrediatur; quam-
vis etiam contentus eſſe poſſit ſacri Ordinis ſu-
ſceptione: ut ex *Sylveſtro*, *Sato. Henriq* c.
docet Layman l. c. Ratio tota hujus piæ ſen-
tentiæ rursùs eſt, quòd ſponſalibus ea tacita
conditio ineſſe cenſeatur: *Niſi ſtatum perfe-
ctiorem continentiæ amplecti voluero*; atqui per
votum hoc aſſumit ſtatum matrimonio perfe-
ctiorem, & quidem valdè perfectum & Deo
gratum: ergò, &c. Allegatur etiam argumen-
tum. *c. Pervenit. De jurejurando. Promiſſum
non infringit, qui in melius commutat.* Sed in-
efficaciter, nam ſermo ibi eſt de voto Deo fa-
cto, non de promiſſione facta homini. Ut ſupra
eo declaratur.

258 II. Illud votum à ſponſis nec licèt emitti,
nec invita alterâ parte per illud ſponſalia diſſol-
vi, longè probabilius, & mihi planè verè docent
Canoniſtæ *in c. cit. Paludanus, Sylveſter, Navar.*
aliisque cumulatis Sanchez *l.* 1. *diſp.* 46. Coninck
cit. *dub.* 3. Layman *num.* 6. Averſa ſuprà Herinx
diſp. 1. *quæſt.* 4. *num.* 38. Et colligitur patenter ex
c. Veniens. Qui Clerici vel voventes. Ubi mulie-
ri, quæ poſt ſponſalia votum continentiæ emi-
ſerat, & idcirco ſponſus ad alias nuptias tranſiit,
pœnitentia gemina injungitur, tum propter fi-
dem violatam: tum propter votum, à quo co-
piebat liberari, ut cum alio poſſet contrahere.

Ratio

Ratio primi est; quia sponso per sponsalia verum jus acquisitum est; cui quidem nunc renuntiavit: ergò non debet censeri grata DEO promissio, quatenùs cum alterius injuria vel etiam damno conjuncta est: ut si quis voveat DEO equum, quem alteri promiserat, vel donarat, non valet votum quatenus est injuriosum illi alteri. *Ratio* secundi est; quia quantum est de jure naturæ ad tollendam obligationem justitiæ (qualis est sponsalium) non sufficit quæcunque major perfectio alterius operis vel statûs, nisi id jure naturæ concedatur, & ab Ecclesia ita declaratur; adeóque nulli promissioni humanæ censeri debet annexa illa conditio: *Ni statum perfectiorem elegero* nisi jura sic declarent: atqui ex dispositione juris, declarationéque Ecclesiæ id clarè solùm constat de Professione Religiosa? ejusque consequenter voti simplici; nullibi autem id videmus concedi voto simplici castitatis, aut etiam Ordinis sacri suscipiendi, ut suprà jam innui, & hûc remisi. Cùm ergò privilegia & concessiones, quatenùs cum alterius præjudicio conjuncta sunt, strictæ interpretationis esse debeant, non debet illa concessio & velut privilegium Religiosi statûs extendi ad solum votum simplex castitatis, aut etiam Ordinis sacri suscipiendi.

III. Non tamen simpliciter invalidum est votum continentiæ post sponsalia emissum à sponso vel sponsa, sed imprimis 1. Valet ad hoc, ut, si obligatio remissa sit ab altera parte (prout certè 259

justè

justè remittere & resilire potest; cùm alter emittens tale votum censeatur renuntiare sponsalibus: & votum castitatis non modicam affert mutationem in sponso, utpotè, qui debitum nunquàm petere poterit (quod comparti præsertim fœminæ foret valdè grave) votum à vovente servari debeat. 2. Et, si post illud votum matrimonium seu licitè seu illicitè contraxit, vovens à petitione debiti abstinere debebit, donec ab Episcopo vel Privilegiato dispensetur. 3. Dissoluto matrimonio rursus suum votum integrè servare debet. 4. Sicut & is, qui Religionem ingredi vel Ordines sacros suscipere ante vel post sponsalia vovit, & posteà licitè vel illicitè matrimonium contraxit, soluto matrimonio, post mortem conjugis, adhuc tenetur, si adhuc idoneus sit, Religionem ingredi vel Ordines sacros suscipere. Expressè *c. Veniens. c. Quidam c. Placet. De Conversation. Conjugator.* Ibi. *Licèt votum usquequaque non voluerit, eatenus tamen obligatorium fuit, quatenus se poterat obligare.* Ex communi latè Sanchez cit. *num.* 15. Attamen neque is, qui post sponsalia simplex continentiæ votum emisit, neque is, qui ante sponsalia edito continentiæ voto matrimonium, utique illicitè, contraxit, & nondum consummavit, obligatus est ad Religionis Professionem; quia hanc non vovit: continentiam autem, quam vovit, medio adeò difficili non tenetur servare: ut contrà *Sylvestrum*, *Navar.* alios non paucos plus æquò rigidos docent meritò Sanchez *disp.*

46. *difficul.* 2. Less. *l.* 2. *De Justitia c.* 41. *n.* 52. Coninck *dub.* 3. Layman. *num.* 9.

IV. Generatim loquendo tenetur vovens 260 (seu votum continentiæ emiserit, seu Religionis ingrediendæ, seu sacri Ordinis suscipiendi: seu defacto sacros Ordines suscipiat, vel Religionem ingrediatur,) quandò ex voti executione secutum est aliquod damnum sponsæ v. g. quia expensas in sponsalibus fecit, aut in præparatione ad nuptias separatas &c. eidem illud resarcire; etenim nequit suum bonum spirituale prosequi cum vero & reali damno alterius. Ita cum aliis *Sanchez* cit. Layman eodem *c.* 2. *num.* 8. benè colligens ex jure. *L. Si pecuniam. ff. De Condition. causa data, &c.* Ubi dicitur, *Si cui pecuniam dederis, ut Capuam iret, licèt antequam is iret, integrum sit pœnitere, & pecuniam repetere: si tamen is expensas fecerit, vel aliud damnum incurrit, indemnem servandum esse.* Sic ergò, qui sponsalia contraxit, licèt antequam per nuptias contractus impletus sit, jura licentiam dent sponso resiliendi per professionem Religionis, aut sacri Ordinis susceptionem, ejúsve vel continentiæ votum in probabili sententia; interim tamen requirere videntur jura, ut pars altera indemnis servetur; siquidem, ut paulò ante dixi, ejusmodi concessiones valdè alteri præjudiciosæ strictæ interpretationis esse debeant.

§. III.

Mutationes Notabiles non Sacræ.

I. Matrimonium aliud contractum

261 CErtum est apud omnes: prioribus sponsalibus de futuro derogare posteriora sponsalia de præsenti, seu ipsum matrimonium ratum cum alio vel alia contractum: idque matrimonium, quantum est ex hoc capite, esse validum. Expresse *c. Sicut ex literis. c. Si inter virum. De sponsal. &c.* 1. *De sponsa duorum.* Ratio est, quia contractus matrimonii fortioris vinculi est, quippè corporum traditionem continens, quæ in sponsalibus non est; Quemadmodum, si quis hodie equum vendidit, sed nondum tradidit huic; cras verò vendit, simúlque tradit alteri, etsi injustè, rata tamen est venditio posteriori ipso jure. *L. Quoties. ff. De reivenditione.* Ita prorsùs in proposito, Regula *§* 4. *juris. Quiprior tempore, potior jure:* locum habet inter eos, qui simili vel æquali jure vel titulo gaudent.

262 II. Dixi autem: *Quantum est ex hoc capite;* Cùm sponsalia priora tantum sint impedimentum impediens, non autem dirimens matrimonii alterius; quòd si tamen aliud matrimonium contractum esset invalidè, aliundè ex alio impedimento dirimente, non videtur contrahens à sua priori obligatione liberari, cùm ex sua iniquitate non debeat reportare commodum; tamen prior sponsa etiam tunc liberatur, si velit; quia alter tentando aliud matrimonium fregit fidem suam, & tacitè ipso facto juri suo re-

gi-

nuntiâsset censetur. Ut præter alios rectè observat Herincx *num.* 40. *disp.* 4. Insuper.

III. Satis probabile est, si Titius contra fidem 263
priorum sponsalium cum Berta v. g. matrimonium contraxit cum Caja; per hoc matrimonium non omninò extingui priora sponsalia, (prout post alios docent Sanchez *l.* 1. *disp.* 82. Layman. *c.* 2. *n.* 22. Dicastil. *disp.* 1. *dub.* 37.) sed suspendi potiùs tantùm & sopiri interim pro tempote, quo illud matrimonium durat; adeóque si contingat hanc uxorem Cajam mori (idémque esset, si Religionem legitimè profiteretur) ante priorem sponsam Bertam, Titius adhuc priori sponsæ obligatus manet, si ipsa adhuc in proposito permaneat, nec obligationem antea (prout semper potuit) remisit, vel satisfacta fuit. Ita cum pluribus Coninck *disp.* 23. *dub.* 4. *Aversa cit. Castro-Palao*, aliisque citatis Tambur. *c.* 5. §. 5. *num.* 3. Herincx cit. *num.* 42. Ratio est; quia licet verum sit secundùm jura, quòd obligatio semel extincta nunquàm revivi-scat (prout allegant *Sanchez, Layman cit.*) Attamen obligationem illam priorum sponsaliorum extinctam esse, gratis asseritur, cùm extinctio illa nec jure positivo statuatur, nec oriatur ex jure naturæ: Non jure positivo; nam Textus illi initio allegati solùm declarant matrimonium sic initum validum manere velut fortius vinculum, adeóque ei cedere debere prius debilius vinculum sponsaliorum, quòd verissimum

est; an verò omninò extinguatur, vel solùm ut tereà suspendatur prius vinculum, nulla jus definiunt: Non etiam ex jure naturæ nam jus naturæ nemo debet privari jure suo sine sua culpa: & certè Titius non debet ex iniquitate commodum reportare, & habere in suo arbitrio, ut ab obligatione contracta prò libitu se eximat. Deindè impedimentum hoc matrimonii non est perpetuum, sicut professio solemnis & Ordo sacer, sed tantùm durans ad vitam conjugis, nec aliter potens dissolvere priora sponsalia, quàm quatenùs cum illis erat incompatibile. quâ proindè incompatibilitate sublatâ per mortem conjugis, omninò reviviscet prius vinculum & obligatio; eâdem prorsùs ratione, quâ, si quis, post votum simplex castitatis emissum, matrimonium contraxit, post mortem conjugis quamprimùm votum integrè reviviscit.

264 IV. Frigida meritò Tamburino & mihi videtur dispatitas data à *Sanchez cit.* Quòd votum sit diversæ rationis à matrimonio, & ideò per illud suspendi, non extingui; sponsalia autem esse ejusdem rationis cum matrimonio, ideòque per illud extingui. Quid enim hæc disparitas ad rem facit, si utrobique promissio antefacta urget? Et contrà directè statuitur exemplum suprà allegatum: Si rem in solidum duobus vendidisti, prius v. g. Petro, & posteà Paulo & huic tradisti, rata manet posterior venditio ex jure allegato. At, si res vendita rursùs a

te perveniat: cui dubium erit, te obligatum manere, & cogi posse ad rem illam Petro primo emptiori tradendam, si ei anteà non satisfeciſti; ideoque priorem obligationem non fuisse extinctam, licèt sit ejusdem omninò rationis cum altera, æquè, imò magis, quàm sit obligatio sponsalium cum obligatione matrimonii. Quæ jam disparitas?

II. Sponsalia alia.

CErtum rursùs est, sponsalia legitimè con- 265
tracta cum una non dissolvi per sponsalia posteà contracta cum alia, (etsi hæc præbeant priori sponso vel sponsæ justam causam resiliendi, & rescindendi sponsalia ob rationem sæpè datam;) sed sponsalia posteriora contra fidem priorem contracta omni jure, omniúmque consensu esse irrita & nulla; eò, quòd una res obligata uni non possit promitti alteri: & hìc propriè locum habeat Regula juris: *Qui prior est tempore, potior est jure.* Et ratio clarissima; quia omnis promissio de re illicita irrita est & nulla; atqui posteriora sponsalia sunt de re illicita, scilicèt de matrimonio contra fidem priorum sponsalium contrahendo; cùm sponsalia priùs cum alia vel alio legitimè contracta ipso jure naturæ sint impedimentum impediens seu prohibens matrimonium cum alia: ergò. Jam ulterius extende & dic:

I. Irrita sunt posteriora sponsalia, etiamsi ju- 266
rata seu juramento firmata sint. Communissima.

Ex *c. Sicut. De ſponſal & matrimon.* Ratio eſt, quia juramentum non poteſt eſſe vinculum iniquitatis, ut jura loquuntur; ſponſalia autem poſteriora iniquam promiſſionem continent: ergò juramento firmari non poſſunt:

267 II. Eadem irrita manent, etiamſi priora ſponſalia clam inita, poſteriora autem ſolemniter coram Parocho & teſtibus celebrata ſint, per ea loquendo; quia actui nulli de ſe, ſicut non juramentum, ita multò minùs ſolemnitas ulla robur addere poteſt. Per accidens autem, ſponſus intelligat ſibi & priori ſponſæ omni probatione deſtitutus, etiam oblato juramento, fidem in Conſiſtorio non habendam, ſed pœnis vel coërcitis compellendum ad poſteriora ſponſalia cum majori ſuo ac prioris ſponſæ infamatione ac incommodo, ſecundis ſponſalibus ſtandum erit; debebit enim prior ſponſa omninò eſſe contenta & juri ſuo cedere, (ſaltem pro durante illo matrimonio, juxta paulò antè dicta.) Sic rectè cum aliis Sanchez *diſp.* 49 & ex eo *Layman cit.*

268 III. Eadem irrita manent, etiamſi non priora, ſed poſteriora copulam annexam habeant: idque non ſolùm, quandò poſterior ſponſa ſub promiſſione matrimonii defloratа conſcia fuit priorum ſponſalium contractorum: tunc enim delicti particeps in neutro foro eſſet audienda, ſecundùm omnes; ſed etiam, quandò fuit inſcia priorum ſponſalium. Ita (contra *Coninck*, *Pontium*, *Caſtro-Palaum* apud Tambur. cit. §. 5. *num.* 9.) *Sotus*, *Henriq.* *Rodriq.* aliisque citatos

num.

tis *Sanchez*, *Layman*, *Henrincx l. c.* Ratio est, quia etiam copula non addit robur actui de se nulli ; cùm ergò jus priorum sponsalium non possit tolli per secunda sponsalia injustè inita & prorsùs nulla, neque etiam tolli poterit per adjunctam copulam. Intellige autem rursùs : *Per se loquendo* ; nam per accidens in casu, cùm ex violatione priorum sponsalium nullum vel exiguum incommodum evenrurum sit priori sponsæ ; secundæ autem sponsæ, quæ copulam admisit, vel etiam imprægnata fuit spe promissi matrimonii, grave damnum infamiæ & vilitatis timeatur, tunc obligatio justitiæ ad avertendum damnum secundæ sponsæ deceptæ (quod, ut supponitur alia ratione averti non potest, nisi eam ducendo,) utpote gravior præferenda erit obligationi priorum sponsalium, juxta receptam Regulam apud Sylvestrum *V. Sponsalia num. 7. Si duo vincula disparis potentiæ incompossibilia contrahuntur, fortius repellit minus forte.* Atque omninò æquitas ac charitas postulat ut eo casu prior sponsa obligationem remittat : Potéstque juxtà *Sanchez cit.* judex interpellatus tunc compellere ad contrahendum cum posteriori ; nam propterea etiam ex communiori sententia, si quis post votum simplex Castitatis Deo factum, sub promissione matrimonii defloravit honestã puellam, debebit interim, postposito voto, puellam ducere etiam Deo Benignissimo Creditore obligationem Religionis ad se postponente obligationi justitiæ erga proximum.

Item

Item intellige totum hunc casum secundùm jus novum Concilii Trident. annullantis omnia matrimonia clandestina; nam secundum jus antiquum, quo valebant matrimonia clandestina, si sponsus sponsam cognoscat, censetur id facere non affectu fornicario vel meretricio, sed affectu maritali, adeóque ipso facto matrimonium clam ratum facere & consummare velle. *c. de his qui finem. De sponsal.* Et tunc casus coincidit cum præcedenti.

269 IV. Invalidè manent illa posteriora sponsalia etiam jurata, etiamsi prior sponsa (vel in opposito casu sponsus) jam diem suum obierit, vel Religionem professa sit, vel liberè volens à sponsalibus recesserit. Ita aliàs oppositi, at in hoc concordes *Sanchez & Ponius* citati, *Layman Castro-Palao*, alii cum Tambur. *c.* 5. §. 5. *num.* 19. Quia illa nova sponsalia etiàm jurata à principiò non valuerunt, ex dictis: atqui juxtà notissimam Regulam Juris 18. *in* 6. *Non firmatur tractu temporis, quod ab initio non subsistit*: ergò ea absolutè facta, neque posteà per mortem vel cessionem prioris sponsæ convalescere possunt, consequenter sponsus liber manebit. Dico cautè: *absolutè facta*; nam si posteriora sponsalia Titius conditionatè sic iniisset cum Berta: Ego promitto tibi conjugium, si fortè Catharina sponsa mea moriatur, vel remittat promissionem sibi à me factam; tunc utique valida fuisset promissio conditionata, & mortua vel juri suo cedente Catharinâ, obligaretur Titius

Titius ad ducendam Bertam; quia si tunc talem intentionem habuit, validè contraxit pro tempore illo futuro. Sic rectè Tambur. cit. *num.* 22. Addens ex *Aversa*: talem intentionem conditionatam habuisse præsumendum esse in dubio; quia alioquin deberent præsumi deliquisse contra priora sponsalia, absolutè contrahendo cum alia; quod mihi non displicet.

III. *Sponsæ vel sponsi fornicatio.*

I. FOrnicatio unius seu sponsi seu sponsæ dirimit sponsalia ex parte innocentis, ut recedere possit, si velit; si nolit, pars nocens obligata manet, ne ex iniquitate lucrum reportet. Expresse. *c. Quemadmodum. De jurejurando.* Ubi duplex ratio datur: 1. quia sponsus ex conditione matrimonium promisisse censetur: *si & alter contra fidem sponsaliorum non egerit*; nam alioquin frangenti fidem, fides servanda non est. 2. Quæcunque causa ad divortium sufficit, eâ multò magis sufficit ad sponsalia solvenda: nam *turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes.* Sed fornicatio conjugis est justa causa divortii: ergò & fornicatio alterius sponsorum est justa causa solvendi sponsalia ex parte innocentis. Atque quoad hoc pares sunt sponsus & sponsa, cùm æquè fidem frangant, & se suspectos reddant, ne etiam posteà matrimonium violent. Ex communi Layman cit. *c.* 2. *num.* 10. Aliquæ tamen disparitates inter sponsum & sponsam assignantur à DD. Nam 270

271 II. Si uterque ſponsus poſt ſponſalia fornicatus ſit; non compenſatur delictum delicto, ſed adhuc ſponsus fornicarius repudiare potest ſponsam fornicariam; nam etſi uterque fidem æquè violarit tamen delicta pari turpitudine non cenſentur, ſed fœdior, ipsique ſponso deteſtabilior eſt incontinentia fœminæ: quàm viri, communi omnium hominum æſtimatione. Accedit in fœmina periculum alienæ prolis. Communis DD. cum Sanchez *l. 1. diſp. 55. Coninck*, aliſque citatis Layman *num. 12.*

Nec obſtat quòd *c. Intelleximus. De adulterio*, dicitur: *Paria fornicationis delicta inter conjuges mutua compenſatione tolli*; nam ſponſalium ſolutio facilius permittitur ob quamlibet ſcilicet notabilem rerum mutationem: non item facilè divortium matrimonii. Extendit Menochius apud Gobat *caſ. 8. num. 329.* ad caſum, quo adeſt ſola præſumptio paratæ fornicationis, ut ſi ſponsa frequenter domum illius, cum quo ſcit ſponsus eam peccâſſe ante ſponſalia.

272 III. Etiam, ſi ſponsa poſt ſponſalia fuiſſet vi oppreſſa, meritò repudiatur. Sicut colligitur ex *c. Raptor. 27. quæſt. 2.* & docet communior DD. *Sylveſter, Navar.* alii cum Sanchez cit. *num. 7.* Coninck *num. 5.* Layman. *num. 11. in fine*, Tambur §. 6 *num. 2.* Ratio eſt; quia etiam ſic ſponſa notabiliter fit vilior, ut ab ea ſponsus meritò abhorreat: etenim probro vertitur viro fœminam ſic violatam ducere, non absque pe-

riculo forte alienam prolem alendi. Accedit quòd rariſſimus ſit casus, quo fœmina absque omni conſenſu & culpa vim patiatur. Ut alibi dicemus. Quòd ſi tamen apertè conſtaret, oppreſſionem ſponsæ absque omni ejus culpa accidiſſe, v. g. in ſomno præſertim medicato, *Sanchez & Layman.* citt. probabiliter cenſent, ſponſum reſilire non poſſe, cùm exindè ſponsa tam magnum dedecus non contrahat. Secùs rursùs eſſet in oppoſito, ſi ſponſus eâ violentiâ cogeretur aliquam cognoſcere invitus (quod tamen poſſe fieri cum *Toleto & Tamburino* ego non credo) quia tunc nec ſponsus fidem frangeret, quia ageret coactus, vel potiùs pateretur tantùm, nec ſponſæ probroſum eſſet tali viro nubere: non ita, ſi ſponsus cogeretur ſodomiticè pati, idque non occultum maneret; tunc enim ob maximum probrum ſponsam poſſe reſilire, docet *Caſtro-Palaus* apud *Tamburin.* cit.

IV. Si ſponsa poſt ſponſalia, oſcula, amplexus ac tactus impudicos ab alieno viro admittat, 273
poſſunt reſcindi ſponſalia; quia cenſetur vivere impudicè, à quo proindè meritò vir abhorrere incipit. Rursùs non vice verſa, ob ſola ſponſi oſcula vel tactus impudicos alterius fœminæ, ſponsa reſilire poteſt; quia non propterea viro aliqua impudicæ vitæ infamia apud homines aſpergi ſolet. Sanchez *diſp. 55. num. 5.* Coninck *diſp. 23. dub. 7. num. 56.* limitans tamen, *niſi ſint tactus frequentes ut indicent propenſum valdè ſponſi in alteram animum, ui merito timeri poſſit*

possit, nè minùs sit amaturus sponsam, aut fidem non servaturus. Sic Coninck.

Dicta de fornicatione carnali extendenda sunt ad fornicationem spiritualem per hæresin & apostasiam; justè enim resilit sponsus, & maximè sponsa, si novit alterum post sponsalia a fide defeciisse, seu in hæresin incidisse: idque non tantùm in locis, ubi hæresis non tolerata reddit hominem infamem valdè: ut in Italia, Hispania &c. sed etiam in Germania, & locis, ubi hæretici tolerati ac Catholicis admixti sunt; est enim valdè gravis mutatio: & nimis grave est, cogi sponsam Catholicam ad nubendum homini diversæ, falsæque sectæ, quem tamen ipsa ut catholicum in sponsum elegerat: ait Tamburinus rectè §. 6. c. 5. *tract.* 3. *num.* 5. *in fine.*

IV. Impedimentum superveniens.

274. POst sponsalia contracta possunt supervenire impedimenta matrimonii, aut impedientia tantùm, ut sunt vota simplicia castitatis, Religionis ingrediendæ, Sacri Ordinis suscipiendi, alia sponsalia: aut dirimentia, ut Professio Religionis, Sacri Ordinis susceptio, de quibus jam satis est dictum. Item posset supervenire cognatio spiritualis, vel legalis, sed casu rarissimo; sæpius autem, quàm par est, supervenit impedimentum affinitatis carnalis, ut, si sponsus Titiæ fornicetur cum ejus consanguinea intra secundum gradum, v. g. cum ejus sorore, matre, matertera, ideóque habet impedi-

dimentum dirimens matrimonium contrahendum cum ipsa sua sponsa, & consequenter non poterit procedi ad matrimonium de præsenti, nisi prius impetrata dispensatione. De hoc alióve simili casu paucis sic accipe.

I. Certum est eo casu sponsam liberari, & posse sponsum repellere duplici titulo: & fornicationis, juxta supra dicta; & impedimenti contracti: quia apponens impedimentum dirimens facit matrimonium jure impossibile, scilicet illicitum & invalidum; sponsa ergò habet sufficientem causam resiliendi, & volendi se conformare juri matrimonium illud prohibenti. Idem per omnia esset in casu oppositio de sponsa. 275

II. Sponsus eo casu non liberatur à sponsalibus, sed volente sponsa, obligatur ad procurandam dispensationem, atque ad matrimonium de præsenti contrahendum. Ex communi Tambur. §. 7. *num.* 1. Ratio est; quia ex una parte sponsus non debet ex iniquitate lucrũ reportare, Ex altera autem parte de jure naturæ est, ut, qui causa est impedimenti circa rem promissam alteri, debeat illud tollere. 276

III. Eo casu dispensatio impetranda est sumptibus solius sponsi, ordinariis tamen & moderatis, & nullo modo sumptibus sponsæ. *Communis* apud citatos. Ratio patet: quia solus ipse & quidem injustè fuit causa, ob quam necessariò ista dispensatio impetranda esset. Dico tamen: *sumptibus ordinariis, & mediocribus*; 277

quia

quia obligatio orta ex ſponſalibus ſolùm urget ſponſum ad ponenda media ordinaria, & non valdè difficilia, quibus impleri poſſit matrimonium: non item ad extraordinaria & valdè difficilia ex vi ſponſalium præcisè & per ſe; nam

278 IV Si eo caſu ſponſa viſponſalium fuit violata vel imprægnata, unde damnum grave pateretur vel infamiam, niſi matrimonium ſequatur, ſponſus, qui ſcienter impdimentum apposuit, adhuc obligatur procurare diſpenſationem, etiam magnis ſumptibus ſtatui ſuo proportionatis, etſi non nimis magnis, quibus à ſtatu cadere deberet. Tambur. cit. §. 7. *in fine.* Idque etiam non ex ratione ſponſalium præcisè, ſed ex ratione injuſtè damnificationis, cujus contra jus ſponsæ cauſa fuit ſponsus fornicando cum conſanguinea; nam qui eſt cauſa damni contra juſtitiam, tenetur illud compensare, quantum moraliter poteſt, citrà notabiliter majus damnum proprium. Juxta dicta in materiâ de reſtitutione. Dixi rursùs: *qui ſcienter impedimentum apposuit*, quandò nimirùm ſponſus fornicans cum conſanguinea ſponsæ ſuæ, ſcivit, vel advertit, ſic impedimentum contrahi, tunc enim ſolùm liberè dedit cauſam damno ex impedimento ſponſæ exorto; damnificationi autem liberæ & culpabili ſatisfaciendum eſt. Secùs, quandò tunc non ſcivit vel non advertit impedimentum contrahi; tunc enim liberè non damnificavit: damnificatio autem non libera & involuntaria non inducit obligationem com-

compensationis : adeóque jam sponsus non tenebitur procurare dispensationem expensis magnis extraordinariis, ex ratione damnificationis injustæ, sed benè adhuc expensis moderatis & ordinariis ex ratione contractûs sponsalium, juxta dicta *N. II. & III.* Prout rectè advertit Hurtadus apud Tambur cit. *num.* 10.

§. IV.

Mutationes aliæ notabiles particulares factæ vel patefactæ.

GEneralis hic esto Regula. *Quoties post* 279
contracta sponsalia superaccidit aliquid, quod eorum executionem, scilicèt matrimonii contractum & usum reddit notabiliter difficiliorem: quodque, si initio fuisset, cordatum hominem similis conditionis, meritò ab illis sponsalibus avertisset & absteruisset: toties cessat obligatio illius, ut is, etiam nolente altera parte, resilire justè possit, cui matrimonium redditur difficilius: Sic in terminis Tambur. *hic tract. 3. c. 5. §. 8. num.* 1. Et in re ipsa communissima DD. Sanchez *l.* 1. *De matrimonio disp.* 62. Coninck *disp.* 23. *dub.* 8. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 8 *quæst.* 1. *num.* 69. Layman *c.* 2. *num.* 18. *&* 19. alii innumeri apud ipsos. Ratio est; quia intentio spondentis non præsumitur, se extendisse ad talem casum valdè difficilem non prævisum, qui quemvis hominem prudentem à promissione absterruisset. Quare sponsalibus seu matrimonii promissionibus, quæ suaptè natura & Ecclesiæ praxi

ma-

magnam animi libertatem & promptitudinem poſtulant, ea tacita conditio ineſſe ſemper cenſetur: *Si res in eo ſtatu permaneat*: Seu *ſi notabilis rerum mutatio non fiat.* Nec refert, etiamſi ſponſalia jurata fuerint; quia juramentum ſortitur naturam & conditiones actûs, cui adjicitur. *c. Quemadmodum. De jurejurando.* Et jam toties inculcatum.

Ad cognoſcendum autem: Utrum intentio ſpondentis ſaltem virtualis ad talem casum ſeu eventum ſe extenderit, nec ne, examinari debet ſponſus: v. g. Si eo tempore, quo ſponsæ matrimonium promiſiſti, aliquis tibi propoſuiſſet; Sed: quid, ſi quid tale eveniat? An non reſponſurus fuiſſes: non eſſe tibi animum ad talem casum obligationem tuam extendere? Et hujus aſſeverationi etiam in externo foro credendum erit, præſertim jurato, ſi conſideratis circumſtantiis, probabilis ei fides haberi poſſit. Ut optimè probat Layman. *num.* 18.

Jam vides in hac generali regula fundari omnes cauſas diſſolvendi ſponſalia hactenus explicatas: nimirum notabilem ejusmodi mutationem ex parte unius vel alterius ſponſorum. Reliquæ mutationes multùm variæ (ut ad aliquem ordinem redigamus) accidere poſſunt in bonis vel animæ, vel corporis, vel fortunarum; quæ ſtrictim percurramus.

I. In

In bonis animæ.

I. SI quis ex sponsis gravi infamia maculetur 280
si sponsus aleator, ebriosus, &c. evadat: si asper moribus, & admodùm severus; potest alter recedere, etiam post jurata sponsalia. Communissima. *Sanchez, Layman, Tambur. cit.* Ratio sumitur ex regula; quia cum tali certè ab initio noluisset contrahere.

II. Rursùs, si graves inimicitiæ ortæ fuerint inter sponsorum parentes, dissolvi possunt sponsalia ex utraque parte. Quòd si inter ipsos sponsos gravis inimicitia fuerit exorta, possunt quidem utrinque recedere; sed qui causam dedit inimicitiæ, obligatur priùs omnia moralia & ordinaria media adhibere ad pacem inducendam; quia alioquin erit injusta causa dissolutionis.

III. Universaliter, quandò est vel advenit timor, rationabilis tamen, ne malum exitum nuptiæ sortiantur. *v. g.* Titius desponsavit Bertam, nescientibus, vel etiam scientibus utriusque parentibus; unde tamen factum est, ut ex utraque parte parentes obstinatè contradicant, timeatúrque gravis discordia inter illos, vel eosdem sponsos, poterit alter, etiam altero invito, se ad aliud matrimonium convertere; quia ex tanta oppositione facilè est oriri inimicitas, incommoda gravia; & inter ipsos sponsos nuptos perpetuas rixas & dissensiones. Ex communi Sanchez mox citandus, Tambur. *hic tract. 3. c. 1. num. 7.*

IV. Monet tamen providè Sanchez *l.* 1. *disp.* 14. *num.* 3. Ut cautè in hoc procedas confessarie, nam sæpè jactantur minæ, opponuntur pericula, applicantur alia mala, quæ tamen experientia mox ostendit vana esse, & statim inito matrimonio defervisse.

II. in bonis corporis.

281 I. SI sponsus vel sponsa incidit in gravem morbum, paralysin, lepram, morbum gallicum, epilepsiam, aliúmve incurabilem morbum: si amittat oculos, aures, nares, si fiat claudus, mancus, &c. justè alter recedere à sponsalibus potest. Hæc enim, sicut retardant à sponsalibus contrahendis, sic excusant à contractis etiam juratis; quia nimis grave esset, hoc perpetuò velle in consorte pati: poterit ergò is recedere ab hoc contractu sponsalium ex se dissolubili; certè autem non à matrimonio jam contracto de præsenti, quod ex se est indissolubile. *Omnes*, quos sciam. Adde aliqua specialiora.

II. Etiam vehemens suscipio morbi gallici causam dat dictæ dissolutionis sponso sano. Ita cum aliis docet Pontius *l.* 12. *c.* 17. *n.* 4. Addit Tambur. cit. §. 8. *num.* 4. idem esse de suspicione cujuscunque infirmitatis gravis incurabilis, ob paritatem rationis.

III. Oris gravis olentia, cui arte medica subveniri nequeat, meritò numeratur inter morbos valentes dissolvere sponsalia; quia illam in tam arcta

arcta conjunctione tolerare, nimis esset onerosum. Ita communis cum Sanchez *l.* 1. *disp.* 57. *num.* 2. approbante *Pontio cit.*

IV. Quidsi sponsa tempore sponsalium pulcherrima, deindè notabiliter deformis evadat: Etiam propter hanc mutationem sponsum posse licitè resilire, docent gravissimi DD. *Castro-Palao, Hurtadus*, eósq; sequens Tambur. *n.* 6. Ratio est; quia in materia matrimonii admodùm æstimatur apud homines pulchritudo.

II. In Bonis fortunarum.

I. SI sponsa dotem adferre nequeat, aut is, qui promisit, dare nolit, sponsum justè recedere posse, luce clarius est; est enim dotis promissio conditio, sub qua fiunt sponsalia: ergò ea deficiente, etiam sine culpa promittentis, cessat promissio, quamvis jurata: ait Tambur. cit. *num.* 8. 282

II. Huc spectat, si alterutera pars sit exhæreditanda, aut rationabiliter timeatur, alterum ex sponsis fore exhæreditandum, alter licitè resilire poterit. Ut cum aliis notat Pontius cit. *c.* 17. *num.* 8. Ratio est: quia alias is se immitteret in periculum sustinendæ paupertatis. Addit meritò Tambur. cit. *num.* 10. Propter paritatem rationis idem esse, si adsit similis rationabilis metus de futura paupertate fortè alteri ex quavis alia causa proventurâ.

III. Non tantùm si una tantùm pars gravissimam bonorum jacturam patiatur atq; in inopiam notabilem incidat, altera ob tantam mutationem

justè resilit: secundum omnes: sed etiam, si uterq; in paupertatem incidat, v. g. tempore belli, uterq; justè recederet à sponsalibus, quia tantò difficilius sustinere poterunt onera matrimonii, ut hîc dari non possit compensatio paupertatis unius cum paupertate alterius. Ita cum *Benacin.* & aliis *Tambur.* cit. *num.* 11. Etsi contradicant *Rebellus & Pontius*, l. c. sed minus probabiliter.

IV. Quid si alter ex sponsis ex inopinato valdè locuples fiat, delata v.g. ex improviso ingenti hæreditate: poteritne relictâ sponsâ jam impare quoad opes, aliam sibi opibus parem, melioisque dotatam procurare? Negant rotundè *Sanchez*, *Coninck*, alii, eósq; citans Castro-Palao *hic disp.* 1. *punct.* 28. *n.* 5. Ratio bona est; quia si sponsa tua deterior non est facta, iniquum est, eam suo jure privare. Concedunt tamen alii cum Hurtado *disp.* 2. *de matrimon. diff.* 25. Distinguit Perez *disp.* 9. *sect.* 11. licere, si non accepit illam ob speciositatem: non item, si præcipuè ob formæ præstantiam illam despondit. Inter has sententias interponat quis judicium me sapientior, ajo meritò cum Tambur. *num.* 15. & Gobat *num.* 340. Primam tamen urgerem, nisi (certè rationabilissimè) timerem malum matrimonii successum, & sponsam ab insolescente sponso ditiore malè tractandam. Quare consulerem sponsæ, dissolutioni non multùm repugnare, pro sine dubio liberaliori compensatione vel remuneratione.

IV.

IV. Prædictæ causæ latentes, postèà patefactæ.

ETiam quandò aliqua ex hactenus enu- 283
meratis causis, v. g. violata pudicitia in sponsa; magna sævitia, ebrietates in sponso, aut in alterutro morbus contagiosus vel incurabilis, grande æs alienum, paupertas, infamia, &c. jam reipsa extiterunt tempore sponsaliorum, sed latebant, aut invincibiliter ignorabantur ab altera parte contrahente, ita quidem, ut si non ignorata, sed cognita fuisset talis causa, nequaquam alter matrimonium spopondisset; eâ post a cognitâ, adhuc est jus dissolvendi sponsalia etiam jurata. Communissima DD. quos congerunt & sequuntur Sanchez *l.* 1. *disp.* 63. Coninck *disp.* 23. *dub.* 8. Laxman. *c.* 2. *num.* 19. Tambur. cit. §. 9. *num.* 1. & latè Gobat *cas.* 8. *à num.* 295. Ratio est; quia, cum sponsaliorum tempore defectus non apparebat, perindè erat, ac si non esset (& ideò, quia ignorantia illa erat solùm circa qualitates personæ, sponsalia tunc erant valida, ut jam suprà §. 9.) cùm verò postèà apparere incipit defectus talis, perinde est, acsi de novo adveniat, & existat; nam, sicut paria censentur: non esse, & non apparere (in moralibus, non physicis) *Arg. L. Fundi ff. de contrah. empt.* ita etiam idem erit; aliquid supervenire, & præcedere, sed anteà ignorari. Ut inter alios observat Lessius *l.* 2. *de justitia c.* 42. *dub.* 1.

284 II. Addidi, & in præcedentibus semper supposui extensionem ad sponsalia *etiam jurata*; nam, ut toties inculcatum, juramentum additum promissioni sequitur ejus naturam & conditiones: & licèt augeat obligationem intensivè, additâ novâ obligatione ex virtute Religionis; non tamen (ut simplices imaginantur) augeat extensivè, neque obligationem extendit ad ullos alios casus vel circumstantias, nisi ad quas se extenderet ipsa promissio nuda & nullo juramento vestita, quod valdè notandum. Quarè, si sponsus v. g. dicat: fateor quidem me sanctè, etiam sub juramento promisisse matrimonium huic Bertæ, sed nequaquam putabam, adeo esse inopem, ut nunc deprehendo: si autem id habuissem compertum, nemo me adduxisset ad dandam ei fidem matrimonialem. Quando, inquam, sponsus ita loquitur syncerè, non tenetur in conscientia ducere Bertam: ut apertè deducitur ex regula tradita, & communi DD. consensu. In foro autem & judicio externo tenebitur hujus suæ mentis indicia vel testimonia adferre, ut judex consideratis circumstantiis prudentet credere possit & debeat. Ut in simili notavi superiùs quoad causas de novo advenientes.

285 III. Excipiendum autem per omnem modum: nisi post talem causam aut supervenientem, aut de novo cognitam, sponsalia antea valida, ratificaveris, aut expressis verbis, aut ipso facto, & præsertim copula carnali. Quarè, si sponsus v. g. cognitâ causâ recedendi à sponsalibus

libus, nihilominùs sponsam carnaliter cognoscat, censebitur tacitè renuntiare juri suo, atque sponsalia ratificare: quandoquidem etiam sponsa non, nisi sub tali conditione, in copulam consentire censenda est; ideóque non audiendus sponsus si posteà resilire velit; nisi fortè accessisset animo fornicario & expresso, non ratificandi sponsalia; tunc enim contra Sanchez *l.* 1. *disp.* 66. *num.* 3. rectiùs docet *Hurtadus* cum Tambur. cit. §. 9. *num.* 4 in foro conscientiæ non ratificare, nec cedere juri suo: & sic adhuc dissolvere posse sponsalia, nisi aliàs ratione damni illati ad illa ratificanda teneretur.

IV. Jam restat quæstio difficilis & maximè 286
practica. Utrùm sponsus vel sponsa laborans aliquo defectu occulto, qui cognitus averteret compartem à sponsalibus & matrimonio contrahendis, possit, eo tacito, contrahere: atque post contractum sponsalitium etiam compellere ignorantem, ut stet fide data ad matrimonium contrahendum? R. cum necessariis distinctionibus. 1. Quando defectus repugnat substantiæ matrimonii, aut continet impedimentum dirimens, quantumvis etiam probrosum vel diffamatorium, utique aut est manifestandus, aut à contractu abstinendum: nimis certum apud omnes. 2. Etiam manifestandus est defectus, (aut à matrimonio abstinendum) qui noxius futurus est alteri parti: & generaliter: qui matrimonium redditurus est notabiliter difficilius.

Sic

Sic (contra Sanchez *l.* 1. *disp.* 86. *Hurtad. De-castil. Escob.* alios non paucos) veriùs docent *Turrianus*, *Coninck*, *Pontius* aliisque citatis Perez *disp.* 11. *sect.* 11. Castro-Palaus *disp.* 30. *punct.* 30. *num.* 5. Gobat *cas.* 9. *num.* 367. Ratio est; quia contra justitiam delinquit, qui merecem aut inutilem aut verè noxiam vendit ignoranti hæc vitia: juxta dicta suo loco. Idem est in proposito.

Deindè defectus isti, si non manifestentur, & posteà appareant, ut fieri solet, sponsalia quidem justè dissolventur cum majori confusione: matrimonium verò ipsum contractum malis sortietur exitus, qui meritò parti dolosæ imputabuntur. Exempla ponunt morbum, lepram, morbum gallicum vel alium contagiosum, mores perditos sine animo emendandi, infamiam ex genere, vel ex delicto, & certò etiam, si sponsa vel fœmina jam sit imprægnata ab alio; quid enim magis nocivum posset esse matrimonio futuro? 4. Non autem est obligatio manifestandi seu ante, seu post sponsalia defectus non ita noxios, nec facientes matrimonium notabiliter difficilius; etsi reddunt minùs commodum vel minùs appetibile: cujusmodi sunt: fornicatio etiam sponsæ antecedens vel subsequens sponsalia; deformitas, ignotabilitas, paupertas, infamia, &c. cùm tamen contrarium ab omnibus credatur. Sic DD. cit. omnes. *Ratio est*; quia recepto communi usu, etiam in contractu emptionis, non consuevêre aperiri levio-

res

res defectus mercis, & debet sibi imputare altera pars, quod non instituerit accuratiorem inquisitionem. 4. Sponsus vel sponsa laborans simili defectu non noxio, modò specificato, potest, per se loquendo, alteram partem ignaram compellere ad standum data fide, nuptiasque contrahendas. Omnes supra citati utriusque sententiæ. *Ratio est*; quia si pars vitiosa contraxit sponsalia sine ullo peccato injustitiæ in sponsum: ergò acquisivit jus ad matrimonium: ergò jure coget sponsum, ut servet fidem.

SECTIO II.

De Matrimonio Legitimo, ut contractus est ac consensus de præsenti.

SUMMARIAUM.

288. *Matrimonium propriè sumitur pro contractu, & pro vinculo.*
289. *Quid utroque modò?*
290. *Ad matrimonium ut contractus est, requiritur I. consensus mutuus obligatorius.*
291. *Qualis sufficiat, ut valide? &*
295. *Qualis ut licite contrahant?*
299. *II. Verus, serius, voluntarius, & liber, ac*
300. *Absolutus, & proprius contrahentium tantùm.*
301. *Quem nemo.* 302. *Nisi DEUS supplere potest.*
305. *IV. Externus per verba, vel signa de præsenti expressus.*
306. *An necessariò per verba?*
308. *Quibus verbis, vel signis?*
309. *Quo ordine?* 310. *Qua simultate? usque ad n.* 315.
316. *Quandò subest impedimentum dirimens contrahens latens, matrimonium nullum est.*
317. *Valet verò quando solùm dubitatur tale subesse, revera tamen non subest.*

318. *Quando autem certò putant subesse, esto non subsit probabilius nullum est.*

320 *Matrimonium etiam contrahi potest inter absentes per epistolam.*

321. *Vel per procuratorem. Qualiter ? usque ad n. 326.*

287 I. IN Matrimonio quatuor consideranda occurrunt: 1. Est contractus actualis, quo personæ legitimæ consentiunt, seque obligant ad mutuam traditionem corporum in ordine ad prolem generandam: qua ratione dicitur matrimonium legitimum: & de hoc modò nobis sermo. 2. Est ratio Sacramenti ex divina institutione huic contractui superaddita, eúmque elevans ad conferendam gratiam sanctificantem, & dignè significandam conjunctionem Christi cum Ecclesia, & verbi Divini cum Natura humana: qua ratione dicitur matrimonium ratum: & de hoc agemus seorsim *sect. 4.* 3. Est status permanens ac vinculum perpetuum post illam actualem ac transeuntem contractum legitimum & inter fideles etiam ratum remanens cum consequentibus obligationibus, servandi fidem, reddendi debitum, cohabitandi, prolem educandi, &c. quæ dicuntur bona matrimonii. 4. Est ipsa copula maritalis, à qua tandem dicitur matrimonium consummatum, & unde quoque indissolubile quoad vinculum evadit: ut amplius patebit suo loco. Et hinc

288 II. Matrimonium propriè loquendo, etiam in sacris Conciliis, accipitur duobus modis: 1. Pro contractu: 2. Pro vinculo seu statu permanente.

manente. Sic enim Trident. *Sess.* 24. *Can.* 1 definiens Matrimonium esse Sacramentum: utique loquitur de contractu matrimonii. Et in Concilio Florent. Eugenius IV. *in Decreto Fidei* dicens. Causa efficiens matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus. Quemadmodum & Sancti Patres ac DD. passim dicentes: Matrimonium esse ex se indissolubile, esse perpetuum, esse effectum mutui consensûs, &c. intelligitur de vinculo: Quo etiã sensu matrimoniũ dicitur propriissimè *Conjugium*; eò quòd vir & mulier communi ac perpetuo jugo subdantur. Hinc ergò sunt tã diversæ matrimonii definitiones. Unam initio Tractatûs attulimus ex Marchant, utrinq; & contractum, Sacramentũ, & vinculum benè explicantem, sed longiusculum. Tu rogatus, quid sit, seu in quo consistat matrimonium, ut sapere te quoq; ostendas, ne respondeas sine distinctione, & dic, ut sequitur ex Scoto *in* 4. *d.* 24. communiter recepto.

III. Matrimonium ut contractus, *est maris* 289
ac fœminæ mutua translatio corporum pro usu perpetuo ad procreandam prolem debitè educandam. Matrimonium ut vinculum seu status, *est vinculum indissolubile inter marem & fœminam ex mutua translatione potestatis corporum suorum in se invicem facta ad procreandam prolem, debitè educandam.* Sic Scotus. Brevius: *Est maris & fœminæ conjunctio individuam vitæ societatem retinens.* De hoc vinculo nihil specialiter dicendum occurrit, præter dicenda de matrimonii

monii indissolubilitate. *Sect. sequent.* Meni tamen quæres: Quidnam sit, seu in quo consistat illud vinculum seu perpetua conjunctio ℣. Re ipsa nihil aliud esse, quàm meram denominationem extrinsecam ex præterito contractu desumptam, vi cujus contrahentes manent inter se colligati cum quodam dominio & subjectione ad invicem. Ut contra alios laboriosè, sed frustrà multiplicantes entia, rectè docent DD. communius, inter quos Tambur. *hic tract. 4. c. 1. in fine.* & noster Herincx *disp. 2. quæst. 1.* Jam ergò videndum, qualis requiratur, & esse debeat consensus requisitus ad hoc matrimonium legitimum, ut contractus est.

ASSERTIO I.

AD matrimonium legitimũ requiritur consensus mutuus obligatorius tradendi & acceptandi invicem corpora in ordine ad generandum prolem, verus & serius, voluntarius, liber & absolutus, proprius contrahentium tantùm, externus per verba vel signa de præsenti expressa inter personas habiles, non necessariò præsentes, sed satis per Procuratorem vel epistolam. Est tota certa, & patebit explicatione.

§. I.

Consensus mutuus obligatorius.

290 QUô nimirum vir & fœmina liberè consentiunt tradere & acceptare sibi invicem jus in suum corpus in ordine ad generationem prolis uterque se obligando ad fidem servandam, ut

ut scilicèt alteri petenti tantùm, & nulli alii corporis usus concedatur, idque in perpetuum durante vita amborum. Prout emphaticè explicat Apostolus 1. *Corinth. 7. Uxori vir debitum reddat, similiter autem & uxor viro*: rationem dans: *Mulier sui corporis potestatem non habet sed vir; Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.* Est ergo matrimonium contractus maximè onerosus constans mutuo consensu obligatorio invicem tradendo & acceptando jus & obligationem sui corporis, quo nimirùm & vir tradendo jus sui corporis se obligat mulieri ad eum usum, eóque ipso ejus reciprocam traditionem & obligationem acceptare volens: & fœmina vicissim tradendo jus sui corporis se obligat viro, eoque ipso acceptat traditionem & obligationem sibi factam; quamvis enim singuli sponsi non plus dicant, quàm v. g. *accipio te in meam uxorem*: *accipio te in meum maritum*; attamen eo ipso uterque, dum ejusmodi verba proferunt, significant etiam, se acceptare alterius traditionem & consensum, vel jam præstitum à sponso more solito prius loquente, vel jam jam præstandum à sponso posterius loquente. Jam ergo ulterius, & merito explicandum, circa quæ objecta versari debeat consensus & intentio contrahentium ad hoc, ut validè & licitè contrahant.

Ut validè contrahant,

SUfficit sine dubio consensus implicitus & 291
generalis contrahendi matrimonium more

aliorum

aliorum fidelium : seu velle contrahere eo modo, quo alii fideles contrahunt, quo Ecclesia ordinavit, quo DEUS, vel Christus instituit, &c etiamsi contrahens de obligationibus essentialibus matrimonii in particulari nihil cogitet, neque expressè se ad tale aliquid obligare intendat, dummodò etiam nullam talem obligationem positivè excludat. Certum apud omnes ex communi doctrina in aliis Sacramentis & contractibus.

292 II. Sufficientissimus etiam est consensus explicitus in obligationem aliquam etiam unam, essentialem, utpotè in prædictam traditionem corporum, in aliquod ex tribus bonis matrimonii, fidei, prolis, Sacramenti, utpotè ad servandam fidem conjugi, debitum reddendum ad generandam prolem, ad perpetuam vitæ societatem : etiam unam, inquam, etsi de reliquis obligationibus nihil cogitet, positivè tamen eam nullam excludat; eo ipso etiam adhuc implicitè vult & intendit etiam reliquas obligationes & bona matrimonii, adeóque adhuc totam substantiam matrimonii ponit. Communis DD. cum Sanchez *l.* 2. *disp.* 29.

293 III. Validum manet matrimonium, si contrahens consentiat in prædictas matrimonii obligationes omnes, vel aliquam modo prædicto, velut in actu primo etiamsi positivè excluderet actum secundum, & executionem ejusmodi obligationis, v. g. fidem aliquandò non servandi, debitum non reddendi, prolem non generandi

randi. *Communissima.* Ratio est; quia de essentia matrimonii tantùm est traditio corporum & ipsæ prædictæ obligationes in actu primo, non autem ipsa executio seu impletio, ac actus secundus earum obligationum est de essentia. Ut in simili dictum suprà de sponsalibus. Quemadmodùm ergò vero & valido voto potes te obligate ad servandam castitatem, etsi animum (certè sceleſtum) habeas, eam obligationem quandoque non observandi: sic validè contrahis matrimonium, si consentias & intendas ejusmodi obligationes subire ad servandam fidem, prolem generandam; quia jam ponis totam substantiam matrimonii, etsi similem sceleſtum animum habeas non observandi, fidem subinde violandi; Quin ipsam copulam actualem certis conditionibus etiam licitè excludere posses. Exemplo Beatissimæ Virginis Mariæ. Sed de hoc necessariò iterùm in Subsectione de matrimonio conditionato.

IV. Quòd si verò ejusmodi obligationem 294
ipsam, omnem, aut unicam excluderes, v. g. solam statûs perpetuitatem, aut solam fidem servandam; jam invalidè contrahes matrimonium; quia omnem aut quamlibet istarum obligationum excludendo non ponis, sed tollis & destruis totam substantiam matrimonii, juxtà notum illud D. Dionysii: *Bonum est ex integra causa, malum ex quolibet defectu.* Vide latiùs Sanchez cit. Perez *disp.* 13. *Sect.* 5. Tambur. *tract.* 4. *c.* 2. §. 3.

Ut

Ut licitè contrahant.

295 I. SUfficit similiter, ut consentias & intendas explicitè vel implicitè finem aliquem matrimonio proprium & intrinsecum, etiam unicum, cæteros non excludendo positivè: aut primarium, uti est proles generanda, fides servanda, perpetua societas: aut secundarium, uti est remedium concupiscentiæ, habere conjunctionem ac communionem auxiliorum, consiliorum, &c. Ratio est; quia sic semper te conformas institutioni matrimonii: nec est: unde culpa oriri possit.

296 II. Hos fines essentiales ac proprios matrimonium principaliter ob alium finem extrinsecum, v. g. ad obtinendas divitias, ob solam libidinem explendam, &c. omnium consensu mortale est; quia redderet matrimonium nullum. Ut ex modo dictis patet.

297 III. Retento autem saltem implicitè, seu positivè non excluso fine proprio matrimonii, contrahens matrimonium ob fines extraneos & in institutione matrimonii non inclusos, utpote obtinendi divitias, voluptates, bonum nomen, honestam familiam, & similia, ex communi quidem sententia, peccat attamen non mortaliter. Sanchez *l.* 2. *disp.* 29. Layman. *tract.* 10. *part.* 4. *c.* 2. Tambur. cit. §. 3. *n.* 11. alii apud ipsos. Ratio est; quia licèt non sit magna deordinatio, cùm implicitè remaneant fines debiti, aliqua tamen adest deordinatio, cùm explicitè intendi-

tur

tur finis extrinsecus & alienus à finibus, ob quos institutum est matrimonium.

IV. Attamen certè probabilis est etiam sen- 298
tentia excludens omne, etiam veniale peccatum. Ita cum aliis Coninck. *disp.* 25. *dub.* 2. Castro-Palao *disp.* 2. *De sponsal. punct.* 10. Pontius. l. 1. *c.* 21. *n.* 13. & probabilem judicat ipse Tambur. *num.* 13. Ratio est; Vel enim hi externi fines ex se honesti sunt, & bonitatem moralem habent, ut esset pax Reipublicæ, concordia consanguineorum, familiæ nobilis conservatio, fornicatio vitanda, &c. Aut sunt ex se indifferentes, qualis est finis divitiarum, honoris, voluptatis non peccaminosæ: utrobique nulla apparet culpa; quæ enim culpa est, honesto medio, quale est matrimonium, velle acquirere illud, quod ex se vel honestum itidem est, vel saltem indifferens & minimè inhonestum? Certè culpæ non condemnabis Sacerdotem, qui, alioquin non celebraturus, celebrat hodie Sacrum, quia stipendium bonum offertur, illius lucri capiendi gratiâ, modò remaneat & non excludatur intentio principalis sacrificandi in honorem DEI, quam semper remanere supponimus. Ita ergò est in casu nostro. Vides quàm probabiliter. Sed de hoc rursùs in simili *c. sequent. Cùm de fine debito ipsius copulæ conjugalis.*

§. II.

Verus & ſerius, voluntarius ac liber, remiſſivè.

299. VErus & ſerius, ſeclusâ ſcilicèt fictione; eadem prorsùs ratione, qua Sectione præcedenti dictum de promiſſione ſeria & ficta ſponſalium. In ſpecie autem qualiter peccet, & ad quid obligetur ficte contrahens matrimonium, dicetur *c. ſequent. cùm de peccatis conjugum in contractu matrimonii.*

II. Voluntarius, cùm plena ſcilicèt deliberatione; & rationis advertentia: eâdem ſimiliter per omnia ratione, qua ſuprà de ſponſalibus.

III Ac liber: Imprimis ab omni errore; deceptione, dolo: juxtà ſatis dicta de impedimento *Erroris.*

IV. Liber, etiam à metu & coactione: juxta dicta de impedimento *Vis.*

§. III.

Abſolutus & proprius contrahentium tantùm.

300. COnſenſus, ut actuale matrimonium conſtituat, neceſſariò debet eſſe abſolutus & independens à conditione in futurùm. Ut proindè malè aliqui non diſtinguant inter matrimonium conditionatum, & conſenſum conditionatum: nam (ut optimè explicat Sanchez *l. 1. diſp. 1. num. 5.*) conſenſus quidem in matrimonium poteſt eſſe conditionatus; matrimonium verò nequaquàm; quia nimirùm, quandò con-

consensus de præsenti conditionatus est pendens à conditione in futurum, nullum adhuc est matrimonium; sed potiùs rationem sponsalium obtinet; at postea quandò posità & purificatâ conditione consensus priùs conditionatus transit in absolutum, jam primùm fit matrimonium. Vides ergò, quomodò matrimonium nunquàm sit, nisi absolutum, quanquàm DD. passim & nos subindè utamur hac voce: *Matrimonium conditionatum*: intelligentes nimirùm, matrimonium nondum perfectum. De consensu autem conditionato matrimonii ob plures tricas necessariò agam seorsim in Subsectione.

II. Certum est ad matrimonium requiri, ut 301
validum sit, consensum proprium ipsorum contrahentium; ut suppleri non possit ullâ potestate, nisi divina; adeò ut neque supremus Princeps sæcularis vel Ecclesiasticus possit alicui dare jus utendi corpore alterius ad prolem generandam sine proprio utentium consensu; sed ad summum in certo casu per mandatum aliquos ugere potest ad matrimonium contrahendum, & consequenter ad præbendum consensum proprium, quo deficiente, re ipsa nihil fiet, etsi verba adsint, & millies repetantur. Communissima DD. Sanchez *l.* 2. *disp.* 26. & bene Herincx *disp.* 3. *Sect.* 1. *num.* 1. Ratio est; quia soli contrahentes habent potestatem suorum corporum ad tradendum eorum dominium ac potestatem in usum conjugalem: Neque ex ullo capite constat, Reipublicæ, aut Prin-

cipi concessam esse hanc potestatem independenter à consensu contrahentium: Neque id expediebat bono communi; nam perpetua vitæ societas, mutua conjugum charitas, indissolubilitas, aliáve matrimonii onera omninò exigunt, ut nemini imponantur, nisi consentienti.

302 III Dixi: *Nisi divinâ*: nam Deus supremus Dominus omnium corporum & bonorum ac jurium posset duobus tradere dominium & potestatem mutuam in corpora ad usum conjugalem (Et fortè sic egit Oseæ 1.) juxta communissimam DD. cum *Sanchez* l. c. Atque adeò posset DEUS per se inducere verum vinculum matrimonii seu matrimonium verum quoad vinculum; quandoquidem illud vinculum nihil aliud sit; quam perpetua obligatio conjugum inter se consequens ex traditione potestatis mutuæ in corpora: undecunque oriatur illa traditio & potestas, sive ex proprio contractu, sive ex alia causa. Ut contra *Sanchez* cit. & alios, cum aliis benè probat Herincx cit. *num.* 2. Nam etsi consensus conjugum sit de essentia matrimonii, in quantum est contractus, qui in ipso mutuo consensu formaliter consistit, non tamen est de essentia matrimonii quoad vinculum, seu ipsum vinculi matrimonialis; sed est causa efficiens illius, quam proindè supplendo potest Deus per se inducere illud vinculum matrimonii, etsi non possit per se facere, ut sit contractus matrimonii absque proprio consensu, cùm hoc manifestam involvat contradictionem, illud verò minimè

Sed

Sed satis datum inutili speculationi, cùm controversia possit esse de modo loquendi.

IV. Solus tandem consensus contrahentium 303
seu conjugum tantùm requiritur, & sufficit, & non requiritur ullus consensus aliorum, etiam parentum. Certum de fide, contra Lutherum & varios hæreticos, apud Bellarmin. *l.* 1. *de matrimon. c.* 19. Constat ex *c. sufficiat* 27. *quæst.* 2. Ubi Nicolaus Papa ait: *sufficiat secundùm leges solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur, qui consensus, si in nuptiis solus fortè defuerit, cætera omnia, etiam cum coitu, celebrata frustrantur.* Et Concil. Trident. *sess.* 24. *c.* 1. *de reformat. matrimon.* anathemate ferit eos, qui falsò affirmant, matrimonia à filiis-familias sine consensu parentum contracta irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse, Rationem jam dedi per occasionem suprà in particulari de sponsalibus §. 1. N. IV. Ubi etiam dixi: an & qualiter peccent filii-familias inscîis vel invitis parentibus sponsalia, vel matrimonium contrahentes. Dices cum hæreticis. Nónne *c.* 304
aliter 30. *quæst.* 5. dicit Evaristus Papa? *Aliter legitimum non sit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam fœminam potestatem habere videntur, & à quibus custodiatur, uxor petatur, & à parentibus & propinquis sponsetur.* R. Sine dubio non intelligi de matrimonio legitimo quoad essentiam & valorem; cùm eodem tenore subdat Papa: *& suo tempore Sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus & oblationibus benedicatur:*

& biduo vel triduo orationibus vacant: aliásque conditiones addit, ut ſtultum ſit credere (certè nunquam credent hæretici) ſine iis conjugium eſſe irritum; intelligit ergò matrimonium legitimum ſecundùm legales cæremonias & ſolennitates tunc in more poſitas, de quibus & aliis videre potes latè Bellarminum *cit. c.* 20.

§. IV.

Externus per verba vel ſigna de præſenti expreſſus.

305 AD validum matrimonium, tum ut contractus humanus, tum maximè ut Sacramentum eſt, utique neceſſariò requiritur conſenſus non tantùm internus, ſed etiam externus per verba vel ſigna ſufficienter expreſſus: cum & contractus humanus mutuæ traditionis & acceptationis neceſſariò requirat manifeſtationem externam, ut nimis clarum eſt, & ſuprà de ſponſalibus probatum: & Sacramentum huic contractui ex inſtitutione divina ſuperadditum eſſentialiter debeat eſſe ſignum ſenſibile; hujus autem Sacramentum pars eſſentialis eſt expreſſio mutui conſenſûs, traditionis, & acceptationis corporum. Ut proindè Sanchez *l.* 2. *diſp.* 30. & Tambur. *tract.* 4. *c.* 3. *num.* 1. cum aliis meritò cenſeant, ſine utriusque conſenſu externo non poſſe conſiſtere matrimonium etiamſi DEUS utriusque conſenſum internum utrique revelaret. Eóque ſenſu neceſſariò intelligendi ſunt ſacri

cri Canones, quandò de solo consensu loquuntur: ut *c. cum locum. de sponsal. & matrimon.* Dicitur: matrimonium contrahi solo consensu: subintellige, expresso per signa. Ut patet ex contextu. Et alibi sæpiùs. Et specialiter *c. Tua Fraternitati, de sponsal.* dicitur: *Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris consensum: sed necessaria sunt quantum ad Ecclesiam, verba consensum exprimentia de præsenti.* Intellige, quòd Ecclesia requirat, ut consensus, qui alioquin etiam per nutus posset declarari non potest, exprimatur per verba, ut certiùs Ecclesiæ constet. Et hinc in particulari quæritur:

I. An necessario per verba?

306 QUantum ad valorem, certum est, non requiri verba, sed validè posse contrahi matrimonium per signa vel nutus, non tantùm à non valentibus loqui, de quibus expressè declarant Canones *c. cùm apud c. Tua. de sponsal,* Sed etiam à loqui valentibus. Ut cum sexcentis AA. allegatis latè probat Sanchez cit. *l.* 2. ac alii passim: & apertè significat Concilium Florent. suprà cit. dicens: *Matrimonium regulariter effici per mutuum consensum per verba de præsenti.* Notas? *regulariter*: non ergò semper & necessariò. Ratio est; quia Christus hoc Sacramentum instituit per modum contractûs, seu potiùs contractui rationem Sacramenti addidit; at qualibet contractus signo impleri potest: ergò.

307 Quantùm ad licitum verò ex suprà cit. *c. Tu Fraternitati. de sponsal.* & usu Ecclesiæ non admittentis nutus in potente loqui, *Rodric. Petrus Ledesma*, *Sylvius*, eósque citans Averh. *hic quæst.* 3. colligunt obligationem sub mortali exprimendi consensum per verba in valentibus loqui. Sanchez cit. *disp.* 31. *num.* 10. in his cùs faciente culpam venialem agnoscit. Tandem per se loquendo (secluso scandalo aut periculo dubitandi de valore ex quo per accidens possit oriri obligatio & culpa gravis) nullam obligationem & culpam agnoscunt, Pontius *l.* 2. *c.* 7. *n.* 14. Castro-Palao. *disp.* 2. *de matrimon. punct.* 7. *num.* 5. Herincx *disp.* 3. *quæst.* 3. *num.* 1. Tambur. *c.* 3. *num.* 4. Sed Ecclesiæ consuetudinem observandam omnes monent.

II. Quibus verbis vel signis?

308 REgula sit: Illa verba requiruntur & sufficiunt, quæ certò & clarè in his circumstantiis significant, vel exprimunt consensum internum præsentem traditionis mutuæ corporum ad usum conjugalẽ. Plures formulas per occasionem dedi de sponsalib⁹ §. 4. plurimas habent *Sanchez*, *Perez.* alii: sed piget his imorari, cum hæc ætate in matrimoniis contrahendis in facie Ecclesiæ, seu coram Parocho & Testibus non tolerentur signa ambigna seu litibus obnoxia; quin in Ritualibus exprimuntur certæ verborum formulæ certò significantes consensum. Communis jam ubique receptus mos est, ut

Paro-

Parocho seu Sacerdote assistente ac interrogante ex sponso primùm : utrùm hanc præsentem N. velit liberè ex institutione Christi accipere in uxorem, deindè ex sponsa : an præsentem N. similiter liberè velit accipere in maritum? singulis ad quæstionem respondentibus : *ita Domine.* (Adeò ut forma hujus contractus & Sacramenti consistat in duobus verbulis : *ita Domine.*) Deindè subjungit Sacerdos *Matrimonium per vos contractum secundùm ordinem Sanctæ Matris Ecclesiæ, ego authoritate, quâ in hac parte fungor, ratifico, confirmo, & benedico in Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.*

III. Quo Ordine?

309 Similis jam in praxi supervacua quæstio est: quisnam sponsorum priùs interrogandus, ut prædictum consensum externum præbeat, vir, an mulier? certè *Covarruvias* censet, honestum esse, ut prius fœmina. *Sanchez.* cum aliis honestiùs censet, ut prius vir, qui est & erit caput mulieris; consentiente Rituali Romano; de cætero insinuans, observandam esse consuetudinem cujusque Ecclesiæ.

IV. Qua simultate?

310 I. CErtum est, non requiri necessariò simultatem physicam, seu ut simul statim in continenti uterque contrahens proferat consensum suum. Ut nimis clarum est, quandò contrahitur inter absentes per epistolam vel procu-

ratorem. Sed sufficit simultas moralis, ut unus proferat post alterum, quamdiu durat seu revocatus non est consensus prolatus prioris; cujus proindè intentio principaliter attendenda est. Communissima: ac pluribus congestis Sanchez *l. 2. disp. 22.* Meique omnes. Ratio est: quia nec ratio contractus, nec consequenter ratio Sacramenti contractui huic superaddita majorem simultatem exigit ullo jure veteri, vel novo: sed neque Concilium Tridentinum requirens praesentiam Parochi & testium quidquam innovat quoad simultatem: Nam & in aliis contractibus nonnullis jura requirunt praesentiam Notarii & testium, sed indè non infertur necessitatis simultanei consensûs contrahentium: adhibeatur ergò Parochus cum testibus, quandò altera pars consensum suum exprimet. Jam verò meritò urget Quantum possit intercedere tempus inter consensum prolatum unius & alterius, ut matrimonium validè contrahatur? Jam dixi; principaliter attendendam esse intentionem prioris contrahentis: & ideò

311 II. Quando matrimonium contrahitur inter praesentes, maximè jure novo in praesentia Parochi & testium, praesumitur prior consensisse sub conditione: Si & altera pars modò statim, consentiat; adeoque velle, ut altera pars statim, durante saltem hoc eodem congressu, consensum suum praebeat, quâ tunc non consentiente, non censebitur manere suspensus prior consensus, sed exspirasse, nisi is aliter exprimeret, & spatium diu-

diutius permitteret. Similiter & quando contrahitur inter absentes per Procuratorem vel epistolam, necessariò durabit consensus prioris: quantum tempus humano modo intercedere debet & solet, usque dum ad alium locum perveniat epistola vel Procurator, & comodè conveniri possit altera pars, ut cum debita solemnitate adjungat suum consensum: neq; præsumitur prior perseverare in consensu ultra ad longum tempus, aut intendisse, ut altera pars post habitam notitiam possit ultra ad annos usq; differre suum consensum; quarè & tunc post notabilem moram alterius partis censebitur consensus prioris exspirâsse, nisi similiter aliud expresserit, & se ulteriùs exspectare velle significaverit: quo casu nisi certum tempus assignasset, v.g. intra annum vel tot menses, nullum taxandum erit tempus, sed quocunque tempore posteà altera parte cum debita solemnitate consentiente, matrimonium validè contrahetur, consensu prioris nunquam revocato. Ita post *Navar.* & alios Hurtadus *hic disp.* 3. §. 8. Tambur. *c.* 3. *num.* 10. Herincx *disp.* 3. *c.* 3. *num.* 16.

III. Ratio dictorum est; quia ex una parte æ- 312
quum non est, quòd prior contrahens debeat exspectare alterius consensum ad quodcunque ei libitum tempus: ergò si alter non exprimat, censendus est velle, & alteram partem consentire, aut statim nunc præsentem, aut statim post notitiam & opportunitatem habitam, absentem: & non ulteriùs consensum suum extende-

re,

re. Ex altera autem parte matrimonium est Sacramentum additum contractui humano ac civili, qualis semper subsistit, si non revocato consensu ab altero alter quocunque tempore consentit: ergò si prior consentiens nullum tempus alteri ad consentiendum determinavit, neque ipse suum consensum interim revocavit, quocunque tempore alter posteà consentit, matrimonium subsistet, nec erit, unde certum tempus taxari debeat. Gratis ergò & divinatoriè taxant septennium *Sotus*, biennium *Henriqu.* annum *Ledesma*: Scrupulosè autem Sanchez cit. *disp.* 32. *num.* 7. relinquit prudentis arbitrio consideratis circumstantiis particularibus; cum sæpissimè timoratus dubitaret, an circumstantiæ benè & omnes expensæ essent. Ut benè notat Tambur. cit. *num.* 10. *in fine.*

313 IV. Dixi, & intellige semper: *quamdiu duraverit, seu non revocatus fuerit prioris consensus.* Censetur autem non durare, sed revocari consensus aut explicitè, ut, si positivè incipiat dissentire, & dicat, se ampliùs nolle: aut implicitè vel indirectè, ut, si interim per verba de præsenti contrahat cum alia, vel si transeat tempus præfixum, pro quo fortè consensit. Addit etiam Layman, Si altera parte nolente statim consentire, prior consentiens affirmet, se nunc consensum revocâsse, ipsi credendum esse; quia, ut dictum, nisi contrarium constet, præsumitur consensisse sub dicta conditione; Si & alter statim consensum præbeat.

Potest

Potest autem prior consentiens suum con- 314
sensum revocare semper quousque alterius partis consensum prolatum perceperit, postea nequaquam. Ratio est, quia quandò sponsus v. g. dixit sponsæ: *accipio te in meam uxorem*: necessariò subintellexit, simúlque significavit: se simul acceptare velle consensum, quem datura esset sponsa; neque enim matrimonium consistere potest sine tali acceptatione, ut ex dictis patet: ergò quamprimum sponsa suum consensum expressit, v.g. dicens: *Et ego te accipio in meum maritum*: vel interrogata à Parocho dicat: *Ita Domine*. jam purificata est conditio sub qua se obligavit, adeóque matrimonium simpliciter perfectum est: ergò frustrà dicet postea: revoco meum, vel non accepto tuum consensum. Prout lepidè alicubi contigisse narrat *Gobat cit.* Si tamen ponamus casum, quo verba sponsæ tam tardè venirent ad aures sponsi, ut antequam ea audiret, ipse diceret: renuo, vel non accepto tuum consensum; utique non valeret matrimonium; quia, ut dixi, sponsus potuit revocare priorem voluntatem tamdiu, quamdiù non manifestatur ipsi consensus sponsæ. Sed hæc sunt omninò extraordinaria & vix possibilia. Refert & meritò metaphysicum hunc casum vocat Cardinal. de Lugo *Respons. Moral. l. 1. dub. 42.*

§. V.

Inter personas habiles.

CErtæ personæ habiles ad validè & licitè 315
contrahendum matrimonium sunt mas & fœmi-

fœmina nullo dirimente vel impediente impedimento matrimonii obstricti juxta dicta *sect. 1. totâ:* Aut per dispensationem legitimam habilitati, de qua suo loco. Solùm hic quæri potest, & quidem utilissimè: An valeat matrimonium quandò ignoratur, dubitatur, vel falsò putatur adesse impedimentum dirimens? Do breves Resolutiunculas.

316 I. Certissimum est, quando revera subest impedimentum aliquod dirimens, quantumvis ignoratum ab uno, vel utroque contrahente, ignorantiâ etiam invincibili seu juris (v. g. quòd copulâ habitâ cum una inducat affinitatẽ & impedimentum contrahendi cum alia ejusdem consanguinea) Aut facti, ut, quòd conjux prior mortuus putatus, adhuc vivat, &c. matrimonium esse nullum. Communissima DD. cum Sanchez *l. 7. disp. 17.* Coninck. *dub. 27. num. 13.* Perez *disp. 39. sect. 4.* alii passim (excepto uno vel altero etiam quoad impedimentum criminis, pœnam sapiens, ut suo locô notatum) Ratio est; quia ignorantia, etsi excusat à peccato contra legem prohibentem tantùm, cùm nihil possit esse peccatum, nisi volitum, adeóque necessariò quoad malitiam seu prohibitionem præcognitum: minimè tamen tollit inhabilitatem ad agendum, ac nullitatem actûs per leges irritantes seu inhabilitantes inductam, cum etiâ ignorans possit fieri inhabilis ad contrahendum. Notum est ex materia de Legibus. Et hinc videmus quotidie dispensari cum iis, qui occulto labo-

laborantes impedimento ignari & bona fide contraxerunt : & post notitiam impedimenti, donec obtineant dispensationem, jubentur abstinere à copula maritali simpliciter, ut videbimus.

At quid si post dispensationem obtentam à confessario v. g. sed illis nondum communicatam, illi iterum consentiant ? validúmne erit matrimonium ? R. Cùm distinctione : manere invalidum, si absolutè consenserunt ; quia sic solùm ratificant consensum priorem, qui cum fuetit nullus, consequenter & ipsa ratificatio nulla erit. Validum autem evadet matrimonium, si consenserunt sub conditione : si dispensatio jam impetrata sit. Ut ex alibi dictis nosse debes.

II. Quandò reverà nullum subest impedimentum, contrahens, tamen uterque vel alteruter dubitat, vel suspicatur, an non inter ipsos sit impedimentum v. g. affinitatis, consanguinitatis ; sed posteà certò cognoverunt, nullum fuisse impedimentum ; certum videtur, matrimonium esse validum. Communis DD. cum Sanchez *l.* 2. *disp.* 33. Castro-Palao Hurtad. alii cum Tambur. *tract.* 24. *c.* 2. *num.* 2. Ratio est ; quia tales dubitantes vel suspicantes tantùm de impedimento contraxerunt, quasi sub conditione : si possumus, si sumus habiles ; at jam poterant, jam habiles erant : ergò jam absolutus, atque adeò efficax erat consensus. 317

III. Quandò contrahens uterque vel alter- 318

uter

uter omninò certò sibi persuadet, adesse impedimentum dirimens ejúsque vim agnoscit, cum tamen reverà nullum sit, matrimonium simpliciter erit nullum. Ita post alios Tambur. cit. c. 2. §. 2. *num.* 13. Herincx *disp. 6. quæst. 3. num.* 25. Ratio est; quia qui firmiter credit, laborare se impedimento dirimente, non potest absolutè & efficaciter consentire in matrimonium, nam impossibilium apprehensorum nulla esse potest efficacia voluntatis, seu efficax voluntas & : quod ut impossibile apprehenditur, non potest quis efficaciter velle: Nec talis consensus sub conditione: *Si fortè possum, si fortè sumbabilis : si fortè impedimentum non adest*, &c. Nam sic jam non firmiter putaret, adesse impedimentum, sed dubitaret solùm, adeóque essemus in causâ numeri præcedentis.

319 IV. Contrà tamen matrimonium valere, docet *Covarruvias*, alii cum *Sanchez cit.* probante variis rationibus solutis à *Tambur. cit.* Et sapienter advertit noster *Herincx cit.* Posse fieri, ut falsò putantes se esse consanguineos v. g. simul tamen suspiceutur, fortè non esse in tam arcto gradu, qui matrimonium dirimat: aut falsò pro certo putantes, priorem conjugem adhuc vivere, simul cogitent, posse esse; quòd jam obierit: aut certè ipsi vim impedimenti dirimentis non benè penetrent &c. tales poterunt habere intentionem sufficientem contrahendi validum matrimonium, scilicèt: conditionatam vel restrictam: *Si possum, in quantum possum, si nihil obstet*

obstet, si nullum adsit impedimentum, aut faciendi, quidquid possum, &c. Et sic, si non adsit impedimentum, validum erit matrimonium; attamen adhuc | mortaliter illicitum propter conscientiam practicè dubiam in materia gravis peccati.

§. IV.

Non necessariò præsentes: Sed satis per epistolam.

CErtum est apud omnes, sicut cæteros con- 320
tractus civiles, ita etiam matrimonii sacramentalem contractum posse celebrari inter absentes per epistolam. Habetur expressè in jure civili, *L. mulierem ff. De ritu nuptiarum. & L. sufficit. ff. De sponsal.* Praxin, servatâ formâ Tridentini, describit Castro - Palaus *hic disp. 2. punct. 9.* his verbis: *Debet traditio & acceptatio utriusque contrahentis coram eodem Parocho & testibus fieri, aliàs non possent testari de matrimonio; id vero fit, si scribas Maria: Te ipsum ei in maritum tradere, eámque in uxorem ex tunc accipere: ipsaque acceptas litteras legens coram Parocho & testibus affirmet, se etiam tibi tradere & traditionem à te factam acceptare. Ent ibi mutua traditio & acceptatio utriusque contrahentis fit coram Parocho & testibus; existimo tamen, necessarium esse, quòd Parochus & testes agnoscant tuas litteras, ut sciant, cujus traditionem mulier acceptet: ut notavit Coninck.* Sic Castro Palaus. Ais: qui sic per epistolam (idémque qui per procuratorem) contrahit ma-

trimonium, ignorat an alter sit benè dispositus ad Sacramentum, ejusque effectum suscipiendum ergò exponit se periculo cooperandi cum peccato alterius, si fortè sit in statu peccati. R. Negando consequentiam; Cùm enim quilibet sit existimandus bonus, nisi contrarium constet, poterit alius morali certitudine præsumere, alium esse benè dispositum.

Vel per Procuratorem.

321 CErtum quoque est & magis usitatum, maximè inter Principes & Magnates matrimonium validè & licitè contrahi per procuratorem: estque expressum in jure Canonico c. *Finali de Procuratoribus*. Et latissimè tractant Sanchez *l.* 2. *disp.* 12. Martinus Perez. *De matrimon. disp.* 15. *sect.* 7. Dicastil. *disp.* 2. *dub.* 15. alii, ex quibus summatiè curiosulè accipe sequentia.

322 I. Substantia contractûs & Sacramenti matrimonii per Procuratorem initi consistit in duplici actu, & Principalis, & Procuratoris. Primus est actus Principalis constituentis procuratorem ac mandantis ipsi, suo nomine contrahere matrimonium cum tali certa personâ aut etiâ generaliter consentientis in illam personam, quam Procurator electurus est; quia sic adhuc est ad certam personam. Ut ex *Contract. Aversa* & communi notat Tambur. cit. *c.* 4. §. 2. *num.* 2. Secundus est actus Procuratoris exquentis ac consensum Principalis ejus nomine exprimentis coram Paocho & testibus, quo-

ministerium est essentialiter perfectivum contractûs, adeò, ut tunc consensus conjugalis integretur partim ex mandato Principalis, partim ex ministerio Procuratoris; non tamen ideò Procurator est minister Sacramenti (quare neque ad hoc debet esse in statu gratiæ, imò neque requiritur sexûs diversitas, quin possit fœmina nomine viri contrahere cum fœmina. Ut notant *Sanchez, Coninck* citati) quia non agit nomine suo, sed nomine Principalis mandantis, quin principaliter mediante Procuratore profert & adhibet consensum, ideóque ejus simpliciter censetur esse actus; juxta notam regulam: *Quod quis per alium facit, per se facere censetur.* Quare etiam in hoc tantùm actu executivo Procuratoris, juxta formam Tridentini, debet adhiberi præsentia Parochi & testium, non verò, quandò datur mandatum Procuratori: juxta communem & veram sententiam *Sanchez, Coninck, Castro-Palai, l. c.* Ratio est; quia Tridentinum requirit præsentiam Parochi & testium, quando contrahitur matrimonium, ut ut illi testari possit de jam contracto nihil vero disponit de mandato ad contrahendum: atqui matrimonium contrahitur, quandò Procurator nomine alterius præbet consensum, suscipitque consensum alterius: non verò quandò constituitur Procurator ad illud. Addunt *Sanchez* & ex eo *Tamb. ett.* Parochum & testes non obligari ad videndum litteras mandati; ipsi enim solùm testes esse debent de ipso consensu matrimonii facto à Procuratore, qui

sit defacto legitimus, non verò ut legitimus cognitus ab ipsis.

323 II. Forma contrahendi per Procuratorem talis præscribitur à Dicastillo *hic num.* 146. Ego nomine talis N. contraho tecum matrimonium; aut: nomine Petri accipio te uxorem; aut: Petrus per me accipit te in uxorem, vel contrahit tecum matrimonium. Respondebit fœmina & ego tecum tanquam Procuratore Petri matrimonium contraho; vel: per te tanquàm Procuratorem contraho matrimonium cum Petro: accipio Petrum in maritum, &c. (idem omninò est in opposito casu, si fœmina per Procuratorem contrahit matrimonium cum viro.) Et en tibi jam matrimonium perfectum & ratum. Sed neque omninò ridendus videtur bonus ille vir, qui in solemni convivio coram aliis sanctam ejus innocentiam ridentibus dixit: Principem suum per Procuratorem matrimonium consummare. Nam in Germania matrimonio rato per Procuratorem celebrato additur cæremonia utilis ad aliqua jura, aliquo modo adumbrans consummationem matrimonii: ut videlicèt præsentibus aliis decumbant in uno lecto novâ nupta & Procurator, illa integrè vestita, ille non modò vestitus, sed etiam toto corpore cataphractus, quæ nimirùm cæremoniâ significare videntur, adesse firmum velle esse matrimonium contractum ad certa jura, acsi defacto jam esset consummatum.

324 III. Principalis ergò contrahens post initum datum

datum datum Procuratori contrahendi cum aliqua (vel aliquo) necessariò debet perseverare in suo consensu usque ad executionem mandati, ad hoc ut matrimonium contrahatur ; nam si interea, antequam Procurator officium impleat, is consensum suum revocet, sive expresè sive implicitè v. g. contrahendo cum alia per se vel per alium Procuratorem constitutum ; & nihilominùs Procurator hujus revocationis inscius (multò magis conscius) nomine ejus contrahat , matrimonium erit nullum ; quia essentiale contractui matrimonii est, adesse consensum utriusque ; nunc autem jam unus consensus deficit. Nec refert, quòd alii contractus politici validè fiant per Procuratorem vel mandatarium revocatum , quandò revocatio nec Procuratori, nec parti alteri innotuit. Juxta *L. si mandatum ff. mandati.* Et alibi. Nam Respublica vel Ecclesia supplere possunt consensum contrahentium circa res temporales & politicas ; unde pro quiete & bono publico supplent in dicto casu : at verò circa matrimonium supplere consensum nequeunt , cùm consensus proprius conjugis sit de essentia matrimonii, sine quo per nullam authoritatem matrimonium consistere potest. Ut paulò suprà audivisti. Notat tamen *Castro-Palaus* cum Tambur. cit. *num.* 8. si post consensum datum Procuratori, dissentias quidem , sed deindè iterum , priusquam Procurator nomine tuo contrahat, consentias, validum foret matrimonium ; quia tunc in

contractu jam adest consensus. At, quid si constituisti Procuratorem fictè & non vero animo: sed posteà eo tempore, quo Procurator nomine tuo contrahit, verùm consensum habeas: validúmne tunc fiet tuum matrimonium? Validum pronuntiat Sanchez cit. *disp.* 11. *num.* 13. quia jam adest consensus requisitus. Sed rectius validum negat Coninck *disp.* 24. *dub.* 9. *num.* 72. Ratio urgens est; quia cum prima constitutio Procuratoris fuerit nulla ex defectu tui consensûs, is non potuit matrimonium contrahere, ut verus Procurator tuus & tuo nomine: ergò nulliter contraxit. Ergò parùm juvat, quòd posteà longè distans consenseris; oportebat enim de novo Procuratorem legitimè constituere ad tuum consensum exprimendum.

325. IV. Principalis contrahens, cùm ipse sit minister, & suscipiens Sacramentum hoc, debet esse in statu gratiæ, non quidem necessariò eo tempore, quo Procuratorem constituit, vel epistolam scribit, sed eo, quo verosimile est fore, ut Procurator nomine ipsius contrahat, quove epistola legatur. Procurator autem ipse non peccat, si, dum contrahit matrimonium, est in statu peccati mortalis; quia nec recipit in se Sacramentum, nec nomine suo ministrat. Denique rectissimè monet Sanchez *disp.* 120. *num.* 31. optimè facturos contrahentes per Procuratorem vel epistolam, si deindè per se ipsos iterum contrahant, ut certius sit matrimonium, si fortè illegitimùm quid intercurrerit: nec timeas

me s (inquit) de iteratione, quæ licèt in aliis Sacramentis manente eadem materia, prohibeatur, non tamen prohibeatur in Sacramento matrimonii, quia hoc fundatur in ratione contractûs civilis, qui iterari potest & solet. Sic *Sanchez.* Ubi tamen nota, non semper fieri Sacramentum, quoties renovatur consensus, sed solùm, quandò primò ritè perficitur contractus, si anteà propter aliquem defectum legitimè perfectus non fuit.

SUBSECTIO.

De Consensu conditionato.

SUMMARIUM.

326. *Possunt quidem, rarò tamen admitti debent matrimonia sub conditione, præsertim de futuro.*
327. *Matrimonium contractum sub conditione de præsenti vel præterito, statim valet, si conditio vera est; & statim nullum est, si conditio falsa.*
329. *Nec eo uti possunt, donec conditio existere cognoscatur.*
331. *Matrimonium sub conditione de futuro honesta & possibili initum.*
332. *Suspenditur usque ad conditionis eventum.*
333. *Qua posita statim perficitur, sine novo consensu.*
334. *Et sine nova assistentia Parochi, & testium.*
335. *Exceptio.*
336. *Conditio de futuro turpis vel impossibilis, an & quando irrita? usque ad n. 341.*
341. *Irritat conditio turpis repugnans substantiæ matrimonii.*
342. *Ejusque triplici bono, fidei, prolis, & Sacramenti.*
343. *An valeat, si contrahant cum pacto vel conditione nunquam generandi?*

326 NUllo quidem juris textu prohibentur matrimonia conditionata, scilicèt inita sub conditione sive de præsenti vel præterito, sive de futuro, dummodò non turpi, impossibili vel repugnante substantiæ matrimonii. Imò Urbanus III. *c. super eo. de condition. appositis*, expressè dicit: *Canonicis institutionibus non improbari contractum, quo quidam in quandam mulierem consensit* (id est contraxit de præsenti. *Glossa, Fagnanus*, alii ibidem) *si pater ejus suum præstaret consensum.* Quare Navar. *Consil. 1. de condition. appositis.* Dicastillo, alii, videntur approbare potiùs, quàm improbare conditiones in matrimonio. Sed meritò Tambur. *tract. 4. c. 5. §. 10.* & Gobat *cas. 1. num. 138.* censent & monent, à Parocho non esse admittendas in matrimoniis conditiones, præsertim de futuro, nisi ob raram & urgentissimam causam; sed si alicujus conditionis impletio ad matrimonium expectanda sit, v. g. ut sponsus obtineat libertatem, officium, &c. exspectetur, antequam illud per verba de præsenti celebretur; Ratio est multiplex; 1. Quia ejusmodi conditionum adjectio repugnat moti patrio. 2. Quia facilè tales conditionate contrahentes sibi persuadebunt, valere matrimonium ante eventum vel notitiam conditionis appositæ, & facient ante tempus, quæ faciunt veri conjuges. 3. Quia cùm juxtà probabiliorem sententiam à nobis admittendam illo ipso momento, quo impletur conditio in matri-

matrimonio posita, illud convalescat absque novo consensu, & novâ præsentiâ Parochi & testium, fiet sæpissimè ut matrimonii Sacramentum conficiatur, dum alter vel uterque conjugum est in statu peccati mortalis, in ebrietate, aut nescio, quibus occupatus, insigni Sacramenti irreverentiâ. 4. Ex istis conditionibus non subsistentibus, vel non impletis possunt oriri gravia incommoda; scandala, dissensiones, &c. ut consideranti patet, & infrà notabitur. Quia tamen posset subindè esse ratio urgens contrahendi matrimonium sub aliqua conditione, & reverà contrahentes aliquando tales conditiones occultè apponunt in contrahendo matrimonio: pro pleniori intellectu ejus naturæ, & non inutili notitia confessarii, agam de his stricte, de quibus latissimè Sanchez *l. 5. totò De Matrimon. Perez, Dicastil.* Alii.

§. I.

Conditio de præsenti vel præterito.

1. MAtrimonium contractum sub condi- 327
tione relata in præsens vel præteritum (v. g. contraho tecum, si filia Titii es, si legitima, si virgo: Si navis advenit, si pater mortuus est, &c. statim valet, si conditio vera est: & statim nullum est, si conditio falsa est. Certum apud omnes. Habetur variis textibus juris, apud Layman *tract.* 10. *part.* 2. *c.* 7. *num.* 1. Ratio est; quia contractus quilibet ex conventium voluntate legem & conditiones accipit: si

ergò ea sit contrahentium voluntas, ut, si hoc existat, stipulatio rata sit, si hoc non existat, stipulatio irrita; ita statim erit, sicut inter se conveniunt. Quare *L. institutis. ff. De conditionibus* dicitur: *Quòd nulla sit conditio, quæ in præteritum confertur vel præsens*; quia nimirùm non suspendit actum, sed facit, ut statim valeat, vel non valeat.

328 II. Neque verò interest, quod contrahentes, vel unus eorum ignoret conditionem apposi-iam subsistere. Ut contra *Coninck* & alios, ex communi notat Layman cit. cum *Hurtado* & aliis. Et expressè habetur *L. Cùm ad præsens. ff. De rebus creditis. Stipulatio tenet, quamvis-tenere contrahentes conditionem ignorent.* Quare si contraxisti cum puella: Si nobilis sit; aut illa tecum: Si officium à Rege habes: & conditio subsistat, jam ratum & validum erit matrimonium, etsi tu nondum ejus nobilitatem, neque illa tuum officium cognoscat: quia non contraxistis sub conditione nobilitatis cognitæ vel officii cogniti, sed sub conditione nobilitatis, vel officii, si existat.

329 III. Quàmvis autem conditio de præterito vel præsenti non suspendat matrimonium quoad esse vel valorem, ut dictum est (sicut suspendit conditio de futuro,) suspendit tamen quoad usum licitum, quousq; conditio existere cognoscatur; licèt enim matrimonium sub tali conditione initum reverà perfectum jam sit, si tunc subsistat conditio, sub qua est initum: non tamen

tamen est permissus ejus usus, donec cognoscatur ad esse illa conditio; quia alioquin exponent se periculo fornicationis, si forte conditio non subsistat, & ideò matrimonium nullum sit.

Hic incidenter observa. Specialis illa conditio: *Si virgo es*, involvit hanc de futuro: *Si te reperero Virginem*; & duplicem sensum habere potest: 1. Si post diligentem inquisitionem, aut factam à Matronis inspectionem, cognovero te esse virginem. 2. Si in primo concubitu tecum, te deprehendero virginem esse. Primo sensu licita est ea conditio, ac proindè virginitatis defectus impedit valorem matrimonii. Secundò sensu turpis est conditio; quia provocat sponsam ad faciendam potestatem sui corporis, priusquàm sit verum matrimonium: ergò habenda pro non adjecta, aut si seriò adjecta fuit; contractus rescindendus erit.

IV. Si conditio talis de præsenti vel præterito, 330
revera non subsistat, irritum manet matrimonium & ratum & consummatum, v. g. Titius serio dixit Sempronio: *Si virgo es, te duco uxorem; si virgo non sis, nullū esto matrimonium nostrum.* Post contractum & consummatum matrimonium, deprehenditur Sempronia non fuisse virgo, sed ab alio corrupta. Siquidem Titius permansit constanter in voluntate non habendi Semproniam in uxorem, si deprehendatur non esse virgo, sanè licèt ante illam deprehensionem centies fuisset commixtus cum illā, nullum seu ratum seu consummatum extitisset

matri-

matrimonium, sed post illas tot copulas potuisset illam repudiare, si postea cognovisset certò, fuisse corruptam ab alio. Juxta Comunissimam DD. Et in casu facto benè resolvit Prosper Fagnanus *in c. Si conditiones. De Condition. Appos.* Cosmus coram Parocho & testibus contraxit matrimonium cum Anna: *Anna, si tu legitima, duco te in uxorem.* Deindè matrimonium cum illa consummavit, ac prolem inde suscepit; postea compertum est, Annam non fuisse legitimam. Quæsitum est primò: An illud matrimonium fuerit ab initio nullum ob defectum conditionis? Secundò: an non fuerit validatum per copulam multiplicem subsequentem? Et rectè respondet ad primam quæstionem affirmativè; quandóquidem ex verbis Cosmi apparebat, ipsius consensum verè pendere à veritate adjectæ conditionis. Ad secundam quæstionem respondet negativè; eo quòd copulam exercuerit potiùs ex constanti falsa opinione, quòd Anna esset legitima, quàm ex animo habendi illam pro uxore, etiam casu, quo fortè non esset legitima. *Sic ille*, asserens esse omnium consensum. Aliud tamen dicendum fuisset, si Cosmus post cognitum defectum Natalium, adhuc copulatus fuisset carnaliter Annæ; tunc enim jura præsumerent, eum recessisse à conditione priùs apposita, ejúsq; consensum desiisse, pendere à legitimatione uxoris; ideò tunc matrimonium convaluisset, suppositâ sententiâ, quòd matrimonium invalidè contractum coram Parocho

Parocho & testibus possit revalidari sine nova assistentia Parochi ac testium. De quo *cap. sequent.* Ut benè notat Gobat *cas. 5. num.* 142. & rursùs: *tract. 9. cas. 5. num.* 138. rectè rursùs inculcans, Parochum non debere extra casum magnæ necessitatis assistere matrimoniis conditionatis, nec permittere, ut contractui matrimonii conditiones apponantur. En quàm ingentia mala poterant oriri ex casu proposito, postquam cognovit Cosmus (vel suprà Titius,) se fuisse tam turpiter deceptum: & quid si, ut jure poterat, repudiasset illam tot mortalibus notam Notham? dixi autem: *Post cognitum defectum*; quamdiu enim defectum non cognoscit; non præsumitur recedere à conditione de præsenti vel præterito per copulam carnalem, ut dictum est. Sed benè tunc præsumitur recedere à conditione apposita relata in futurum: ut mox dicam §. *sequent.* & in simili dixi suprà. De Sponsalibus conditionatis.

§. II.

Conditio de futuro honesta & possibilis.

331 MAtrimonium contractum sub conditione honesta ac possibili in futurum relata v. g. *accipio te, si pater tuus consenserit: si mille florenos in dotem dederit &c.* suspenditur usq; ad conditionis eventum; eâ verò eveniente statim perficitur matrimonium absque novo requisito contrahentium consensu: itemque absque nova assistentia Parochi & testium. Excepto: Si inhabiles

habiles ob impedimentum dirimens contraxissent sub conditione: *Si Papa dispensaverit.* ita DD. citandi. Explico particulatim.

332 I. *Suspenditur usque ad conditionis eventum.* Omnes. Et expresè habetur *c. super eo. De Condition. Appos.* Ratio est: quia conditio propriè dicta, & in futurum relata suspendit actum, cui apponitur. Ut habetur utroque jure: & Canonico: *c. cit. Super eo. & c. De illis eodem:* & Civili: *L. Si ita stipulatus ff. De Verbor. obligation.* Quod tamen intelligi debet, si conditio apponatur in ipso contractu; si enim contractus jam semel absoluto consensu perfectus sit, conditio deindè illi apponi non potest. *L. 4. De donationibus.* Et quamvis alii contractus absolutè initi posteà novâ stipulatione per mutuum consensum sub conditione infirmari possint; ut nisi hoc fiat, vel hoc feceris; donatio vel venditio rescindi possit: Secùs tamen est in matrimonio, quod semel valide nulla voluntate contraria dissolvitur. Sicut notavit Sanchez *l. 5. disp. 6. num. 4.* Insuper nota duo: Unum: Si in tali casu sponsi ante adventum conditionis alio absoluto consensu de præsenti contrahant, aut carnaliter conjungantur, statim sit matrimonium ratum; quia censetur recessisse à conditione anteà in futurum relata. Prout respondit Alexander III. cit. *c. de illis.* Et habetur etiam *c. Per tuas. De condition. Appos.* Etenim in dubio semper præsumitur sponsus v. g. affectu maritali, non autem fornicario accedere ad sponsam: ideóque rece-

recedere à conditione de futuro anteà appositâ, & jam velle eam habere pro non appositâ. Alterum est: Qui sub conditione de futuro duxit unam, ante eventum illius conditionis, injustè quidem, validè tamen contrahit matrimonium absolutè & indissolubiliter cum alia. Ita quandò quis duas duxit sub conditione, valebit matrimoniū illius, cujus conditio priùs est impleta. Sanchez *l.* 4. *disp.* 8. Dicastil. *disp.* 5. *dub.* 8. Gobat. *tract.* 50. *cas.* 12. *num.* 472. Ut contra alios alibi indicatum est.

II. *Eveniente conditione statim perficitur matrimonium, nullo requisito novo contrahentium consensu.* Ita communis Canonistarum in *cit. c. Super eo.* Glossa, Innocent. *Hostiensis*; *Abbas* alii cum Navar. *c.* 22. *num.* 63. & *Consil.* 1. *De condition. appos.* & ex Theologis *Paludanus*, *Petrus Sotus*, aliisque congestis Sanchez cit. *l.* 5. *disp.* 8. Coninck *disp.* 29. *dub.* 1. Layman *tract.* 10. *l.* 5. *part.* 2. *c.* 7. *num.* 2. Cardinal. de Lugo *De pœnitent. disp.* 13. *Sect.* 5. Capsl. Hurtad. *hic disp.* 7. *diff.* 3. Dicastil. *disp.* 5. *dub.* 6. *num.* 69. Castro-Palaus *disp.* 2. *punct.* 11. §. 2. Perez *disp.* 16. *Sect.* 13. fusè, alii apud ipsos. Ratio potissima est; quia ita declarârunt authenticè Pius V. & Clemens VIII. Teste locupletissimo Prospero Fagnano *in idem c. Super eo.* Ubi per extensum refert illas Declarationes, ac testatur ita servari in Curia Romana. Et probatur receptissimo axiomate: Quòd consensus conditionatus positâ conditione, transeat in absolu- 333

tum

tum. Ut habetur *L. Potior. ff. Qui potiores in pignore.* & *L. Hæc venditio. ff. De contrahend. emption.* Ibi: *Conditionales venditiones tunc perficiuntur, cùm impleta fuerit conditio.* Quandò ergò dicis: accipio te in uxorem, si pater consenserit, perindè est, acsi dicas: jam vere habeo voluntatem & consensum habendi te in uxorem; at nolo, ut effectus hujus consensus existat, priusquàm pater consentiat; volo autem jam & omninò consentio, ut quamprimum ipse consenserit, sis absolutè mea uxor: Ergò posita conditione absque novo consensu jam absolutè uxor erit. Confirmat *Layman* cit. Sicut se habet consensus de futuro ad contractum sponsaliorum, ita se habet consensus de præsenti ad contractum matrimonii: atqui omnes fatentur, & constat ex *c. Unico. Desponsal. in 6.* consensum de futuro conditionatum, (v.g. accipiam te, si pater mille florenos in dotem dederit) eveniente conditione sine novo consensu purificari & effici sponsalia absoluta: ergò etiam fateri debemus, consensum de præsenti conditionatum, (accipio te nunc in uxorem, si pater mille florenos dederit,) posita conditione transire in matrimonium purum & absolutum.

Contrarium tamen, ac novum consensum requiri, docet sanè communior Theologorum Sententia *D. Thomas, Pontius, Diana*, alii cum Tambur. *Tract. 4. §. 4. num. 5.* Decisio Rotæ apud Dianam parte 6. in calice. Quorum rationes benè dissolvunt *Sanchez, Layman, Perez*, alii

alii cit. quos curiosus videre potest, mihi non vacat immorari.

III. *Absque novâ assistentiâ Parochi & testiũ* 3334
Quando nimirum matrimonium sub conditione in futurum relata jam celebratum est coram Parocho & testibus, nihil opus est, ut postea, eveniente conditione, de novo adhibeatur Parochus cum testibus. Ita cum aliis Sanchez cit. *disp.* 8. *num.* 24. & fusissimè disputans, tandem inclinans in hanc sententiam *Dicastil. cit.* Ratio pro interim sufficiens est, quia probabilissima, omninò tuta & praxi recepta sententia infrà suo loco astruenda est: Quandò matrimonium coram Parocho & testibus omninò fictè vel aliundè invalide contractum fuit, & postea, deposita fictione vel dispensatione impetratâ, novo consensu revalidatur, non requiritur necessariò nova assistentia Parochi & testium: ergò neque in nostro casu, quandò matrimonium priùs sub conditione contractum fuit. Contrarium tamen docent *Ledesma*, *Coninck*, *Bonacina*, *Hurtad.* alii cum Perez cit. *Sect.* 14. & ut probabiliorem tenet Layman cit. *num.* 3. Ratio non contemnenda est; quia Parochus & testes à concilio requiruntur, ut intelligant matrimonium verè & substantialiter contractum esse, & sic de eo in foro externo, ad multa vitanda incommoda, testari possint; sed nisi intersint eventui seu impletioni conditionis, aut saltem à contrahentibus audiant, conditionem appositam impletam esse, vel defacto subsistere, revera nesciunt, utrum

trum matrimonium verè & subſtantialiter contractum ſit : nec conſequenter de eo contracto in foro externo teſtificare poſſunt, ſed tantùm de contractu inchoato, adhuc in futurum pendente & ſolubili: ergo, &c. Sed ℞. Negando majorem, pro omni eventu, ob inſtantiam poſitam à nobis, cùm ſæpè neque ipſi contrahentes, minus aſſiſtentes ſcire poſſint, an matrimonium verè & ſubſtantialiter contractum ſit, ob impedimentum latens. Sufficit ergò ad intentum principale Concilii, Parochum & teſtes teſtificare poſſe matrimonium coram ſe & non clandeſtinè, quoquo tandem modo, contractum eſſe, dummodò patenter non nullo.

335 IV. Exceptio: Si inhabiles ob impedimentum dirimens, ad contrahendum contraxiſſent ſub conditione: *Si Papa diſpenſaverit.* Tunc enim ea diſpenſatione impetrata, probabilius eſt ſola ſponſalia purificari; matrimonium autem certò ratum fieri debere per novum conſenſum coram Parocho & teſtibus. Ita cum aliis Layman cit. *num.* 5. Prima pars probatur; quia deſponſatio facta per verba de præſenti ſub conditione poſſibili in futurum relatâ. v. g. *ſi Papa diſpenſaverit*: habet ſaltem vim deſponſationis conditionalis de futuro: ergo ſicut ſponſalia de futuro ſub conditione diſpenſationis Papalis, ea eveniente purificantur: ita etiam eadem deſponſatio ſub eadem conditione facta per verba de præſenti, ea eveniente purificari debet. Secunda

pars

pars est ferè communis, teste Navarro. *l.* 4. *consil.* 14. *de sponsal.* & Layman. cit. (contra tamen *Sanchez*, *Coninck*, alios non paucos) Ratio est à *Layman* benè data: quòd nunquam præsumendum sit, mentem Pontificis dispensantis esse, ut matrimonium præterito tempore contractum valeat, sed, ut post collatam dispensationem præmissis denuntiationibus in facie Ecclesiæ contrahere liceat: sicut apertè colligitur ex Bullis & Rescriptis Pontificum.

§. III.

Conditio de futuro turpis vel impossibilis.

DE his ita statuit Gregorius IX. c. Finali 336
de condition. appos. *Si conditiones contrà substantiam conjugii inferantur, puta, si alter dicat alteri: contraho tecum, si generationem prolis evites; vel donec inveniam honore vel facultatibus dignorem; aut: si pro quæstu adulterandam te tradas, &c. matrimonialis contractus quantumvis favorabilis, caret effectu, licèt aliæ conditiones appositæ in matrimonio, si turpes vel impossibiles fuerint, debeant propter ejus favorem pro non adjectis haberi.* Sic textus Pontificis sanè difficilis & multùm intricans Doctores. De his aliis conditionibus turpibus vel impossibilibus nunc dicam; de illis verò substantiæ matrimonii repugnantibus dicam seorsim §. *sequent.*

I. Quando certò constat conditionem tur- 337
pem vel impossibilem; sive secundum naturam;

uti: duco te, si cœlum digito tangas, si dotem tanquam montem aureum afferas: sive secundùm mores, (nam jura etiam conditionem turpem seu inhonestam, impossibilem vocant, eo quòd impossibile judicari debeat, hominem honestum velle facere quod turpe est, uti duco te, si partem occidas, si fidem neges, &c.) adjectam esse matrimonio aut sine animo contrahendi, sed per jocum indicantem animum alienum à contrahendo, ut certè solent adjici conditiones illæ secundùm naturam impossibiles. Aut conditio turpis adjecta sit cum serio animo volendi exspectare eventum illius & nolendi contrahere, nisi talis turpis conditio ponatur; certum est, matrimonium fore nullum in foro interno, imo & externo, si probari possit, adeóque conditionem talem tunc non haberi pro non adjecta, sed præsumptionem juris tunc cedere veritati. Ita mox citandi. Ratio solida & clara est; quia consensus matrimonii totus quantus pendet à voluntate contrahentium, ut Ecclesia consensum ad substantiam matrimonii requisitum supplere nequaquam possit; nec potest efficere, ut subsistat matrimonium sine verò consensu. Ut omnes fateri debent: sequi conditio propriè dicta & suspensiva actûs, si impossibilis vel turpis sit, ab initio statim vitiat contractum, ut expressè habetur variis textibus juris apud Layman cit. *c.* 7. *num.* 11. Et in proposito primo modo, ut supponitur, nullus adest consensus, secundo autem modo adest quidem

dem consensus conditionatus de futuro, sed cum conditione impossibili vel turpi : eóque ipso nullus & minimè obligatorius; cùm implicet nasci obligationem ad aliquid turpe vel inhonestum : ergo nec tunc subsistit matrimonium, nisi post impletam conditionem turpem : sicque rursus non habetur pro non adjecta.

II. Ecclesia tamen & Pontifex cit. *c. Finali* de- 338
finiunt, conditiones illas turpes vel impossibiles substantiæ matrimonii non repugnantes, in favorem ejusdem matrimonii haberi pro non adjectis præsumptivè & regulariter pro foro maximè externo; cùm enim in foro maximè externo regulariter nesciatur intentio contrahentium, an scilicèt contrahens adhibuerit illam conditionem turpem vel impossibilem sine animo contrahendi, vel joco ostendente animum alienum à contrahendo; an verò potiùs cum vero animo contrahendi solùm adjicerit per merum jocum, facetiam vel ignorantiam; Ecclesia præsumit hoc posteriùs, quod est in favorem valoris matrimonii, & consequenter validum pronuntiat tale matrimonium, & conditionem illam turpem vel impossibilem habet, quasi non adjecta fuisset. Ita DD. satis communiter, Coninck *disp.* 29. *num.* 42. aliisque citatis Perez *disp.* 16. §. 5. *num.* 8. Hurtad. *disp.* 7. *diff.* 10. Tambur. *tract.* 4. *c.* 5. §. 5. *num.* 74. Etsi contra longè communiorem. An verò hæc præsumptio etiam in sponsalibus locum habeat, dictum est suo loco negativè.

339 339. Layman. autem cit. *c. 7. num.* 11. subtiliùs & magis decorè sic explicat: favorem hunc in eo consistere, quòd in dubio: an conditio turpis vel impossibilis adjecta sit tanquam conditio propriè dicta & suspensiva actûs (quæ à principio statim vitiat contractum, ut dictum) an verò tanquam modus non suspensivus: id posterius præsumi debeat, ut proindè matrimonium statim validum censeatur, conditio autem non habeatur tanquam non adjecta. In hoc enim modus differt à conditione propriè dicta & suspensiva actûs, quòd modus adjectus contractui, eum non suspendat, sed statim valeat contractus, attamen cum tali modo vel onere implendo ab alio: ut si dicas: duco te, si prius fidem neges: est conditio propriè dicta & suspensiva actûs usque ad eventum conditionis; si verò dicas: duco te, ut tamen te ad veram fidem convertas: est modus non suspensivus; statim enim valet matrimonium, tamen cum onere sponsæ, ut oportunè se convertat. Nunc autem modus impossibilis sive secundùm naturam, sive secundùm mores, seu turpis adjectus contractui, non vitiat illum, sed pro non adjecto habetur. Ut si dicas: dono vel lego tibi equum, ut cœlum tangas, ut hæreticus fias, &c. Ut ex communi docet Molina, aliisque citatis Sanchez *l. 5. disp.* 19. qui modus mihi valde placet.

340 IV. Dicta autem regula: quòd conditio impropriè dicta seu modus non suspensivus, si impossibilis vel turpis sit, pro non adjecto habendus

bendus sit, limitari debet ex citato jure, *c. Finali. De conditione. apposita.* Nisi ejusmodi turpis vel impossibilis modus seu conditio repugnet substantiæ matrimonii (vel alterius contractus) ut in exemplis à Pontifice allatis: duco te, si generationem prolis evites; si te adulterandam exponas. Hæ enim formulæ non significant conditionem propriè dictam & suspensivam matrimonii, usque dum ista fiant (certè ante matrimonium contractum non poterit se prostituere adulterandam, nec generationem prolis evitare) sed significant modùm, quem contrahens post matrimonium contractum observari velit, ut ex *Molina* benè notant Laymann cit. *num.* 11. §. 9. & Herinex *hic disp. 3. quæst. 5. num.* 36. Et de his seorsim sit

§. IV.

Conditio turpis repugnans substantiæ Matrimonii.

1. SI ergò talis conditio vel potiùs modus repugnans substantiæ matrimonii, ejúsve triplici bono quoad ipsam obligationem, adjiciatur matrimonio: Ut si dicas: Te duco, si in te non transferam dominium mei corporis ad usum conjugalem; aut (ut pulchrè specificavit Pontifex in textu allegato. *cap. Finali §. præcedenti in initio cit.*) contraho tecum: si generationem prolis evites: repugnans bono prolis: vel donec inveniam aliam ditiorem, &c. Ecce repugnans bono Sacramenti, scilicèt perpetuitati & indissolubilitati: vel si pro quæ- 341

ſtu adultetandam te tradas: Ecce repugnans bono fidei conjugalis. Tale matrimonium, quantumvis hoc alioquin favorabile ſit, vitiatum ac nullum definivit Pontifex l. c. non tanquam novum jus condens, ſed quod eſt de jure naturæ declarans; quia non poteſt matrimonium ſubſiſtere ſine ſuis eſſentialibus: & quia id commune eſt omnibus contractibus, dum contrahens inter contrahendum vult obligare ad quidquam repugnans ipſi ſubſtantiæ contractus, ſatis ſignificat ſe non habere animum verè celebrandi talem contractum: nam ſine voluntate contractus non efficitur. Dixi autem notantiſſimè: *Quoad ipſam obligationem.* Nam notandum permaximè

342 II. Bona illa matrimonii, fidei, prolis, & Sacramenti poſſunt ſpectari dupliciter. 1. quoad obligationem velut in radice & actu primo: 2. quoad actum ſecundum ſeu executionem. Sumpta quoad obligationem ſeu actum primum ſeu ipſam obligationem mutuam ſervandi fidem tori, jus debiti, & perpetuam ſocietatem ſunt vel ipſa ſubſtantia matrimonii, ſi ſumatur matrimonium & vinculum: aut ſi matrimonium accipiatur pro actuali contractu & Sacramento, ſunt velut proprietates inſeparabiles & effectus matrimonii. At verò eadem tria bona quoad actum ſecundum & executionem (ſcilicèt actualis obſervatio fidei, redditio debiti, perpètua ſocietas; non ſunt utique de ſubſtantia matrimonii, ſed omninò ſeparabilia, &

ſæpè

sæpè separantur, nec ea separatio potest abesse ejus valori. Si ergò contractui matrimonii apponas conditionem seu modum sic, ut ipsam prædictam aliquam obligationem excludas, irritum reddis matrimonium, ob rationem datam; si verò solùm excludas actum secundum, seu actualem observationem talis obligationis, obligatione retentâ, nihil officies valori matrimonii. Exemplis cape: Validè contrahis matrimonium cum expressa intentione sæpè adultrandi, aut uxorem pro quæstu prostituendi, aut à conjuge sine justa causa te separandi, aut aliam, ea vivente, priori scilicet, ducendi, generationem prolis impediendi, abortum procurandi, natam prolem enecandi, &c. Quia in his & similibus solùm excludis dicta bona matrimonii quoad actum secundum. At contrà invalidè contrahis matrimonium, si talia, talémque pessimam voluntatem tuam in ipsum pactum matrimonii deducas, ac ea conditione modo ac pacto velis contrahere matrimonium, ut talia fiant, ac velut fieri fas sit; sic enim ipsam obligationem substantialem matrimonii excludis ejúsque essentiam evertis. Hinc rectè resolvit Layman cit. c. 7. *num.* 9. Calviniſtam credentem, ob conjugis adulterium fas esse matrimonium dissolvere, si contrahat ea intentione, si uxor v. g. fidem matrimonii violaverit, eâ repudiatâ aliam ducendi; quia hæc impia & hæretica intentio in pactum non deducitur, illud matrimonium nihil-

hilominùs validum & indissolubile esse: secùs utique, si id etiam in pactum deduceretur.

343 III. Omnes unanimiter consentiunt conditiones ita repugnantes bono fidei & Sacramenti in exemplis allatis & similibus adjectas matrimonio, illud vitiare & irritum reddere. At verò quoad bonum prolis non ita consentiunt, sed aliqui sic distinguunt: Matrimonium certò irritari, quando ei apponitur pactum vel conditio evitandi generationem modo positivo & illicito; ut, si deberet evitari generatio per media sumpta procurando sterilitatem, aut abortum fœtus concepti, nunquam immittendo semen intra vas, necando vel non educando prolem susceptam, &c. Hæc enim positivè repugnant bono prolis; At verò non irritari, quandò apponitur eadem conditio evitandi generationem prolis negativè tantùm & licito modo: utpotè nunquam matrimonio utendo, quod utique est licitum. Ita expresè Perez *disp. 16. sect. 7.* & re ipsa *Paludanus, Vasquez, Rebel, Coninck, Hurtad.* apud eundem *Perez*, Tambur. *hic tract. dis. 5. §. 8.* absolutè docentes validè contrahi matrimonium cum conditione honestâ, videlicet ut neuter ab altero debitum petat, sed continentiam perpetuam servet, aut voveat, aut Religionem ingrediatur: & dant bonas rationes: 1. quia essentia matrimonii consistit in mutuo dominio corporum in usum generationis, cum quo dominio consistere potest obligatio non utendi corpore ad hunc finem; cùm jus utendi sit separabile

rabile à domino directo. 2. Conjuges non sunt absolutè obligati ad usum conjugii, nisi sub conditione: nisi Religionem ingredi nolint: ergò jus utendi matrimonio, obligatióque reddendi debitū non est de substantia illius. 3. Conjuges, permanente substantia, substantialíque vinculo matrimonii possunt abdicare jus utendi matrimonio per votum continentiæ mutuo consensu editum: ergò idem possunt facere in ipso matrimonii contractu. 4. Principaliter hæc Sententia planissimè ad cujuscunque captum explicat & salvat, quo pacto Beatissima Virgo, etsi voto castitatis adstricta & ab omni cogitatione de usu matrimonii alienissima potuerit tamen contrahere matrimonium & effici verissima sponsa & uxor virginei sponsi ac mariti Josephi. Ut etiam observat Gobat cas. 13. *num.* 267. nihil tamen audens definire: Neque ego audeo, sed maneo in distinctione data *N. II* & dico porrò.

IV. Valet sine dubio matrimonium, siquis 344
contrahat cum intentione, eò nuquàm utendi petendo aut reddendo; cùm de essentia contractûs matrimonii non sit consensus in usum & copulam ipsam, sed in jus & obligationem tantùm, ut supra dictum. Non autem valet matrimonium, si ei conditio vel pactum apponatur, quo jus & potestas matrimonii, ad ejus usum impeditur vel tollitur: v.g. accipio te eo pacto, ut in perpetua continentia vivamus; ut nunquàm à me conjugii debitum petas; vel, ut tibi

exigenti

exigenti reddere non tenear, &c. Ita communiter DD. cum D. Thoma *in 14. disp. 28. quæst. unica art. 4. ad 3.* D. Bonavent. *ibidem quæst. ultima. Richard. Adrian.* aliisque congestis Sanchez. *l. disp. 11.* Layman cit. *num. 9.* Ratio est; quia talis conditio vel pactio, quantumvis honesta & sancta, reverà tamen repugnat substantiæ matrimonii, cùm substantia matrimonii quàm maximè consistat in jure utendi, & obligatione præstandi corpus conjugi ad usum conjugalem; atqui hoc jus ac obligatio tollitur dictis pactis seu conditionibus. Neque urgent rationes oppositæ piæ Sententiæ. Ad primam respondetur: Licèt in rebus plerisq; separari possit dominium directum à jure utendi vel fruendi tali re; at nihil simile est in matrimonio, sed totum dominium reale, quod per matrimonium acquiritur in corpora, nihil aliud est, quàm illud ipsum jus utendi corpore conjugis ad usum generationis; ergò non separabis idem à se ipso. Ad 2. R. negando consequentiam; quia per matrimonium absolutè omninò contrahitur obligatio carnalis conjunctionis ac debiti reddendi non obstante conditione, quæ ei de jure inest, puta: *nisi Religionem profiteri malit*: aut: *nisi fidem datam adulterio violes.* Nec est in contrahentium potestate adijcere alias pro libitu. Ad 3. negatur iterum consequentia, quia id commune est omni contractui, ut apponi non possit ipsi contractui aliquid ejus substantiæ seu naturæ repugnans, licèt postea poni possit per modum novi con-

tra-

tractûs aliquid tale priori ex parte repugnans. Ut bene docet Sanchez *l. 5. disp. 19. num. 5. & 12.* ita & matrimonio à principio apponi non potest conditio ejus substantiæ repugnans; quia sic fieret contractus essentialiter, & non fieret; potest tamen postea apponi per novam pactionem aliquid honestum matrimonii contractui ex parte repugnans, utpotè mutua pactio continendi ad tempus, vel in perpetuum, permanente interim vinculo matrimonii quoad alia, utpotè mutuam cohabitationem, prolem jam susceptam educandam, fidem servandam, ut cum alia persona carnalis copula non habeatur. Ut rectè Layman *num.* 9. Ad 5. R. Etiam seclusâ illâ Sententiâ planè & optimè salvari Sacratissimum Matrimonium Matris JESU MARIÆ & JOSEPHI prima parte nostri dicti; consensit enim Beatissima Virgo in traditionem corporis sui quoad potestatem, obligationem & actûm primum: adeóque quantum erat ex parte contractûs matrimonialis, omninò obligata fuit Josepho ad reddendum debitum conjugale, si ipse exigeret: eóque ipso illa confusè & indirectè consenserat in copulam, si exigeretur: quod omninò sufficiens erat ad plenam essentiam contractûs matrimonialis. Nunquàm autem consensit in ipsam copulam directè & simpliciter, quippe & voto Castitatis adstricta, & certâ Dei revelatione edocta, Josephum ejus debitum nunquàm exacturum, sed suam virginitatem certò & tutè conservatum iri. Ideò enim ex An-

gelo tantæ Prolis conceptionem annuntianti quæsivit: *quomodò fiet illud, quoniam virum non cognosco.* Quare Castissima Virgo à voti sui violatione secura, volente & præcipiente Deo, in conjugium consensit, sed in ejus actualem usum simpliciter & directè consensit nunquam. Qua de re Gratianus *toto C. Beata. 27. quæst. 2.* Magister *in 4. d. 30. & ibidem D. Thomas, Scotus, Durandus, Henriqu.* alii ac latè & optimè Suarez, *part. 3. tomo 2. disp. 7. sect. 1.* Vasquez *part. 3. tomo 2. disp. 127. c. 6. num. 8.* Perez *disp. 13. sect. 8.*

SECTIO IV.

De Matrimonio rato ut Sacramentum est ejúsque solemnitate & indissolubilitate.

SUMMARIUM.

346. *Matrimonium ut Sacramentum quid?*
350. *Materia ejus sunt corpora, & forma verba contrahentium.*
354. *Ministri sunt ipsimet contrahentes.*
356. *An ratio Sacramenti validè possit separari à contractu à fidelibus?*
358. *Ad valorem requiritur assistentia Parochi, & duorum vel trium testium.*
359. *Qualis Parochus requiratur?*
360. *Aut hic intelligatur:*
363. *Quis alius de licentia Parochi assistere possit?*
365. *Qua licentia ad id sufficiat?*
366. *An etiam per vim vel metum exorta?*
367. *Licentia Parochi etiam necessaria est Confessario pro copulando moribundo.*
368. *Quales requirantur testes? &*
373. *Qualis præsentia Parochi & testium?*

374. No-

374. *Necesse non est, ut adsint voluntariè?*
375. *Aut ad id vocati, vel rogati, modo intelligant, quid agatur.*
377. *Tres denuntiationes præmittendæ sunt,*
378. *Ex præcepto tantùm.*
379. *Conscius alicujus impedimenti inter sponsos tenetur illud manifestare sub mortali per se loquendo.*
380. *Qualiter & cui id intimandum?*
382. *Solvitur casus.*
383. *Effectus hujus Sacramenti est gratia sanctificans.*
384. *Et triplex bonum essentiale Matrimonii, Fidei, Prolis & indissolubilitatis.*

ASSERTIO.

Matrimonium in lege nova inter fideles seu baptizatos est Sacramentum à Christo in- 345
stitutum. Materia sunt corpora conjugum mutuò tradenda. Forma sunt verba contrahentium consensum legitimum exprimentia. Ministri propriè sunt ipsi contrahentes. Solemnitas jure novo requisita ad valorem est præsentia Parochi proprii, & duorum vel trium testium præmissis de præcepto tribus denuntiationibus. Effectus est gratia sanctificans, & triplex bonum essentiale, scilicèt fidei, prolis, & Sacramenti indissolubilitatis. Est tota partim certa de fide, partim Communis DD. ut patebit.

§. I.

Est Sacramentum à Christo institutum.

CErtum de fide. Definitum in variis Con- 346
ciliis, & novissimè in Tridentino sess. 4. can. 1. *Si quis dixerit matrimonium non esse verè ac propriè unum ex septem Sacramentis Legit*

Evan-

Evangelicæ à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum: neque gratiam conferre: anathema sit. Et quamvis (ut varii contendunt) id claro Scripturæ textu convinci non possit, sufficere omninò debet traditio Ecclesiæ, de qua testatur Tridentinum *ibidem c.* 1. dicens: *Cùm igitur matrimonium Lege Evangelica veteribus connubiis per Christum gratia præstet, meritò inter novæ Legis Sacramenta enumerandum, Sancti Patres Nostri, Concilia, & universalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt.* Sic Concilium addens, id innuere Apostolum mox citandum.

Probatur communiter. 1. Ex Apostolo *ad Ephes.* 5. Ubi cum dixisset: *viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret,* Mox subjungit de Matrimonio: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & Ecclesia.* Hæc Apostolus. Cùm igitur Christus instituerit, ut per matrimonium propter unionem & mutuam conjugum dilectionem significaretur spiritualis unio: & dilectio, quæ est inter Christum & Ecclesiam convenienter sequitur, etiam eum instituisse, ut matrimonium contrahentibus spiritualis gratia conferatur, sine qua recta & debita animorum conjunctio consistere nequit. 2. Christus etiam *Matth.* 5. & 19. matrimonium ad primævam originem revocans, unius cum una perpetuum & indissolubile corporum ac animorum vinculum præcepit, repetens verba *Genes.* 2. *Erunt duo in carne una,*

quæ

quod Deus conjunxit, homo non separet. Esset autem jugum in nova lege (semper persistendi cum conjuge etiam sterili, morbida, &c.) valdè grave, nisi idem Christus Dominus gratiæ promissionem annexuisset ad onera matrimonii sustinenda, mutuum amorem fovendum, concupiscentiæ fomitem mitigandum, liberos in cultu Dei educandos, &c. 3. Apostolus 1. *ad Corinth.* 7. permittit in certo casu dissolutionem matrimonii fidelis cum infideli; ut infrà patebit. Sed fidelibus ita loquitur. *Iis, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quòd si discesserit* (ex quacunque causa) *manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Hujus autem discriminis causa assignari non posse videtur, nisi quòd matrimonium fidelium ratione Sacramenti majorem ex Christi institutione firmitatem obtineat. 4. Accedit consensus antiquorum Sanctorum Patrum apud *Bellarmin. Layman*, alios passim. At, quandonam Christus hoc Sacramentum instituit, seu quando matrimonii contractum elevavit ad dignitatem Sacramenti? R. cum Scoto *in* 4. *d.* 26. *num.* 13. *Sanchez* hic, & aliis communius: id verisimiliùs fecisse tunc, quando dixit *Matth.* 19. *Quòd Deus conjunxit, homo non separet.* Quia ibi Christus renovat matrimonii indissolubilitatem, ideoque congruebat, ut simul adderet rationem Sacramenti. Certè in Evangelio locus opportunior non reperitur. Nunc aliqui termini explicandi sunt.

347 I. Dixi : *in lege nova* : etsi enim matrimonium ex primâ sui institutione per formationem unius viraginis Evæ de corpore Adami, cui à Deo desponsata fuit, figura fuerit & sacrum signum Verbi Incarnati, ipsique desponsatæ Ecclesiæ unius Sanctæ, ut significatur *c. Gaudemus. de divortio.* non tamen fuit signum efficax gretiæ sanctificantis ex opere operato, adeóque neque Sacramentum propriè dictum : juxta communissimam Sententiam DD. ac Sanctorum Patrum : Nam *gratia & veritas per JESUM Christum facta est*, Joan. 1. Et suprà dixit Tridentinum : *Matrimonium in Lege Evangelica veteribus connubiis per Christum gratia præstare.* Et Concilium Florentinum, matrimonium numerans inter Sacramenta novæ *Legis* docet, hæc differre à veteribus, quòd vetera non conferant gratiam.

348 II. Dixi : *inter fideles*, quod etiam notavit D. Augustin. *de fide & operibus c. 7.* dicens : *in civitate Domini in monte sancto ejus, in Ecclesia nuptiarum non solùm vinculum, sed etiam Sacramentum commendatur.* Ratio est; quia infideles non baptizati, qui fidem Christi per Baptismum professi non sunt, nullius omninò Sacramenti capaces esse possunt. Sed dubitatur : an, si fideles per dispensationem cum infideli v. g. cathechumena contrahat matrimonium, adhuc sit sacramentum ex parte fidelis ? Negant *Henriqu. Angles. Sanchez*, alii communiter cum Layman *tract. 10. part. 2. c. 2.* & certum putat

Ce-

Castro-Palaus *disp. 2. punct. 2. hic;* eò quòd contractus matrimonii inter virum & fœminam unicus sit, & unum Sacramentum, significans unam conjunctionem Christi cum Ecclesia, ideóque utraq; persona sacramenti particeps esse debeat; quemadmodum & utraque persona ad contrahendum habilis esse debet. Affirmant autem *Sotus, Cajetanus, Enckius, Aversa*: eósque sequens Herinx *disp. 2. quæst. 2. num.* 14. eo quòd adhuc sit verus contractus matrimonii subjectatus in persona capaci sacramenti & gratiæ.

III. Dixi: matrimonium novæ Legis inter 349
fideles esse sacramentum *indistinctè*, adeóque etiam matrimonium contractum inter absentes per Procuratorem vel epistolam: juxta communem DD. apud citatos (contra *Cajetanum*, *Sylvestrum*, alios citt.) Ratio est; quia secundùm Conciliorum indefinitam doctrinam, Christus matrimonium fidelium evexit ad dignitatem Sacramenti: matrimonium autem initum per Procuratorem vel epistolam inter absentes, sicut & inter præsentes per nutus vel signa, est verum matrimonium: nec est apparens aliqua ratio, ob quam sit excipiendum à doctrina differentia Conciliorum. Ais: Ergóne tunc absenti etiam dormienti confertur effectus Sacramenti? R. Omninò, si non adsit obex; sicut sensibus destituto confertur effectus extremæ unctionis. Unde debet contrahens conari, ut sit in statu gratiæ pro tempore, quo prudenter putat perficiendum fore contractum & Sacramentum cum

absente, quòd si negligat, ex tunc peccabit ratione periculi, cui Sacramentum quoad suum effectum exponit. Ut præter alios bene notat Herincx cit. *num.* 15. *in fine.*

IV. Molestior quæstio: an in matrimonio fidelium ratio Sacramenti possit valide separari vel excludi à contractu per intentionem contrahentium: commodiùs expedietur §. 3. *cùm de ministris.*

§. II.

Materia sunt corpora mutuò tradenda, forma sunt verba contrahentium consensum legitimum exprimentia.

350 ITa communiter & probabilior Sententia DD. *S. Antoninus, Paludan. Sotus, Adrian. Covarruv. Vasq.* eosque sequens Layman. c. 2. *num.* 3. Basil. *Pontius*, aliisque citatis Herincx *disp. 2. quæst. 3. tract. ultimo, n.* 21. Ratio est; quia Christus contractui matrimonii naturâ suâ invariabili solùm addit dignitatem Sacramenti: ergo materia Sacramenti hujus meritò censetur eadem, quæ materia contractûs: sed contractûs matrimonialis materia utique sunt corpora contrahentium mutuò tradenda, (sicut materia cujuslibet contractûs dicitur illa res, de qua contractus constituitur.) Forma autem contractûs hujus est consensus sensibiliter expressus: ergo, &c. Deinde negari non potest, quòd conjuges mutua unione copulati sint externum sacrum symbolum spiritualis perpetuæ conjunctionis inter

inter Christum & Ecclesiam : ergo sunt pars Sacramenti, & utique materialis. Verba autem, quibus hæc ipsa maris & fœminæ conjunctio expresè significatur, & inducitur, sunt pars Sacramenti formalis. Nec obstat, quòd corpora contrahentium non sint materia, *ex qua* compositionis seu pars ipsius contractûs matrimonialis ac Sacramentalis, sed solùm materia *circa quam* versetur contractûs ; siquidem eadem corpora, superveniente verborum conventione, mox incipiunt esse ; & permanent sacrum materiale symbolum & gratiæ sanctificantis in fieri, & spiritualis conjunctionis Christi & Ecclesiæ in fieri & facto esse semper : quemadmodum in artefactis lignum v. g. est materia circa quam artis fabrilis ; inductâ autem forma statuæ v. g. incipit esse, & permanet materia *ex qua*. Declaro amplius.

II. Matrimonium ergò est Sacramentum 351
non tantùm in fieri, seu cum fit, (sicut Baptismus, Confirmatio &c. quæ in actione transeunte consistunt) sed etiam est Sacramentum in facto esse, seu factum permanens, sicut Eucharistia : ac propterea sicut Sacramentum Eucharistiæ in fieri præter formam consecrationis non habet materiam ex qua, sed tantùm materiam *circa quam*, panem & vinum, quorum species virtute consecrationis permanentes & Christum continentes, fiunt & permanent materia *ex qua* Sacramenti Eucharistiæ, & materiale symbolum refectionis spiritualis,

ita in Sacramento matrimonii, quatenùs est in fieri, non est opus assignare materiam *ex qua* compositionis, sed corpora contrahentium, quæ tunc sunt materia *circa quam* contractûs ex vi verborum conventionis mutuæ, in contractu matrimoniali mox fiunt, & permanet materia *ex qua* Sacramenti, & sacrum materiale symbolum, & gratiæ sanctificantis in fieri, & conjunctionis Christi cum Ecclesia in fieri, & facto esse: & accedente copula matrimoniali, etiam unio Verbi Divini cum natura humana. Ut alibi notatum. Utrum autem Sacramentum matrimonii simpliciter debeat dici Sacramentum in fieri, vel in facto esse? Quæstio esset de nomine: Placet distinguere: Quatenus praecisè est signum practicum efficax gratiæ sanctificantis matrimonialis, est Sacramentum in fieri; quatenùs verò simul est Sacramentum mysticum, seu sacrum signum conjunctionis spiritualis Christi cum Ecclesia aut Verbi Divini cum natura humana, est Sacramentum in facto esse ac permanens.

352 III. Nec obstat, quod in aliis Sacramentis materia Sacramenti distinguatur à ministro suscipiente; nam & in aliis Sacramentis Minister & suscipiens distinguuntur; non sic necessariò in matrimonio: Et ratio est; quia cùm matrimonii Sacramentum fundatum sit in contractu humano naturali, mirum non est, habere multa specialia; quæ in aliis Sacramentis non reperiuntur: & quia contractus ille matrimonii fit à viro

viro & fœmina per mutuam traditionem suorum propriorum corporum, minimè debet esse inconveniens, quòd sub diverso respectu sint susci-pientes, & ministri, & Materia Sacramenti. Ministri sunt, quatenùs verbis expressis dant inter se mutuam corporum potestatem. Suscipientes Sacramentum sunt, quatenùs potestatem inter se acceptant, & accipiunt. Materia denique circa quam sunt corpora mutuò tradenda & acceptanda: eóque ipso rectè dicenda materia Sacramenti *ex qua*, quatenùs accedente consensu mutuo per verba expressa Sacramentum matrimonii componunt.

IV. Hic modus explicandi hoc Sacramen- 353
tum tanquàm cæteris expeditior mihi semper placuit: & certè nulla alia ratione meliùs & expeditius explicari potest materia & forma matrimonii inter tot sententias DD. conantium assignari materiam & formam hujus Sacramenti in fieri. Decem numerat Aversa *sect. 9. quæst.* 3. Sex autem Sanchez *l. 2. disp. 5. num. 6.* hanc approbans; verba scilicèt contrahentium esse sibi invicem materiam & formam: Materia sunt, quatenùs exprimunt consensum mutuæ traditionis corporum; forma autem sunt eadem verba, quatenùs exprimunt consensum mutuæ acceptionis eorundem corporum traditorum; traditio enim per illa signa vel verba expressa & sensibilis facta, cùm sit inchoatus & imperfectus adhuc contractus, habet se per modum materiæ determinabilis & perfectibilis:

Acceptatio autem similiter facta sensibilis per verba, habet se ut forma perficiens & complens contractum. Sic *Sotus*, *Angles*, *Rodriqu. Bellarmin. Suarez*, *Coninck*, alii cum *Sanchez. l. c.* & sequuntur Tambur. *tract. 5. c. 1. in fine.* Gobat. *cas.* 10. *n.* 292. & sibi non displicere fatetur Layman cit. *n.* 4. Neque mihi omninò displicet, si modo capere possem. 1. Quomodo sic salvetur dictum universale Concilii Florentini: *Sacramenta constare rebus velut materia, & verbis velut forma.* 2. Certè in aliis contractibus traditio non dicitur materia, & acceptatio forma. 3. Sic ad summum esset distinctio rationis inter materiam & formam hujus Sacramenti, cùm mutua traditio re ipsa sit mutua acceptatio, & eo ipso, ijsdémque verbis, quibus significat quis se tradere corpus suum alteri, etiam significat se acceptare traditionem mutuam alterius; sicut econtra eo ipso quo alter significat se acceptare corpus alterius, etiam significat se vicissim tradere suum corpus. 4. Denique vix potest intelligi, nedum esse, mutua traditio sine mutua acceptatione: & utrumque æquè primò constituit essentiam matrimonii: quomodò ergò unum sit materia respectu alterius, alterum forma in composito per accidens & artificiali? Fateor me non satis capere: vide, an capias tu.

§. III.

§. III.

Ministri proprii sunt ipsi contrahentes.

I. 354 Est jam certa & communissima Sententia DD. cum Sanchez *l.* 2. *disp.* 6. Bellarmino *l.* 1. *De Matrimon. c.* 6. *& sequentibus*; temerarium censente contrariam sententiam *Melchioris Cani, Estii, Sylvestri.* & quorundam aliorum existimantium, Ministrum esse Sacerdotem, & ejusdem verba formam; verba autem contrahentium esse materiam (Qui proindè sine Ministro Sacerdote contrahentes conficiant contractum civilem tantùm, & non Sacramentum Matrimonii.) Ratio à priori est; quia Christus instituit hoc Sacramentum juxtà naturam ipsius contractûs, addiditque rationem Sacramenti ipsi naturali contractui matrimonii: & Concilia absolutè definientia matrimonium esse Sacramentum, non plus requirunt ad substantiam Sacramenti, quàm requiratur ad veritatem contractûs matrimonii; & specialiter Concilium Florentinum in Decreto unionis singulis Sacramenti essentiam & Ministrum acuratè assignans, cùm dixisset: *Septimum est Sacramentum Matrimonii*: Subdit: *Causa efficiens matrimonii est mutuus consensus per verba de præsenti expressus.* in quo totam essentiam & ministerium ponit; ergò idem debet esse Minister Sacramenti Matrimonii, qui est Minister seu causa efficiens contractûs: atqui Ministri, qui efficiunt contractum, sine dubio sunt ipsi contrahentes, seu qui contrahunt, & obligationem

nem in se mutuam suscipiunt : ergò iidem quoque sunt Ministri Sacramenti: & certè ille est Minister cujuslibet Sacramenti, qui profert verborum formam, quibus Sacramentum conficitur: atqui ipsi contrahentes proferunt (sive immediatè per se, sive mediatè per Procuratorem, &c.) verborum formam, ut suprà ostensum : ergò illi tantum sunt Ministri proprii hujus Sacramenti. Parochus ergò seu Sacerdos assistens cum testibus, etsi impropriè & accidentaliter Minister dici possit, quatenus confirmat, ratámque habet illam contrahentium traditionem & acceptationem (quo sensu ex præscripto Concilii Tridentini dicit : *Ego vos conjungo ; &c.* id est: Ego vos conjunctos declaro, confirmo, benedico nomine & Authoritate Ecclesiæ, &c.) Attámen simpliciter & propriè minister Sacramenti nullo modo dici potest ; nam & olim matrimonia sine Parocho contracta fuerunt valida : ut omnes fatentur : & adhuc modò sunt valida in locis, ubi non est receptum Concilium Tridentinum, vel in locis hæreticorum, in quibus nullus est Parochus, vel non datur ad eum tutus accessus ; non potest autem confici Sacramentum sine suo proprio Ministro. Ejus ergò, sicut & testium præsentia & assistentia solùm requiritur tanquam conditio necessaria ad valorem Saaramenti : neque is profert formam necessariam Sacramenti ; sed etiamsi nihil omninò diceret, imò etsi positivè contradiceret, adhuc validum foret matrimonium : ut patebit.

Neque

Neque requiritur in eo aliqua intentio, nec ſtatus gratiæ ad aſſiſtendum.

II. Nec obſtat, vel abſurdum videri debet 355
quòd hoc Sacramentum ob ſpecialem rationem contractûs exigat duplicem Miniſtrum partialem; & Laicos & fœminas eſſe Miniſtros hujus Sacramenti, idque absque alia cæremonia ſacra; ſicut non eſt abſurdum contractum Matrimonii à Chriſto eſſe elevatum ad dignitatem Sacramenti; & ſic elevatus à Chriſto, & debita intentione celebratus, nam & ipſe eſt cæremonia Sacra. At, inquis, ſi contrahentes ſunt Miniſtri, debebunt habere intentionem non ſolùm contrahendi matrimonium, ſed etiam conficiendi Sacramentum: hanc plerique non habent, quia de hoc nihil ſciunt, vel certè non cogitant: ergo, &c. R. Illos ſufficienter habere hanc intentionem virtualem, ſaltem implicitam & confuſam dum volunt matrimonium inire more Chriſtiano, ſeu facere, quod fideles faciunt; quod omninò ſufficit, ſicut & in aliis Sacramentis: Si tamen alicui deeſſet intentio ſufficiens ad confectionem Sacramenti certè non ſubſiſteret Sacramentum: An verò adhuc tunc ſubſiſteret matrimonium in ratione contractûs, mox audies inferius. Ais itetum: Si contrahentes ſunt miniſtri ſimul & ſuſcipientes hujus Sacramenti: ergò ſi in ſtatu peccati mortalis contrahant, bis peccabunt mortaliter, imò ter, ſi alteri quoque exiſtenti in mortali hoc Sacramentum miniſtret. R. Fortè ſic; Nam 1. certum eſt, peccare mortaliter

liter ex eo, quòd in malo statu suscipiant, cùm matrimonium sit Sacramentum vivorum; omne autem Sacramentum vivorum præsupponat statum gratiæ, quæ ipsa est vita spiritualis animæ. 2. *Navarrus*, certè & alii apud *Sanchez* citatum putant, etiam peccare mortaliter ex eo, quòd indignè ministrent, quippè qui conficiant & conferant hoc Sacramentum ex officio, & ad hoc deputati. Sed hoc negat communis DD. cum Sanchez *l.* 2. *disp.* 6. *num.* 4. & nos alibi. Quia conjuges, etsi sint ministri ad hoc deputati, non tamen sunt ministri specialiter consecrati ad hoc Sacramentum administrandum; etsi fatendum sit, opinionem Navarri esse admodùm probabilem. 3. Etiam sciens alteri indigno ministrans, si ejus peccatum facilè impedire posset, peccare, sine causâ cooperando peccato alterius. Res nota est ex materia de Charitate & scandalo. Tandem ex hoc ipso, quòd contrahentes sint ministri hujus Sacramenti.

356 III. Hîc incidit quæstio difficilis: An inter fideles per intentionem contrahentium possit ratio Sacramenti validè separari à contractu matrimonii, sic, ut fidelis possit validè inire matrimonium solùm ut contractum, non verò ut Sacramentum est? Duæ sunt oppositæ sententiæ gravissimorum utrinque DD. Prima sententia simpliciter negat: Ita *Suarez*, *Coninck*, & plurimis congestis Sanchez *l.* 2. *disp.* 10. Tanner. *disp.* 8. *quæst.* 5. *dub.* 5. Layman. *tr.* 10. *part.* 2. *c.* 2. 2. *num.*

num. 2. Lugo *disp.* 14. *De Pœniten. num.* 42. Bonacina *quæst.* 2. *De Matrimon. Propos.* 5. Basil. Pontius *l.* 1. *c.* 9. *num.* 3. & mordicùs Aversa *hic. quæst.* 1. *Sect.* 5. dicens: *decere constans esse quòd non.* Ratio (an potiùs conjectura) datur. Quòd Christus Dominus ità contractui connexuerit rationem Sacramenti, ut, quàmvis positio contractûs pendeat à voluntate fidelium, eo tamen posito, non pendeat à voluntate fidelium ratio Sacramenti, sed eo ipso, quòd contractus ejusmodi legitimè ponatur, statim ex Christi institutione ei adhæret ratio Sacramenti. Quare infert Layman: *Quicunque ex baptizatis verè matrimonium contrahere volunt, etiam virtualiter Sacramentum accipere volunt, contra verò, si nollent, absolutè loquendo, Sacramentum suscipere, consequens esset, ut neque matrimonium contrahere intenderunt: ideóque contractus irritus esset. Ut Sanchez notavit vit. Dico: Si absolutè nollent. Propter hæreticos, qui nolunt suscipere Sacramentum ex hypothesi erroris speculativi, quo falsò existimant, non esse Sacramentum; interim volentes matrimonium contrahere, sicut fideles solent, & in Ecclesia Christi consuetum est.* Hæc Layman sapienter. Huic sententiæ libens accederem, si firmiori rationi inniteretur. Altera sententia affirmat simpliciter, id validè fieri posse, etsi minimè licitè. Ita *Durand. Victoria, Cajetanus, Vasqu. Rebellus*, aliisque congestis Perez *Disp.* 19. *Sect.* 10. fusè Hurtad. *Disp.* 3. *De Matrimon. diff.* 10. Diana

part.

part. 3. tract. 4. resol. 255. Dicastil. *dub.* 19. *disp.* 2. Tambur. *tract.* 5. *c.* 1. *num.* 6. & probabiliorem censent Herincx *disp.* 2. *quæst.* 3. *num.* 17. cum Gobat *tract.* 9. *cas.* 11. *num.* 228. Ratio solidior est, quia illa inseparabilitas nulla solido fundamento nititur; mutatio enim non præsumitur, sed probari debet; esset autem valdè à Christo mutatus contractus matrimonii, si in veteri Lege potuit validè celebrari sine Sacramento, in nova autem Lege non posset: Neque Christus sua institutione annullavit contractum aliàs validum, sed ei in natura sua invariato solum addidit dignitatem Sacramenti: Cum ergò cujuscunque Sacramenti confectio pendeat ab intentione ministri volentis illud conficere; sicut posset quis (etsi illicitè) abluere puerum & formam Baptismi proferre, nolens tamen illum defacto baptizare: quo casu certè nullum Sacramentum conficeretur: ita sanè posset quis velle contractum matrimonii inire simpliciter validum eo modo, quo olim Abraham cum Sara, Cicero cum Terentia, & tamen nolle conficere vel accipere Sacramentum. Quo casu contractus civilis fuit validus, nullum tamen erit Sactamentum: atqui testatur Pontius cit. id observari ab Inquisitoribus cum Christianis judaizantibus in Portugalia ac Lusitania, qui solent priùs secretò contrahere, ut posteà coram Parocho certiùs rationem Sacramenti excludant, quorum tamen sic contrahentium matrimonium nunquam invalidum judicat. Fateor hanc

hanc sententiam priori esse probabiliorem. Jam quoad praxim, & de facto.

IV. Certum est primò: Non posse licitè sic 357
separari à contractu matrimonii rationem Sacramenti à Christo instituti, sed peccare mortaliter fideles baptizatos, si velint matrimonium contrahere separando rationem Sacramenti: æquè ac si quis abluens infantem seriò proferret formam, nolens tamen conficere Sacramentum. Juxta communissimam DD. apud citt. Ratio est; quia utroque casu irritatur, & falsificatur actio Sacramentalis à Christo instituta. Et Christus contractum matrimonii elevans ad dignitatem Sacramenti sine dubio sic voluit matrimonium contrahi à fidelibus. Constat denique ex communi sensu, usúque fidelium, ipsiúsque Ecclesiæ, quæ idcircò in contractu requirit statum gratiæ. Certum est 2. Catholicos non separare; nam ex Catechismo norunt, matrimonium esse Sacramentum, & monentur à Parochis, ut se confessione præmissa præparent ad nuptias, tanquàm ad Sacramentum suscipiendum. 3. Certùm etiam videtur, plerumque non separare hæreticos, qui non credunt matrimonium esse Sacramentum, & proindè etiam dicunt, se nihil velle habere negotii cum Papistico Sacramento in suo matrimonio contrahendo. Nihilominùs tamen plerósque eorum re ipsa recipere Sacramentum, si nullum aliud impedimentum intervenerit, indicavit

dicatur Layman modò suprà, & cum aliis bene probat Perez *disp.* 19. *Sect.* 3. *num.* 3. & Gobat *cas.* 11. *& num.* 234. Ratio sumitur ex communi doctrina de Sacramentis in genere; quia error privatus, quo quis existimat, matrimonium non esse Sacramentum, & ideò intendit non facere Sacramentum, nihil planè obstat Sacramento, dummodò is habeat intentionem generalem faciendi eo modo, quo Christus instituit vel fieri voluit, quo vera Ecclesia, vel ver. fideles faciunt &c. Atqui certum est, plerosque hæreticos, Lutheranos, Calvinistas, Zwinglianos habere illam intentionem generalem, scilicèt contrahendi matrimonium more Christiano, quo Christus instituit, quo suos fideles contrahere voluit: ut experientia patuit in omnibus ad fidem Catholicam conversis, & palàm profitentur plerique interrogati: ergò re ipsâ, generali hâc intentione prævalente privatæ erroneæ intentioni, non separant, sed verum Sacramentum conficiunt, & suscipiunt. 4. Probabilissimũ tamen est; hæreticos etiam quandoque re ipsa separare: nam præter id, quod de Christianis judaizantibus Pontifex suprà, & Diecastillus testati sunt, certè nonnulli hæretici sunt ita profani, impii, & rerum divinarum contemptores, ut licèt scirent, Christum præcepisse; ut matrimonium non ineatur, nisi cum intentione Sacramenti, hoc tamen præceptum non curarent, sicut multa alia, & præsertim, si sibi persuaderent, rationem Sacramenti in matrimo-

trimonio esse radicem indissolubilitatis, multi mallent fidem permutare, judaica superstitione, vel turcica impietate, quam matrimonium contrahere indissolubiliter.

Quid ergò sentiendum de tali matrimonio cum exclusione Sacramenti contracto? Doctores primæ sententiæ dicent, matrimonium simpliciter esse nullum. At secundæ sententiæ Doctores concedent, esse contractum validum civilem, saltem si indissolubilitatem non excludat. Sed de hoc iterum aliquid in Subsectione.

§. IV.

Solemnitas ad valorem requisita est assistentia Parochi & duorum vel trium Testium

358 TExtus Concilii Tridentini annullantis matrimonia clandestina, & ad validè contrahendum requirentis præsentiam Parochi & Testium jam *Sect.* 1. §. 5. recitatus & explicatus est quoad necessitatem: Jam porrò explicandus quoad qualitates ejusdem Parochi & Testium.

I. Qualis Parochus requiritur?

359 PArochus assistens matrimonio valido debet esse proprius, vel utriusque, vel saltem unius sponsorum; adeòque quandò sponsus vel sponsa spectant ad diversas Parochias, poterunt contrahere in utralibet coram illius Parocho, secundum communissimam DD. & notam Declarationem Cardinalium. Quòd si Parochus sponsi v. g. assistat in Parochia sponsæ sine licentia illius

Parochi valet quidem actus, ac matrimonium, ſecundùm communem DD. At ex Decreto Pii V. apud Tanner. *hic diſp. 8. quæſt. 3. num. 116.* puniendus eſt. Sicut & puniendus eſt (& ſecundùm Tannerum ibidem *num. 120.* ſuſpenſionem incurrit Parochus, ſi utrumque ſponſum ſuum Parochianum in aliena Parochia ſine ejuſdem Parochi licentia copulet. Attamen adhuc valere matrimonium, (contra Navar. nimis rigidè negantem cum quibusdam ſequacibus) rectè affirmat communis DD. *Henriq. Rodriq.* aliiſque citt. Sanchez *l. 3. diſp. 19.* Layman *part. 2. c. 4. num. 3. in fine. Perez, Dicaſtil. Barboſa. num. 429.* Ratio eſt; quia Concilium tantùm requirit præſentiam Parochi, quæ jam habetur: neque enim hic agitur de jurisdictione contentioſa. Is verò, qui ſponſos alienæ Parochiæ ſine licentia proprii Parochi copulat, præterquàm, quòd matrimonium nullum ſit, tamdiu ſuſpenſus eſt ab officio & beneficio Parochiali, donec abſolvatur ab Epiſcopo Parochi, cujus jus invaſit. Sic enim expreſsè decernit Tridentinum *Seſſ. 24. c. 1. De Reformat. Matrimon.* At, ſi Religioſus ſit, incurrétne etiam excommunicationem Clementinæ, *De Privilegiis 2.?* R. Probabiliſſimè, quòd non; quia illam excommunicationem à Concilio Tridentino fuiſſe commutatam in ſuſpenſionem dictam, declaravit Congregatio Cardinalium, teſte *Gallemart*, ad illum locum. Et certè ab utraque excuſat omnis ignorantia etiam craſſa; nam

&

& Clementia excommunicat, & Tridentinum suspendit illos solos, *qui præsumpserint, vel ausi fuerint* copulare sponsos alienæ Parochiæ, adeóque scientiam & malam fidem in eis requirunt. *Sanchez, Perez, Barbosa*, alii communiter, & DD. *De censuris.*

II. Proprius Parochus utique intelligitur respectu propriorum Parochianorum tantum, qui nimirum in sua Parochia aut domicilium habeant, perpetuæ scilicèt habitationis, autquasi domicilium, scilicèt majori vel saltem æquali anni parte ibi habitantes. Juxta dicta in simili de Sacramento Pœnitentiæ. Quarè non validè assisteret matrimonio illorum Parochus, qui in suâ Parochiâ minori parte anni, uno aut duobus mensibus, negotii vel recreationis causâ commoratur. Minus, si solum pertranseat aut uno vel altero die subsistat: ut contra *Pontium* & alios nimis laxè loquentes docet communis DD. & ex professo Lugo *Respons. moral. l. 1. dub.* 37 Tambur. *tract.* 6. *c.* 2. §. 5. *num.* 11. Ratio est, quia respectu istorum nullo sensu potest dici proprius Parochus. Vagabundorum autem, qui nullum alibi domicilium habent, matrimonio validè assistit Parochus loci, ubi degunt; imò secundùm Sanchez & Pontium quilibet Parochus; at non licitè, nisi priùs ab Ordinario loci licentiam obtineat. Sic enim Tridentinum *Sess.* 24. *c.* 6. *De Reformat. matrimon.* præcipit Parochis, nè vagorum matrmoniis intersint, nisi diligentem inquisitionem fecerint; ne scilicèt

360

impedimentum subsit, & re ad Ordinarium delata ab eo licentiam id faciendi obtinuerit. Sic ibi. Cæterùm vagabundos ad hunc effectum censent DD. sponsos, etiamsi unus tantum eorum vagus sit: aut si suum domicilium reliquerit animo alibi domicilium figendi, etsi nondùm eò pervenerint.

361 III. Proprius Parochus sponsorum intelligitur non tantùm immediatus & propriè dictus Parochus eorundem Parochiæ, sed etiam mediatus ac Superior eorum Ecclesiasticus pastor; etenim etiam proprius Episcopus vel alius Episcopali jurisdictione præditus, ejusdémq; in Spiritualibus Vicarius Genetalis: Item legatus Sedis Apostolicæ in sua Provincia, ad quam destinatus est: ac denique in omnium fidelium matrimoniis Summus Pontifex assistere, & assistendi licentiam dare potest; siquidem hi omnes nomine Ordinarii Pastoris veniunt, quibus addi debet Capitulum Sede vacante, cum succedat in jurisdictione Episcopi: ut ex jure & communi observat Layman cit. *c.* 4. *num.* 5. *in fine* Item intelligitur Parochi vel Parochiæ Vicarius, etiam temporalis vel ad nutum amovibilis ut contra Pontium ac alios, cum plurimis docet Sanchez *l.* 3. *disp.* 21. Diana *part.* 12. *tract.* 3. *resol.* 35. Item Sacerdos non quidem verus Parochus, sed per errorem communem cum titulo coloram pro vero Parocho habitus: juxta dicta De Pœnitent. ex communissima DD. Item verus Parochus, etsi non Sacerdos, matrimonio suorum

assiste-

assistere, & alteri Sacerdoti assistendi licentiam dare potest; juxta communem DD, cum Sanchez *l. 3. disp.* 20. Layman *c. 4. num.* 4. & expressè Cardinalium Declaratio apud Dianam *part.* 12. *tract. 3. resol.* 32. imò etiamsi nullo sacro Ordine initiatus vel insignitus adhuc esset. Tambur. *disp.* 8. *quæst.* 3. *num.* 175. Barbosa *De Parocho num.* 60. Quia Concilium loquitur absolutè de Parocho.

IV. Valida est assistentia etiamsi Parochus sit 262
ab administratione interdictus, suspensus, excommunicatus, etiam non toleratus, v. g. notorius percussor Clerici, modò non sit actualiter depositus vel privatus, sed Beneficium ac titulum, possessionémque Beneficii parochiani retineat, Communissima cum Sanchez *disp.* 12. *num.* 4. Coninck *disp.* 27. *num.* 7. Layman *c. 4. num.* 5. Ratio est; quia assistentia hæc non est actus jurisdictionis vel administrationis, cùm etiam ab invito vel coacto validè præstari possit; sed est actus testimonii ex juris dispositione ad matrimonii substantiam requisitus: quamdiu ergo verus Parochus manet, matrimonio assistere aut authoritatem præbere poterit; jam enim contrahitur matrimonium præsente Parocho, servatâ proprietate verborum Tridentini, quæ utpote correctoria, strictè interpretanda sunt. Quin adhuc validè assistet matrimonio Parochus, licèt Episcopus & justa ex causa interdixerit eam assistentiam respectu hujus aut illius matrimonii: non solum si interdixit simplici prohibitione,

ne, sed etiam si cum clausula irritante talem assistentiam; quia Episcopus non potest restringere, vel tollere potestatem jure communi Concilii Tridentini concessam Parochis. Ita cum aliis Sanchez *l.* 3. *disp.* 32. *num.* 2. Lugo *l.* 1. *Resp. moral dub.* 45. referens, Congregationem Cardinalium monuisse quendam Episcopum, ut revocet suum edictum, quo edicebat, ut si Parochus assisteret matrimonii occultis domesticis, sine præviis de nuntiationibus, contractis, assistentia & matrimonia essent invalida; quia nimirùm tale præceptum dare non potuit; hoc enim esset condere novum impedimentum dirimens matrimonia, quod non cadit sub potestate Episcopi.

At Parochus talis interdictus, suspensus, excommunicatus, non toleratus poteritne etiam alteri Sacerdoti licentiam assistendi dare? Nec valide, nec licitè dare, docent *Ledesm.*, *Henriq.*, *Coninck*, plurésque citans Sanchez *l.* 3. *disp.* 21. *num.* 7. Layman cit. *num.* 5. Ratio est; quia dare alteri licentiam, qua alius alioquin non idoneus, reddatur idoneus ad actûs legitimum valorem, videtur esse actus & exercitium jurisdictionis, (etsi non pauci negent apud Dianam cit. *resol.* 33.) Et consequenter etiam Parochus non censuratus, attamen interdictus ab Episcopo cum clausula irritante, ne aliis licentiam assistendi tribuat, nec validè, nec licitè eam licentiam tribuere poterit; ut cum aliis resolvit Diana cit. *tract.* 3. *resol.* 32. Etsi de hoc subdubitet Tamb. cit. *c.* 2. §. 3. *num.* 22.

II.

II. Quis alius ex licentia Parochi.

I. CErtè solus alius Sacerdos de licentia pro- 363
prii Parochi, (etsi hic ipse Sacerdos non sit, ut supra) validè matrimonio assistere potest: juxta clara verba Tridentini: *Qui aliter, quàm presente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi licentia, &c.* Certè etiam omnis Sacerdos validè assistet, etiam non approbatus, suspensus, excommunicatus, irregularis, &c. eadem ratione à fortiori, quâ suprà da Parocho dictum. Quare, si ipse Parochus excomunicatus non sit, validè saltem semper poterit substituere alium Sacerdotem, etiam excommunicatum, quamvis non toleratum, v. g. notorium percussorem Clerici; quin & licitè in causa necessitatis; si Parochus ipse infirmus, vel tempore pestis assistere non possit, nec alium Sacerdotem, quàm talem habere possit: ut ex *Chapeaville* notat Layman cit. *num. 5. post medium.*

II. Licentia hæc assistendi voce vel scripto à 364
Parocho, cæterisque prædictis dari potest vel particulariter, ad hoc certum matrimonium: vel generaliter ad matrimonia quævis. Hanc generalem licentiam dare censetur, si dicat Parochus Sacerdoti v. g. do tibi licentiam administrandi omnia Sacramenta in mea Parochia; quia impropriè saltem hæc assistentia Sacerdotis est administratio Sacramenti matrimonii. Ita ex declaratione Cardinalium *Coninck, Pontius, Castro-Palaus*, cósque citans Diana *part.* 11. *tract.* 3. *resol.* 32. etsi de hoc dubitet *Averja*,

& rotundè negat *Hurtad.* apud Tambur. cit. §. 5. *num.* 5. requirens licentiam generalem exercendi officium Parochi. At poteritne Sacerdos v.g. hanc generalem à Parocho acceptam licentiam assistendi matrimonio alteri subdelegare, ut alicui matrimonio assistat? Concedunt multi, & multi negant. *Diana* proximè cit. distinguit: posse in absentia Parochi: non verò posse in præsentia; quia in absentia est delegatus ad universalitatem causæ; non verò in præsentia Parochi. Consentit Gobat *num.* 487. *in fine.* Nec ego dissentio.

365 III. Non sufficere tacitam licentiam vel præsumptionem de ratihabitione futura, omnes clamant ob rationem datam in simili, in materia de Pœnitentia. Sufficere autem tacitam de præsenti licentiam habitam scilicet per tolerantiam Parochi videntis, & non prohibentis, cùm posset, docet communis DD. *Sanchez*, *Pontius*, *Castro-Palaus*, & probabiliùs censet Tambur. cit. *num.* 5. At simpliciter negant *Menoch.*, *Henriq.*, *Barbos.* ac Tanner. cit. *num.* 120. Et certè non sufficere tacitam illam licentiam, sed exigi commissionem generalem ministrandi omnia Sacramenta, vel si hæc non adsit, specialem & expressam, declaravit S. Congregatio Cardinalium: ut testatur Fagnanus, *in c. quod nobis, de desponsat. impuber.* Porrò, quamvis Parochus vel Ordinarius reverà licentiam dederit antequam tamen ea Sacerdoti innotuit, hic invalidè assistet; quia eam non habet, donec eam acce-

acceptet: acceptare autem legitimè non potest, dum eam datam esse ignorat. At, si dictus Sacerdos per nuntium petiit à Parocho vel Vicario Generali licentiam assistendi certo matrimonio, validè ea utetur, quamprimùm concessa est, etsi eam concessam nondum intellexerit; quia per illum nuntium jam illam acceptavit. Sanchez *l.* 3. *disp.* 37. *Coninck*, *Barbosa*, *Castro-Palaus* apud Tambur. cit. *num.* 7. & Gobat *num.* 190. contra *Pontium*, *Perez* & Dianam cit. *resol.* 32. Certè autem, antequam resciat licentiam petitam esse concessam, non assistet licitè; quia semper est periculum, ne licentiâ nondum fortè datâ matrimonium fiat invalidum. Ut benè notat *Tambur*. ibidem.

IV. Sufficit licentia per vim vel metum ex- 366
tortajeo quòd probabiliter non sit actus jurisdictionis, secundùm *Sanchez* & alios. Aut; quia verius est, jurisdictionem metu extortam valere. *Castro-Palaus*, *Diana*, *Tambur*. cit. Idem dicendum, si ficto & non vero animo dedit licentiam Parochus; nam adest tunc titulus coloratus, scilicet licentia externè data, & comunis error putantium vero animo datam esse licentiam. Sanchez cit. *disp.* 32. *à num.* 60. Aversa, alii cum Tambur. §. 2. *c.* 3. *num.* 16. Insuper sufficit licentia extorta per dolum versantem solùm circa causam impulsivam: ut si falsò dicas tuo Parocho: meus Princeps vel Dominus Comes rogat te, ut des mihi licentiam contrahendi coram tuo Capellano. Sanchez *l.* 3. *disp.* 39.

num. 14. *Diana, Perez, Tambur.* cit. alii communiter teste Gobat *num.* 489. At quid si Parochus post licentiam legitimè datam moriatur? &c. cum distinctione: si quidem licentia data sit ad assistendum alicui certo matrimonio & mors parochi nota sit, invalidè assistet Sacerdos ille; quia delegatio data ad certum casum exspirat morte concedentis; si autem mors Patochi nondum nota sit, adhuc validè assistet ob titulum coloratum & errorem communem. Simpliciter autem non exspirat tua licentia generatim data assistendi matrimoniis quibusvis. Ita Lugo *Respons. moral. l.* 1. *dub.* 35. post Sanchez *l.* 3. *disp.* 28. *a num.* 64.

367 Petes hic incidenter: An licentia proprii Parochi etiam necessaria sit confessario v. g. pro moribundo, ut matrimonio sibi jungat concubinam occultam ad emendandum affectum concubinarium, ad legitimandam prolem, &c. &. Omninò quòd sic; nam decretum illud Tridentini, ubi publicatum & receptum est, ita obligat, ut ne quidem in extremo agone, aut etiam intentato mortis metu possit validè contrahi sine Parocho (ejúsve licentiâ) & testibus ob quamcunque causam: juxtà communissimam DD. cum Sanchez cit. ac fusè probat Barbosa *de Parocho part.* 2. *c.* 21. *num.* 31. Ratio est; quia verba Tridentini sunt valdè clara & universalia, & inhabilitas ad contrahendum inducta per legem non tollitur per metum cujuscunque mali. Oppositum tamen probabile censent *Veracruz*, *Vega*,

Vega, alii apud Castro-Palaum *de sponsi. disp.* 2. *part.* 13. §. 8. & resolutè docet *Amicus* apud Dianam *part.* 10. *tract.* 12. *resol.* 15. latè defendens, posse sine Parocho contrahi tunc singulariter à concubinario moribundo, quando, nisi per matrimonium legitimetur proles prius suscepta in concubinatu, Titii concubinarii hæreditas devolveretur ad hæreticos. Item posse clandestinè contrahi, quandò quis minetur tibi mortem, nisi contrahas, & mox consummes matrimonium; eò quod non videatur verosimile, Concilium Tridentinum ejusmodi casus urgentissimæ necessitatis suo decreto voluisse comprehendere: Ego cum *Diana* ibidem, & Gobat *cas.* 18. *n.* 477. remitto decisionem utriusque casus judicio habentium jus definiendi. Vide ergo Confessarie in casu occurrente; ut tutiora & securiora sequaris, quoad potes.

III. Quales testes.

I. EAdem, ac tanta necessitate, quâ ad valorem matrimonii requiritur præsentia Parochi proprii, aut alterius Sacerdotis de ejus licentiâ etiam requiritur præsentia duorum vel trium testium, ex claro Textu Tridentini sæpè allegati, *Sess.* 24. *c. De Reformat. matrim.* Cæterum ab eadem S. Synodo non præscribuntur ullæ certæ qualitates eorum testium, neque ullum genus hominum repellitur à testimonio hîc dicendo, Et hinc communissimo Theologorum ac Canonistarum consensu 368

II. Testes idonei pro matrimonii valore reputandi 369

candi sunt omnes homines, quos jus naturale non arcet; hoc autem non arcet à testimonio dicendo, nisi illum, de quo certum, vel probabile, vel prudens timor est, quòd non sit daturus, vel dare non possit verum testimonium: uti sunt ebrii, amentes, infantes, aut certè homo nullius fidei; ut si quis in judicio perjurium commisit, nec probatur, se emendasse *c. Parvuli. 22. quæst. 5.* Contrà ergò

370 III. Testes idonei reputandi & admittendi sunt quicunq; dare possunt, daturíque creduntur verum testimonium, etiamsi in aliis commerciis humanis jure communi repellantur à testando; utpotè etiam pueri impuberes, fœminæ, consanguinei, affines, parentes, liberi, servi, infames, excommunicati, infideles, &c. Communissima DD. cum Sanchez *l. 3. disp. 41.* Coninck. *disp. 27. dub. 4.* Layman. *c. 4. num. 6.* Ratio jam indicata est; quia constitutio Tridentini juris veteris correctiva non est extendenda ultrà proprietatem verborum, quæ simpliciter testes, nullas autem qualitates testium exigit. Accedit, quòd authoritas Parochi suppleat aliorum testium defectum, præsertim accedente contrahentium, eum eligentium, consensu, quo etiam in aliis commerciis testes alioquin repellendi admitti possunt. Ut notant *Layman.* cit. & alii. Et hinc ulteriùs.

371 IV. Si de matrimonii valore postea in judicio lis moveatur ordinariè sufficere tales testes ad rei gestæ fidem faciendam, cùm ad eum finem primò adhibiti & admissi sint, meritò docet Sanchez

chez cit. *num.* 6. & Layman *num.* 6. *in fine.* Dico tamen *ordinariè*; nam ad probandum matrimonii contracti nullitatem, ut illud dissolvi, seu invalidum pronuntiari possit, testes requiri omni exceptione majores, rectè monent DD. passim. 372

Quoad pœnas Parochi & testium ut statuit Tridentinum *Sess.* 24. *c.* 1. De reformat. Matrimonii. *Sacra synodus Parochum vel alium Sacerdotem, qui cum minore testium numero* (utpotè uno vel nullo) *& testes, qui sine Parocho vel Sacerdote hujusmodi contractui interfuerunt; necnon ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit.* Hæc Concilium. Per hujus pœnæ arbitriæ ab Ordinario infligendæ sententiam sublatas esse pœnas graviores juris antiqui: utpotè suspensionem triennalem (*c. Finali. De Clandest. desponsat.*) latam in Sacerdotem sine aliis testibus assistentem matrimonio, censet Sanchez *l.* 3. *disp.* 48. cum Gasp. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 10. Rationem dante; quia, quandò lege nova imponitur mitior pœna quàm erat imposita lege antiqua, cessat antiqua, & tacitè à lege nova videtur auferri. Sic ille. Sed contradicit cum aliis Barbosa. *De potest. Episcop. allegat.* 32. *num.* 162.

IV. Qualis præsentia Parochi & Testium?

1. REquiritur præsentia Parochi & testium moralis ex parte intellectûs, ut ipsi nimirùm intelligant & actualiter advertant; quid agatur, ideóque testificari possint, matrimonium 373

um utriusque consensu contractum esse. Omnes. Arg. L. 209. De verbor. significat. *Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur presente eo fecisse, nisi is intelligat; itaque si furiosus aut insanus sit, vel dormiens: itémque plenè ebrius, non videtur coram eo fecisse.* Hæc ibi. Idem dicendum de eo, qui corpore præsens est physicè vel materialiter tantùm, sed omninò nihil advertit, quid agatur Sanchez cit. *disp.* 39. *num.* 5. Idémque: si sponsus vel sponsa facie cooperta, nè quidem ex voce certò cognoscatur à Parocho vel testibus; sic enim non potuerunt de hoc matrimonio testari, ideóque nullum erit. Tambur. *hic tract.* 6. *c.* 2. §. 3. *num.* 6. Et dixi notandum: *actu advertant*; Non sufficit enim advertentia vel attentio virtualis tantùm, ut Parochus vel testis accedat animo advertendi quidem, deindè verò propter mentis distractionem vel occupationes alias actu non advertat; cùm sine advertentiâ vel attentione actuali ad ipsum actum veri testes de facto alieno esse non possint, esto talis attentio virtualis sufficiat in aliis Sacramentis, in Horis Canonicis, &c. Attamen satis est, licèt ipse Parochus vel testis non intelligat ipsos loquentes, modò hi per fidelem interpretem declarent præsenti Parocho & testibus suam voluntatem; nam utique interpres fidelis præsentis est æque sufficiens, ac Procurator absentis. Ità contra *Pontium* & alios, *Perez*, *Hurtad.* aliisque citatis fusè Diana *part.* 10. *tract.* 13. *resol.* 17. Gobat. 490.

Il-

II. Non requiritur præsentia moralis etiam 374
ex parte voluntatis, ut nimirum Parochus & testes voluntariè adsint, seu velint adesse, percipere, testificari, &c. dummodò reverà adsint, percipiant, & verè testificari possint; nam, ut cit. *L. Reus*, pergit Jurisconsultus Florentinus: *scire autem testis, non autem velle debet.* Nam etiam invito eo rectè fit, quod jussum est, adeoque Parochus & testes validè matrimonio assistent, etiam vi vel metu, dolo vel fraude ad locum contractûs adductus, vel in eo retentus sit, etiamsi planè invitus sit. Ex communi Sanchez cit. *disp.* 39. Coninck. *disp.* 27. *num.* 24. Pontius *l. 5. c.* 21. *num.* 6. Barbosa *De Parocho part.* 2. *c.* 21. *num.* 47. *Diana parte* 1. *tract.* 3. *resol.* 32. Tambur. in *c.* 2. §. 3. *dub.* 9. Gobat *cas.* 18. *n.* 491. Et quidem adeò invitus, ut claudat aures & oculos, ne quicquàm audiat, vel videat, dummodò interim verè percipiat, quæ agantur. Secùs utique esset, si ita conetur & affectet non percipere, ut reverà non percipiat, dum actu contrahitur matrimonium *Sanchez, Diana, Barbosa, Tambur. Gobat.* Quâ ratione intelligenda declaratio Cardinalium: *Non valere matrimonium, si non intellexit Parochus, nisi Parochus affectasset non intelligere.* Subaudi: ita, ut tamen revera intellexerit. Ut contrà *Pontium & Sanchez* benè probat, & defendit, *Gobat l. c.* Ratio omnium est; quia, quamvis ex parte voluntatis sit repugnantia, dummodò

dò adsit sufficiens advertentia ex parte intellectûs, adest totum, quod requirit Tridentinum,

375 III. Nec requiritur, ut Parochus, aliive testes ad id vocati vel rogati sint, sed sufficit, si casu interveniant matrimonii contractui, v. g. convivii, confabulationis vel alterius negotii causâ; nam *Arg. L. 11. ff. De testibus. Ad fidem rei gestæ faciendam etiam non rogatus testis intelligitur.* Adeóq; nulla alia formalis adhibitio Parochi vel testium requiritur, quam ut contrahatur coram eis sufficienter cognoscentibus, quid agatur, vel dicatur. Sanchez cit. *num.* 11. Layman, *num.* 6. *Hurtad. Adversa, Tambur.* aliiq; plurimi cum *Diana & Barbosa* l. c. Etsi contrà sentiant *Pontius & Fagnanus* adferentes Declarationem Cardinalium in contrarium, de quâ tamen nobis authenticè non constat. Certè *Adversa & Tambur.* explicant, Congregationem loqui, quandò ex tali casuali præsentia & transitu non potest benè percipi, quid agatur.

376 IV. Validè assistit matrimonio Parochus, etiamsi nihil omninò loquatur, nec proferat illa verba à Tridentino vel Rituali præscripta; cùm nulla verba Parochi sint de essentia matrimonii. Ex dictis suprà. Eaque verba omittendo, per se loquendo, solum venialiter peccare, contrà *Rebell.* docent *Sanchez, Tanner.* alii cum Gobat *num.* 492. Addit denique Layman. cit. c. 2. *num.* 7. Parochum Catholicum etiam licitè assistere matrimoniis hæreticorum in suâ Parochia degentium, cùm id ei non vetetur nec ratione

tione communicationis cum hæreticis; cùm ii sint tolerati: nec ratione reverentiæ Sacramenti, quod ii indignè suscipiunt; cùm ipse non sit minister, sed assistens tantùm & testis: nec infrequens est, quod assistat matrimoniis indispositorum. Certè nimis difficile foret, ipsis negare facultatem contrahendi, aut cogere, ut contrahant coram ministro hæretico, qui nullam jurisdictionem habet. Quidquid contrasentiat *Tanner.* apud Gobat *n.* 438.

§. V.

Præmissis de Præcepto tribus denuntionibus.

TExtus Concilii Tridentini *Sess.* 24. *c.* 1. *De reformat matrimon.* sic habet. *Sacri Lateranensis Concilii sub Innocentio III. celebrati vestigiis inhærendo præcipit* (Sacra Synodus) *ut imposterùm antequam matrimonia contrahantur, ter à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus Festis in Ecclesia inter Missarum solemnia publicè denuntietur, inter quos matrimonium contrahendum sit: quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur. Ubi Parochus, viro & muliere interrogatis & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque Provinciæ ritum. Quod si aliquandò* 377

probabilis fuerit ſuſpicio, matrimoniũ malitiosè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denuntiationes tunc vel una tantùm fiat, vel ſaltem Parochus & duobus vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur, deinde ante illius conſummationem denuntiationes in Eccleſia fiant, ut ſi aliqua ſubſint, impedimenta, faciliùs detegantur, utſi ordinarius ipſe expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiones remittantur; quod illius prudentiæ & judicio ſacra Synodus relinquit. Hactenus Concilium. Ubi aliqua pro neceſſaria notitia Confeſſarii notanda ſunt.

378 I. Denuntiationes iſtæ nõn ſunt de ſubſtantia ſeu valore matrimonii, ita ut ſi omittantur, irritum matrimonium cenſeri debeat. Ut contra *Menochium* & duos alios JCtos, docent omnes Theologi, ac Canoniſtæ comminuniſſimè; Cùm nec ipſum Tridentinum, nec ab eo allegatum Lateranenſe Concilium id ullo verbo ſignificet: ſed ſunt tantùm de neceſſitate præcepti, ut absque gravi & mortali peccato omitti non poſſint, cùm materia præcepti, graviſſimi momenti ſit, ne ſcilicèt matrimonia invalida contrahantur. Excepto tamen: niſi ob gravem & urgentem cauſam Epiſcopus diſpenſet, & in caſu neceſſitatis urgentis, cum Epiſcopus adiri non poteſt, ipſe Parochus dictas denuntiationes omittere poteſt & debet. Ut uno caſu expreſſo (eadem eſt ratio de ſimilibus) indicat ipſum Concilium, & ex communi docent Sanchez *l. 3. diſp. 10. num. 27.* Layman. cit. *tract. 10. c. 4. num.*

num. 11. Cæterum quamvis tam Concilium Tridentinum, quàm Lateranense cit. *c. ultimo. De Clandestina desponſ.* intenderit, quòd denuntiationes ab utriusque contrahentium proprio Parocho fiant ſi illi ad diverſas Parochias ſpectent; ut docent communiſſimè DD. cum Sanchez *diſp. 6.* Addit tamen Layman cit. *num.* 10. non debere damnari conſuetudinem, quæ adhuc hodiè in quibusdam Eccleſiis viget, ut denuntiationes fiant duntaxat in Parochia unius ſponſi, in qua nuptiæ celebrandæ ſunt; multùm enim valet conſuetudo in his, quæ ex jure poſitivo proveniunt, præſertim in propoſito non ſatis declarato.

II. Denuntiationes iſtæ ſunt velut quaſi edi- 379
ctum Epiſcopale, quo præcipitur fidelibus, ut ſi noverint aliquod impedimentum, ſive dirimens: ut conſanguinitatem affinitatem, &c. ſive impediens tantùm; ut votum ſimplex Caſtitatis, vel ſponſalia cum alio vel alia contracta &c. illud Parocho manifeſtent. Quaré conſcius alicujus impedimenti inter ſponſos, per ſe loquendo, tenetur illud manifeſtare ſub mortali. *Omnes.* Tum propter divinum Præceptum de impedimendo peccato proximo: tùm propter reverentiã Sacramenti. Tùm propter hoc ipſum præceptum Eccleſiaſticum ob gravem finem graviter obligans. Idque non tantum certiſſimò verum eſt, quandò ſponſi conſcii impedimenti volunt malitiosè contrahere: ut fatentur omnes: aut licèt ipſi ignari ſint impedimenti, ſed periculum ſub-

est, quòd posteà manifestetur illud; sed etiam verum est, quandò ipsi ignorant impedimentum, & non est periculum, illud posteà manifestandi; cùm etiam materialis irreverentia Sacramenti, & materiale peccatum proximi sit impediendum, quandò facilè potest: juxta communem DD. apud citatos, etsi tunc probabiliter negent *Pontius*, *Perez*, *Barbosa*, *Burghaber* apud Gob. *cas.* 13. *num.* 532. Quòd si autem malitiosè contrahere vellent, certum est, debere manifestari, etiamsi impedimentum oriatur ex delicto gravi, sitque notum uni soli, etiamsi illud nosset sub secreto naturali, etiamsi priùs fuisset præstitum juramentum de non pandendo; quippè quia nec secretum naturale, nec juramentum obligat cum tanto incommodo animæ, & bonorum aliorum. Vide *Burghaber centuria 2. cas.* 108. Sed de hoc mox iterum.

380 III. Testis volens manifestare impedimentum conjunctum cum infamia, utpotè ortum ex gravi delicto sponsi vel sponsæ, debet, servato ordine charitatis & correctionis fraternæ, prius monere obnoxium illi impedimento solùm, ut desistat à cogitato matrimonio, alioquin se suæ conscientiæ satisfacturum in eo denuntiando. Huic admonitioni etiam repetitæ coram uno bono viro, vel bonâ fœminâ, maximè coram parentibus, si non acquiescat ille reus vel rea illa, jam omninò servandum erit præceptum Christi: *dic Ecclesiæ*: & quidem, ut jam innui, debet dicere Ecclesiæ seu Parocho, etiamsi illud impedimen-

dimentum infamatorium nosset sub secrero naturali, jurassetque se non manifestaturum. Juxta communem DD. Sanchez *l.* 3. *disp.* 13. *num.* 6. Perez. *disp.* 43. *sect.* 6. *n.* 8. Dicastil. *disp.* 3. *dub.* 28. *num.* 299. Gobat. *cas.* 13. *n.* 536. Tandem omninò cessabit obligatio manifestandi impedimentum, imprimis quando ex revelatione imminet grave malum revelanti sive aliundè, sive ex se v. g. in delicto complici; non enim tenemur cum gravi nostro incommodo promovere correctionem proximi, vel impedire ejus peccatum. *Omnes.* Deindè quando timetur grave scandalum ex revelatione. Ex communi Sanchez cit. *num.* 9. Addit Gobat *num.* 536. idem dicendum, quando imminet grave damnum alteri innocenti in honore, fama. fortuna, vel vita. Ratio communis est; quia neq; lex charitatis, neque reverentia Sacramenti, neque præceptum Superioris potest obligare ad tale incommodum; quando quidem non sint facienda mala, ut eveniant bona. *Ad Rom.* 3. Declarabo mox uno & altero casu inferiùs.

IV. Denique & ipsemet sponsus vel sponsa 381
scienter laborans aliquo impedimento, etiamsi non interrogetur, tenetur aut manifestare suum impedimentum, estò conjunctum cum infamia: aut desistere à proposito contrahendi; quia tenetur non peccare; singulariter autē tenebitur aperire, vel à matrimonio desistere, si interrogetur à Parocho: an laboret impedimento? communiss. sima cum Sanchez *disp.* 14. alii passim. Ratio est;

quia licèt interrogatus non teneatur respondere, quando ob suam veram responsionem esset puniendus, cùm nimis difficile foret, se ipsum accusare in ordine ad pœnam; attamen quando interrogatio sit solùm in ordine ad evitandum peccatum, ut fit in proposito, adest obligatio respondendi syncere: sicut tenetur syncere respondere irregularis petens susci pi ad Ordines. Ais: quid ergò agendum sponso vel sponsæ, quando nec impedimentum suum potest manifestare sine gravissima sua infamia, aut etiam periculo vitæ ex una parte, nec ex altera parte potest desistere à matrimonio sine æquali gravissimo discrimine vel incommodo? responsionem habes *sect. 1. §. 3. In impedimento vis. à n. 23.*

582 Pro cautela confessarie cape hunc casum. Anna dicit ad Confessarium: Ursula desponsata est Petro, & jam facta est prima denuntiatio, sed Margareta juncta Ursulæ in secundo gradu consanguinitatis mihi ob certam causam sub summo secreto fassa est, esse se carnaliter cognitam à sponso Petro non ignaro cognationis. Teneorne nihilominùs obedire Parocho præcipienti manifestationem cognitorum impedimentorum? Respondit Confessarius: teneris. An rectè? Respondet meritò Gobat eodem *num.* 537. non rectè: errasse turpiter; gravissimè enim peccasset Margareta, si manifestasset crimen Ursulæ; utpotè, quæ planè erat innocens in ordine ad illud matrimonium. Quare nec ipsa Margareta tenebatur directe vel indirectè manifestare suum crimen; tene-

tenebatur tamen Anna illam sub alio prætextu dehortari ab illo matrimonio, si aliunde haberet Ursula justam causam recedendi: secùs, si non justam. Sic *Gobat* ibidem; *n.* 538. Rectè resolvens, non fuisse obligatam, scelus suum nefandum manifestare, sceleratam illam, quæ filium suum cum ejusdem & suâ filiâ contrahere matrimonium permisit, etsi ægerimè; cùm alia ratio non suppeteret impediendi incestuosissimas nuptias, nisi prodendo suum nefandum flagitium; nam certè lex naturalis charitatis de correctione fraterna se ad hoc non extendit; inauditum verò est, quod lex vel præceptum humanum comprehendat tam tragicos, cruentos & pudendos casus.

§. VI.

Effectus est Gratia sanctificans, & triplex bonum essentiale matrimonii, Fidei, Prolis, & Sacramenti indissolubilitatis.

I. MAtrimonium eo ipso, quo §. 1. probatum est, esse verum Sacramentum novæ Legis, etiam probatum manet ejus effectum principalem esse Gratiam sanctificantem, & jus ad gratias actuales pro tempore & occasione conferendas ad debitè & fructuosè obeunda munia & sufferenda onera matrimonii: Idque maximè, cùm matrimonium sit Sacramentum etiam in facto esse, perpetuò repræsentans conjunctionem spiritualem Christi cum Ecclesia; Verbi Divini cum natura humana. Nec de hoc effectu aliquid dicendum specialiter supereſt, 383

præter generatim dicta de effectu Sacramentorum in genere *p. 1. c. 1. Sect. 3.*

384 II. Matrimonii porrò (quatenùs contractus & Sacramentum est) effectus numerantur illa tria bona essentialia matrimonio, quatenus vinculum est (si nimirùm accipianter quoad obligationem & actum primum.) scilicet Fidei, Prolis, & Sacramenti, quæ eleganter explicat. D. Augustin. *l. 9. super Genesin* dicens: *In fide attenditur, ne præter vinculum conjugale cum alterò concumbatur: In prole, ut amanter suscipiatur, benignè nutriatur, Religiosè educetur: In Sacramento, ut conjugium non separetur, & dimissus vel dimissa, ne causâ quidem prolis, alteri conjungatur.* Sic sanctus. Vide etiam Layman. *tract. 10. part. 3. in initio.*

385 III. Bonum ergò Fidei consistit in obligatione servandi fidem tori conjugi, cùm petit; & soli conjugi. De quo ex professo *c. sequent. sect. 3. & 4.* Bonum prolis consistit in obligatione suscipiendi, nutriendi & educandi prolem. De quo aliàs in quarto Præcepto; necessaria tamen indicabo infra *cùm de debito, in fine.* Bonum Sacramenti consistit in indissolubilitate matrimonii vivente utroque conjuge, seu, ut loquuntur jura, in perpetua vitæ societate; hac enim velut Sacramento ac sacro signo vel symbolo repræsentant matrimonium, & conjuges indissolubilem conjunctionem Christi cum Ecclesia, & Verbi Divini cum natura humana. Et de hoc breviter hac ultima Subsectione.

IV. Præ-

IV. Prænotandum autem est, duplicem esse 386
modum dissolvendi matrimonium, quoad vinculum, & quoad torum. Quoad vinculum dicitur dissolvi matrimonium, quandò nexus & obligatio inter conjuges simpliciter tollitur, ut verè desinant esse conjuges, & utrinque liberi evadant, ac si nunquam conjugati fuissent, restituuntúrque in eum statum, quem ante nuptias habuerunt; perindè acsi uterque mortuus revocaretur ad vitam, posset uterque convolare ad aliud matrimonium. Dissolutio autem quoad torum dicitur, quando manente vero conjugio quoad vinculum, solùm liberatur conjux obligatione debitum conjugale reddendi, cohabitandi, cæteráque officia conjugalia præstandi, seu, quandò saltem acquirit verum jus negandi debitum, & cætera prædicta, sicut fieri per adulterium, dicemus *c. sequent. in fine.*

SUBSECTIO.

De indissolubilitate & dissolubilitate Matrimonii.

SUMMARIA.

388. *Jure divino*, 389. *ac etiam jure naturæ.*
390. *Saltem inchoative, indissolubile est omne matrimonium*, legitimum, ratum, consummatum.
391. *Adeoque etiam matrimonia hæreticorum aut indissolubilia sunt, aut nulla.*
392. *Matrimonium infidelium, etiam consummatum, solvitur per unius conversi & baptizati aliud matrimonium contractum.*
396, *Matrimonium fidelium* ratum *tantùm solvitur per professionem Religionis.*

398. *Etiam post multos annos (ubi 399. de privilegio primi bimestris.)*
401. *Ac etiam per dispensationem Pontificis.*
402. *Solvuntur fundamenta contraria.*
404. *Matrimonium verò* consummatum *fidelium est simpliciter indissolubile.* 405. *quoad vinculum.*
407. *Est tamen solubile quoad torum.*
408. *I. Per Professionem Religionis, mutuo consensu, vel de licentia alterius factam.*
411. *II. Per susceptionem Ordinis sacri.*
412. *III. Per votum simplex castitatis mutuo consensu emissum &*
413. *IV. Per electionem continentiæ.*

ASSERTIO.

487 *MAtrimonium omne, legitimum, ratum, consummatum ex primævâ sui institutione jure divino est indissolubile; adeóque etiam hæreticorum matrimonia aut indissolubilia sunt, aut verius nulla, & meri concubinatus. Matrimonium legitimum infidelium etiam consummatum solubile est per unius conjugis conversi ac baptizati aliud matrimonium contractum. Matrimonium ratum fidelium etiam solvitur per Professionem Religionis approbatæ, & ob causam urgentissimam etiam per dispensationem Pontificis. Matrimonium consummatum verò fidelium simpliciter indissolubile est quoad vinculum sed benè solubile quoad torum per divortium, sive ob crimen, sive ob majorem vitæ perfectionem.*
Hæc Assertio magna parte speculativa est, & controversa; explico quantùm satis est.

§. I.

§. I.

Ex primæva sui institutione jure divino est indissolubile.

ITa expresè Concil. Trident. *sess.* 24. *In doctrina de Sacramento Matrimonii,* probans ex verbis Adami Gen. 2. & Matth. 19. *Matrimonii perpetuum indissolubilémque nexum primus humani generis parens divini spiritus instructu pronuntiavit, cùm dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea; quamobrem relinquet homo Patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne unâ, &c.* & postea ejusdem nexùs firmitatem ab Adamo tantùm anteà ptonuntiatam confirmavit Christus *Mat.* 19. dicens: *Itaq; jam non sunt duo, sed una caro; quod ergò Deus conjunxit, homo non separet.* Et ibidem replicantibus Judæis libellum repudii à Moyse permissum respondit Christus: *Moyses ad duritiem cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic; &c.* Ubi Christus manifestè ostendit, matrimonium à primâ sui institutione fuisse indissolubile, ac deinceps etiam in Lege Evangelica idem observandum esse, excluso omninò illo libello repudii Moysaico. *Deuteronomii.* 14. 388

II. Insuper matrimonium quodcunque legitimum, etiam infidelium, ipso jure naturæ esse indissolubile docent permulti DD. *Sot. Vasquez, Rebel. Pontius, Bellarmin. Hurtad. Castro-Palaus. Leander,* eósque citans *Tamburinus.* Ratio potissimum est: quia certum est; naturaliter illicitum 389

tum esse concubitum vagum, & communicationem virorum & uxorum indifferenter; cum id repugnet fini principali matrimonii, scilicèt susceptioni, educationi prolis; ergò certum debet esse matrimonium naturâ suâ indissolubile; si enim naturâ sua esset solubile, sicut cæteri contractus mutuo consensu, passim possent relinqui viri & mulieres, aliis matrimoniis, ductis: sicque re ipsa admitteretur communicatio virorum & uxorum: quæ jure & lumine naturæ negatur ab omnibus etiam Ethnicis. Contrà tamen matrimonium non esse ita naturâ suâ indissolubile, ut ejus dissolutio juri naturali repugnet, docent alii probabilius, Sanchez *l. 2. disp. 13.* Conink *disp. 26. dub. 2.* Layman. *tract. 19. part. 3. n. 2.* Ratio est; quia, spectato jure naturali præcisè, veriss. mè nihil tam naturale est, quàm eo genere quidpiam resolvere, quo colligatum est. *Regula 33. ff. De regulis juris.* Neque ulla adfertur ratio, cur non etiã matrimonii contractus, perindè ac alii, spectato jure naturali præcisè, per mutuũ justum consensum dissolvi possit, nisi quòd talis dissolutio repugnet fini matrimonii & bono prolis, ut dictum est: atque hæc ratio non ostendit solutionem matrimonii per se intrinsecè esse malam, sed solùm ratione adjuncti, quod sæpissimè abest, ut si proles jam perfectè educata sit, aut ob uxoris senium vel sterilitatẽ nulla spes generandæ prolis supersit: Quo casu solutio matrimonii magis cõferret ad bonum prolis, ejúsque generationem cum alia conjuge, quam repugnet. Tandem si

in

indissolubilitas matrimonii esset de jure naturæ strictè, non potuisset in ea dispensare Deus, permittendo libellum repudii in Lege Mosaica, de quo suprà mentio.

III. Placet sententia media ejusdem *Sanchez*, *Coninck*, *Perez*, *Herincx*, aliorum: Indissolubi- 390
litatē matrimonii fundari inchoativè in jure naturali, ac ipsâ naturâ matrimonii spectatâ in ordine ad debitā prolis susceptionem & educationem, quæ certè excludit concubitus vagos, & exigit aliquā indissolubilitatē matrimonii, ut saltem pro libitu & propria authoritate contrahentiū, & absque urgente causa dissolvi non possit. Omnimoda autē dissolubilitas matrimonii præsertim consummati fidelium pro omni casu completè & formaliter esse à jure divino positivo N. I allegato: idque magni Sacramenti seu magni Mysterii causâ, propter futuram Verbi Divini Incarnationem, quā tunc ab Adamo prophetico spiritu revelatā esse, significat Apostolus *ad Eph. 5.* & docent D. Augustinus *l. 9. de Genesi, ad litter c. 19.* alii sancti Patres. Notâ hîc, quòd hæc indissolubilitas dicatur bonū Sacramenti: & matrimoniū fidelium esse ratum, seu indissolubile ratione Sacramenti triplici sensu intelligi posse: 1. Ratione Sacramenti mystici, scilicèt quatenus Matrimoniū est sacrum Mysteriū repræsentativū conjunctionis Verbi Divini cum natura humana & Ecclesia: 2. Ratione Sacramenti propriè dicti, ut est signum Gratiæ sanctificantis ipsius matrimonii; nam indissolubilitatem matrimonii inter fideles

oriri

oriri ex ipso Sacramento à Christo matrimonio annexo, est communis sensus, & docent *Innocent. Lopez* alii apud *Sanchez cit.* & pleriq; RR. inter quos *Aversa & Marchant.* noster. 3. Ratione Sacramenti Baptismi; nam majorem illã, & omnimodã indissolubilitatem matrimonii fideliũ oriri ex Sacramento Baptismi, expresè significat c. *Quanto. De divortio. Etsi matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum, ut etiam, postquàm consumatũ est, nullo casu dissolvi possit, inter fideles autè verũ & ratũ existit, quia Sacramentum fidei id est Baptismi, quod semel admissum efficit conjugii Sacramentũ, ut ipsum in conjugibus, illo durante, perduret.* Hæc ibi.

391 IV. Quamvis ergo matrimonium etiam legitimum seu ratũ tantum fidelium ex ipso mutuo consensu & pacto (maxime accedente ratione Sacramenti) sive ex natura sua, sive ex primæva institutione Dei contineat individuã vitæ societatem & indissolubilitatem aliquam super alios contractus; majorem tamen firmitatem, & inter baptizatos omnimodam indissolubilitatẽ ex eadem Dei ordinatione obtinet per actualem ejus usum ad consumãtionem copulæ carnalis, quâ tandem fiunt una caro vir & mulier. Ut significat Christus *Matth.* 19. *Itaque jam non sunt duo, sed una caro: Quod ergò Deus conjunxit, homo non separet.* Cujus ratio mystica jam toties insinuata traditur c. *Debitum. de bigamis.* Quia per matrimonium legitimũ vel ratum tantum significatur conjunctio Christi vel Verbi cum Ecclesia vel anima

anima fideli, per directionē Charitatis & Gratiæ tantum: quæ unio non est omninò firma, sed in singulis saltem membris solubilis per peccatum mortale. Per matrimonium autem consummatum, factâ unitate carnis, repræsentatur conjunctio Verbi Divini cum natura humana per unionem hypostaticam assumpta, quæ ex eadem ordinatione Divina omninò est indissolubilis. Et hinc non est mirum, si dicemus, matrimonium ratum quandoque dissolvi posse, consummatum verò nunquam inter fideles baptizatos, atq; adeò etiam inter hæreticos.

Quare dixi per parenthesin, *matrimonia hæreticorũ aut indissolubilia esse, aut nulla, & meros concubinatus.* Ut latè probat Gobat. *tract.* 10. *cas.* 19. Et Ratio est; quia omne matrimonium baptizatorum est per se loquendo Sacramentum & indissolubile: ut clarè dicit Pontifex cit. *c. Quanto. de divortiis.* Aut ergò hæretici habent generalem intentionem contrahendi matrimonium more fidelium & Christianorũ, sicut Deus & Christus instituit ac ordinavit, & tunc erunt Sacramenta & indissolubilia, non obstante errore privato, quo non credunt, & non intendunt Sacramentum & contractum dissolubilem conficere: consequenter tunc non erunt solùm contractus politici, quia ratio Sacramenti tollit illam civilitatem, & confert sacrationem, ut sic dicam: Aut expressè intendunt solùm contrahere civiliter & dissolubiliter positivè excludendonõ tantùm rationem Sacramenti (quo casu adhuc mane-

maneret contractus indissolubilis inter Baptizatos in nostra sententia *supra*) sed etiam indissolubilitatem; & tunc contractus matrimonii inter baptizatos simpliciter nullus erit, cùm indissolubilitas sit conditio essentialis matrimonii fidelium saltem consummati: & consequenter erit concubinatus tantùm. Fateor tamen, probabilem esse Sententiam multorum RR. etiam nostri Marchant. *Tribunal. tomo 3. seu specul. tract. 1. tit. 2.* Matrimonia hæreticorum, esse contractus civiles dissolubiles, atque per conversionem ad fidem eo modo solvendos, quo mox dicemus de matrimoniis infidelium. Quem videre potes; sed junge ei Gobat *in Appendice* 15. 16. 17.

§. II.

Matrimonium infidelium etiam consummatum, dissolubile est per unius conversi & baptizati aliud matrimonium contractum.

392 QUandò duorum conjugum infidelium non baptizatorum, conversus alter ad fidem baptizatur, non dirimitur hoc ipso matrimonium prius validum; nam per *Sacramentum Baptismi non solvuntur conjugia, sed crimina dimittuntur*: inquit Innocentius III. *c. Gaudemus. De divortiis.*

393 II. Attamen si conjuge uno ad fidem converso, alter sponte recedat, aut cohabitare nolit sine fidei contumelia, blasphemiâ Divini Nominis, periculo subversionis, inductione ad peccatum, concessum est fideli converso aliud matri-

matrimonium contrahere, quo contracto prius matrimonium penitus dissolvatur. Prout disertè definit idem Innocentius III. *c. Quanto. eodem.* Ex claro Textu Apostoli. 1. Ad Corinth. 7. *Quòd si infidelis discedit, discedat, non enim servituti* (id est jugo matrimonii prioris) *subjectus est frater & soror in hujusmodi.*

III. Quòd si ambo conjuges infideles ad fi- 394
dem convertantur, & baptizentur, eorum matrimonium, quod antea ratum & indissolubile omninò non erat, per ipsum Baptismum efficitur ratum, & omninò indissolubile post consummationem æquè, ac fidelium. Sed nunquid etiam efficitur Sacramentum? Affirmant cum S. *Thoma* & pluribus congestis Sanchez *l. 2. disp. 9.* Coninck. *disp. 24. dub. 2.* Layman. *tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 6.* Rationem dant; quia eo ipso, quòd conversi post Baptismum consentiunt porrò cohabitare, eumque consensum quocunque signo declarant. Contractum præcedentem matrimonii confirmant, & ratificant, ipsiq; modò incipiunt esse de novo sacrum symbolum conjunctionis Christi & Ecclesiæ, adeoq; etiam congruum est, ut tunc potiantur gratia sanctificante. Negat autem mordicus noster Herincx *hic disp. 2. quæst. 2. num. 19.* eo quòd Christus dignitatem Sacramenti annexuerit ipsi contractui seu actuali contractioni & inductioni vinculi matrimonialis, non verò innovationi seu perseverantiæ ejusdem Sacramenti matrimonii; quamobrem etiam matrimonium fidelium,

qui contrahentes excluſiſſent rationem Sacramenti, non tranſiret in Sacramentum poſteà, ſi conjuges illi pœnitentiâ ducti innovarent conſenſum cum intentione Sacramenti: ait idem ibidem. Tu crede, quod placet.

395 IV. Si infideles antè Baptiſmum contraxerunt matrimonium cum impedimento dirimente ſolo jure Eccleſiaſtico, ut conſanguinitatis, affinitatis, &c. poſt eorum converſionem ac Baptiſmum, verum & ratum cenſeri debet; quia in infidelitate contrahentes Canonicis conſtitutionibus non adſtringebantur. Expreſsè cit. *c. gaudemus.* Secus, ſi impedimentum fuiſſent juris naturalis vel divini, v. g. conſanguinitatis in primo gradu, ligamen, &c. Quid ſi ergò infidelis, Turca v. g. anteà plures uxores habuit, vel adhuc omnes retineat, vel prioribus repudiatis aliam tenet? Reſponſio clara eſt: poſt Baptiſmum retinendam eſſe, quam prima vice validè duxit. Hæc quoad infidelium matrimonia, cùm in noſtris partibus praxis rariſſima ſit, obiter inſanuâſſe ſat ſit, latè videre potes apud ſuprà citatos *Sanchez*, *Layman*, & alios.

§. III.

Matrimonium ratum fidelium ſolvitur per Profeſſionem Religionis approbatæ, ac Diſpenſationem Pontificis.

396 I. SOlvi per profeſſionem, certum eſt de fide definitum in Concil. Trident. Seſſ. 24 *Can. 6. Si quis dixerit, matrimonium ratum non con-*

consummatum per solemnem professionem alterius conjugum non dirimi; anathema sit. Idemque decernitur variis Sacris Canonibus. *c. Decreta Legalia 27. quæst. 2. Extrav. antiquæ. De voto. c. 2. c. Ex publico c. Ex parte &c. De convers. conjug.* Quo autem jure solemnis Professio solvat matrimonium, controversum est. Communis sententia est, solvere jure divino, & privilegio à Christo tradito per Ecclesiam. Ita Scotus 4. *d.* 31. *quæst. unicâ n.* 4. Herincx *disp.* 4. *num.* 5. & plurimis citatis Sanchez *l. c.* Pontius suprà, Tambur. *c.* 5. *tract.* 6. *num.* 4. Eò quòd nullum exstet jus, quod primò hoc statuat; sed Pontifices locis allegatis potius supponunt, & declarant, tale matrimonium per professionem solemnem solvi, utique jure aliquo altiori. Contrà tamen solvere solo jure Ecclesiastico, seu sola Ecclesiæ authoritate, quam per antiquissimam Traditionem accepimus, æquè probabiliter docent alii, *Henriq. Medina, Lessius, Coninck*, eósque citans Layman. *c.* 6. *num.* 3. Eadem ratione; quâ matrimonium contrahendum dirimere diximus *Sect.* 1. §. 6.

II. Professio solemnis penitùs dissolvit matri- 397
monium ratum quoad vinculum, ita ut ea emissâ (quam proindè exspectare debet) conjux in sæculo remanens liberè possit ad alia vota transire. Et insuper, si professus talis anteà conjux à summo Pontifice dispensetur à suis votis solemnibus, & egrediatur ex Religione, poterit quamcunque eligere pro suo novo matrimonio:

idque verum est, etiamsi uterque conjux Religionem assumpsisset, & deinde similiter dispensati poterunt cum aliis quibuscunque matrimonio copulari. Ratio clara est; quia jam ruptum fuit prius vinculum: idque etiam ex communi sententia ex institutione Christi Domini. Atque hinc ulterius fit, ut talis Religiosus antea conjux peccet contra castitatem: peccat quidem sacrilegè contra votum, non tamen committit adulterium, cùm jam matrimonium, vinculo soluto, nullum sit. Pari modo contrà castitatem sacrilegè peccabit, si copuletur cum ea ipsa, cum qua anteà contraxerat matrimonium ratum; quia, dissoluto vinculo, illa sua amplius non est. Secùs dicemus, quandò quis post matrimonium consummatum per divortium professionem emittit; quia tunc non solvitur matrimonium quoad vinculum.

398 III. Professio solemnis solvit matrimonium ratum nondum consummatum; quocunque tempore, etiam post multos annos: & hinc in favorem Religionis; simulque ne alter conjux nimiâ exspectatione gravetur, *c. Ex publico.* secundùm communissimam DD. interpretationem, conjugi de ingressu Religionis ante consummationem deliberanti duorum mensium spatium conceditur, intrà quod vel Religionis propositum exequatur, interim liber ab obligatione reddendi debitum: quo spatio elapso, si adhuc debitum quacunque causa, quantumvis injustè, conjugi neget, adhuc, altero invito, Religio-

ligionem ingredi poterit ante consummationem. Ut cum Glossa, & aliis docent Sanchez *disp.* 24. *num.* 27. Layman. *c.* 6. *num.* 7. Insuper, si intrà illud tempus à jure concessum maritus conjugem deliberantem de Religionis ingressu per vim opprimat (mortali peccato, secundùm Sanchez *disp.* 22. *num.* 15.) etsi jam matrimonium indissolubile factum sit quoad vinculum, quippè per veram copulam consummatum, nihilominùs probabiliùs est, posse uxorem coactam adhuc Religionem ingredi, & inter viduas vel conjugatas profiteri; quia nemo sine sua culpa, nedùm per injuriam alterius, jure suo privari debet. *Rodriqu. Ledesma*, alii cum Sanchez. *disp.* 22. *n.* 6. Layman. §. 2. *Pontius. Hurtad. Aversa*, cum Tambur. cit. §. 3. *n.* 5. At, quid tunc erit de altero conjuge, qui ad copulam coegit? R. Ipsum nec posse matrimonium novum inire, nec Religionem profiteri. Ratio est; quia cùm remaneat vinculum, non liberatur conjux ab obligatione matrimonii, quam liberationem ideò concedimus coactæ, quia non debuit ob injuriam alterius suo jure privari: quod non militat in cogente.

399 IV. Privilegium dictum primi bimestris matrimonii, negandi debitum probabiliùs conceditur solùm conjugi cogitanti, deliberanti, aut jam volenti Religionem ingredi, adeò, ut conjux nolens ingredi Religionem etiam primo bimestri debitum conjugi petenti negare non possit; cùm sacri Canones non restringant, nec

possint restringere jus conjugi per matrimonium acquisitum ad petendum debitum, nisi in casu, quo alter conjux Religionem ingredi cogitat, vel deliberat, aut defacto vult: ergò nec nos ampliùs restringere debemus. *Navar. Angelus, Coninck*, alii cùm Layman cit. *num.* 3. Contrarium tamen, nimirùm conjugem etiam actu nihil cogitantem de Religione ingrediendâ, tamen primo bimestri posse negare debitum, satis probabiliter docent plures alii cum Sanchez *l.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 5. Pontius *l.* 6. *c.* 1. Tambur. cit. §. 4. *num.* 4. Ratio datur; quia qui noluit à principio vel priori mense animum Religioni adjicere, poterit forsan, Deo vocante, postea per mensem posteriorem: ergò habet jus custodiendi aptitudinem ad Religionem, adeóque consummationem matrimonii differendi.

Inquires adhuc aliqua curiosule: 1. Quid si talis matrimonio rato tantùm ligatus eligat Religionem ideò tantùm, quia ei displicet uxor, vel potiùs nova nupta, ut eâ se expediat? R. Tambur. *ibidem n.* 18. videtur hic licitè jure suo uti posse. 2. Quid si notabile damnum indè immineat nuptæ utpotè quæ difficillimè alterum virum invenire poterit? R. in simili Sanchez cit. *num.* 27. & ex eo *Tambur. cit.* adhuc videtur vir uti posse jure suo, quæ enim charitas illum obligat cum notabili suo damno ad fæminæ commoda procuranda; neque irrogatur injuria fæminæ, quia etiam ipsa pa-

rem

rem habet potestatem : & sub hac implicita conditione uterque contraxit matrimonium : ut quousque non fuerit consummatum, possit alter ad Religionem proficisci. 3. Licebitne etiam mihi contrahere matrimonium per verba de præsenti cum certo animo non consummandi, sed ad Religionem sine consensu conjugis transeundi ? R. Certè regulariter licere nequaquam, idque sub morali. Ex communi Sanchez *l.* 1. *de matrimon. disp.* 43. *num.* 7. *&* 12. *Coninck. Hurtado, Aversa*, alii cum Tambur. cit. §. 2. *num.* 15. Ratio est ; 1. Quia regulariter fit injuria uxori ; & quia cogetur exspectare, donec tu profitearis ; & quia tuâ causâ frustrà fuerunt expensæ factæ à tua sponsa. 2. Quia si tu fortè non profitearis, cogetur uxor cum suo dedecore te habere conjugem excucullatum. 3. Quia das autam non paucis suspicandi, ipsam à te propter aliquid vitium fuisse derelictam. 4. Quia si fortè ideò vis contrahere cum animo transeundi ad Religionem, quia votum emiseras castitatis, te exponis evidendi periculo consummandi matrimonium, adeóque votum violandi. Dixi autem *regulariter* ; Nam in aliquo raro casu magnæ necessitatis peccatum non esset ; quia necessitas tanta vincere posset incommoda illa, quæ modò dicta sunt. Exemplum ponit Sanchez. *ibidem* : Si illa matrimonii contractio tibi esset medium necessarium, ut posses ad Religionem

transgredi v.g. si esses in carcere inclusus, nec aliud medium evadendi occurreret, nisi cum illo animo matrimonium contrahere. Sed faceſſant tam raræ præxes. Jam.

Quid de Dispensatione Pontificis?

400 I. MAtrimonium ratum quoad vinculum solvi posse authoritate Ecclesiæ seu per dispensationem Pontificiam, negant rotundè & sanè probabilissimè gravissimi DD. quos longo catalogo recitat Sanchez infrà citandus, & acriter *Pontius*, *Mercatus*, alii RR. apud *Dianam* citandum, Herincx quoque noster hic *disp. 4. quæst. 1. num. 8.* Fundamenta minimè contemnenda latè proponunt DD. citt. Potissima sunt: 1. Christus *Matth. 19.* apertissimè dicit: *quod Deus conjunxit, homo non separet.* 2. Matrimonium ratum lege divina indissolubile est: sed Pontifex non potest dispensare in lege divina. *c. sunt quidam & sequentibus 25. quæst. 1.* 3. Ecclesia vel Pontifex non potest mutare Sacramenta: matrimonium autem ratum ex institutione Christi est Sacramentum: ergò, &c. 4. Matrimonium ratum non nisi accidentaliter differt à consummato: ergo si Ecclesiæ authoritate solvi potest matrimonium ratum, poterit etiam solvi consummatum, quod est falsissimum, & hæreticum: ut patebit §. *sequent.* Addunt, aliquos Pontifices hanc sententiam secutos eam dispensationem negasse, ut Innocentius III. Adrianus VI. & Pius V. Sed hoc nihil urget, cum

ex alia causa potuerint moveri ad negandam dispensationem, quàm ex defectu potestatis agnito & longè plures Pontifices eam dispensationem concesserunt.

II. Contra tamen matrimonium ratum ob 401
causam urgentissimam per dispensationem Pontificis dissolvi posse, jam videtur omnino negari non posse. Docent Canonistæ communiter in cit. *c. Ex publico.* Et Theologi communius. *Navar. Sylvester, Medina, Henriq. Bellarmin. Suarez*, aliisque congestis Sanchez *l. 2. disp. 14. num. 3.* Layman. *c. 5. num. 4. Tanner., Perez, Dicastil.* Tambur. *c. 6. num. 4.* Diana *part. 8. tract. . . resol. 62.* & rursùs: *tract. 3. resol. 47.* ubi nominat septem summos Pontifices, qui cum triginta ita dispensaverint. Et novissimè *Innocentius X.* post tam longas acrésque inter Theologos disceptationes de hac potestate, fuit eâ usus erga vulgarem opificem, quidem nullius gratia suffultum: ut fidelissimè ad longum refert Gobat *cas. 18. num. 676. & num. 691.* meritò censens, jam absque contumelia Sedis Apostolicæ non posse defendi sententiam oppositam. Ratio ergo potissimùm sumitur à posteriori: factum est: ergò fieri potest. Et quis audebit affirmare, per tot Pontifices, & toties factum esse nulliter? A priori verò; quia certum est, Christum sic posse dispensare in matrimonio rato: ergo eandem potestatem potuit Ecclesiæ, & Vicario suo Pontifici communicare; quoniam ergo videmus Ecclesiam per tot Pon-

tificum seriem ea potestate esse usam, tenendum omninò est, eam ipsi à Christo defacto fuisse & esse communicatam æquè, ac potestatem dispensanti in votis, juramentis, imò & ipsa professione solemni, secundùm communem, etiam Adversariorum, sententiam. Atque hinc sic confirmo hanc sententiam cum Layman, cit. et vulgato illo: *si possum vincere vincentem te, possum etiam vincere te*: ergo si Ecclesiæ authoritate & dispensatione potest solvi & velut evinci vinculum professionis religiosæ, per quam ipsam solvitur, & verè devincitur vinculum matrimonii, à fortiori sequitur, eadem Ecclesiæ authoritate matrimonium ratum posse dissolvi.

402 III. Non convincunt rationes oppositæ Sententiæ. Ad 1. R. illa verba Christi: *quod Deus conjunxit, &c.* intellexisse de matrimonio consummato; immediatè enim præmiserat: *itaque jam non sunt duo, sed una caro*: & indè intulit: *quod* ergo *Deus conjunxit, homo non separet.* Sicut ea verba interpretatur Alexander VII. cit. *c. Ex publico finali.* Ad 2. Concedo maj. & distinguo min. Papa non potest dispensare in lege divina, directè & propria authoritate, concedo. min. Non potest dispensare indirectè vel authoritate & potestate à Christo sibi communicatâ, negò min. & consequentiam. Non ergo Papa dispensat in lege divina matrimonii, sed potestate sibi à Christo collatâ (ibi: *quæcunque solveris super terram, &c.*) solvit seu remit-

tit

tit vinculum matrimonii rati, quo vinculo soluto cessat obligare lex divina, quæ jubet vinculum matrimonii perpetuò consistere: præterquàm si suâ ipsius, aut Ecclesiæ authoritate dissolvatur. Ad 3. similiter dist. mai. & consequentiam; Ecclesia enim non mutat Sacramentum matrimonii directè per se, sed tantùm indirectè & per accidens, quatenus dissoluto contractu in quo fundatur ratio Sacramenti, vir & mulier cessante esse sacrum symbolum. Ad 4. negatur consequentia; nam consummatio matrimonii est quædam perfectio ejus integralis, quæ secundùm Christi institutionem sacri mysterii causâ majorem & ultimam ei indissolubilitatem tribuit. Ut §. 1. dictum. Quarè non sequitur, si matrimonium ratum solvi possit, etiam posse consummatum. Plura videre potest, qui vult, apud *Ranchez, Perez, Bellarmin, Dianam, l. c.*

IV. Dixi autem: *ob causam urgentissimam*; 401
nam ex comuni DD. sententia mihi cum Tam. *tract. 5. c. 6. §. 1. num. 9.* omninò certum est, tam ad validam, quàm ad licitam dispensationem in matrimonio rato, æquè, ac in votis requiri justam & gravem causam, qualis, teste Sanchez *l. 2. disp. 6.* ferè omnium consensu est. 1. Si gravia damna vel perpetuæ discordiæ, rixæque inter conjuges, conjunctósque prudenter timendæ sint. 2. Si matrimonio rato supervenit impotentia perpetua; item lepra, alíusve morbus incurabilis, undè mutua cohabitatio nimis

nimis difficilis foret. 3. Magna inæqualitas inter virum & fœminam, saltem undè matrimonium difficile reddatur. 4. Si vir necessarius vel maximè conveniens bono publico eligatur in Episcopum, quæ latius videre potes apud citatos. Non ergò audiendus Henriq. *l.* 2. *de matrimonio c.* 8. *n.* 11. cum quibusdam aliis asserens: ad hoc, ut Pontifex validè dispenset, nullam requiri causam, quia Christus circa hoc omnem authoritatem concessit Pontifici, ne relinqueretur locus perplexitati. Tu cogita, si Pontifex sias, an practicare debeas, vel velis.

§. IV.

Consummatum matrimonium fidelium simpliciter indissolubile est quoad vinculum.

404 I. CErtum apud omnes Catholicos. Ratio est; quia ex una parte matrimonium omne fidelium, maximè consummatum tum naturâ suâ, tum ex ordinatione divina, tum ratione Sacramenti tripliciter est indissolubile, ut §. 1. ostensum. Ex altera autem parte, ex nullo capite apparet, Christum Dominum dedisse Ecclesiæ potestatem dissolvendi matrimonium consummatum; imò ex antiquissima perpetua traditione constat, ejus vinculum esse in omni casu indissolubile, nisi per mortem alterius conjugis; ut Ecclesia semper prædicavit, & perspicuè docet Apostolus; *Ad Corinth. 7. & ad Rom. 7.*

405 II. Specialiter matrimonium consumma-

tum

tum non posse dissolvi quoad vinculum propter fornicationem alterius conjugis seu adulterium, definitum est ab Ecclesia in Concilio Tridentino *Sess.* 24. *Can.* 7. Nam generaliter dicit Apostolus *ad Corinth.* 7. iis, qui matrimonio juncti sunt: *Præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari: & vir uxorem non dimittat, &c.* Et infrà: *alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit: quòd si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult, nubat, &c.* In quæ verba meritò D. August. l. 2. de adulterio conjugum ait: *Hæc verba Apostoli toties repetita toties inculcata vera sunt, viva sunt, sana sunt, plana sunt; nullius viri posterioris uxor esse incipit, nisi prioris esse desierit; esse autem desinit uxor prioris si moriatur vir ejus, non si fornicetur. Licite itaque dimittitur conjux ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterii qui dimissam duxerit, etiam ob causam fornicationis.* Sic Augustinus. Idipsum docent alii Sancti Patres, maximè D. *Chrysostomus, Basilius, Hieronymus, Ambrosius*, & varia Concilia apud Bellarminum *l.* 1. *de matrimon. c.* 16.

III. Contra objicitur illud Christi *Matth.* 19. *Quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & alteram duxit, mœchatur*: ergò à contrario sensu, qui dimiserit uxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, non mœchatur: ergò ob fornicationem uxoris (ea- 406

eadem-

démque ratione vir) potest solvi matrimonium quoad vinculum. Atque ita senserunt quidam Catholici, *Cajetanus*, *Catharinus*, & antè ipsos *Eramus*, subjicientes tamen se judicio Ecclesiæ: & defacto sic docent & practicant Græci Schismatici & Hæretici nostri temporis Lutherani, & Calvinisti. ℣. negando utramque consequentiam; Christus enim eo loco solum concedit viro fornicationem uxoris divortium ac dimissionem quoad torum. Ut præter alios latè ostendit Cornelius à Lapide ad eum locum *Matth. 6. vers.* 10. Nam & Christus immediatè antea ex naturâ & primâ institutione matrimonii probaverat, matrimonium planè esse indissolubile, & universalitet dixit: *quod Deus conjunxit, homo non separaret*; quomodò ergò statim dicat, posse dissolvi quoad vinculum ob fornicationem, tam frequenti casu? & apud alios Evangelistas, Marcum, & Lucam, rursus, omissa hac exceptione, Christus simpliciter dicit Marc. 10. *Quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam; & uxor si dimiserit virum suum & alteri nupserit, mœchatur.* Eadem ferè verbâ habet *Luc.* 16. Cur autem apud Matthæum illa exceptio ponatur; rationem videre potes apud Cornelium à Lapide citatum.

IV. Hîc velut proprio loco explicandum esset, in quonam consistat matrimonii consummatio, sed hoc satis explicatum habes *sect.* 1. *cùm de impedimento affinitatis*: ut verecundum sit

sit repetere, hoc solo notato: longè verius esse, ad consummationem matrimonii in ordine ad suos effectus non requiri seminationem fœminæ. Jam restat videre, qualiter matrimonium consummatum sit.

I. Solubile quoad torum.

I. DIvortium seu solutio matrimonii quoad torum tantùm, duobus titulis justè & sanctè fieri potest. 1. Justè fit ob crimen & principaliter adulterii; quippe quod per se ac directè fidei conjugali repugnat, de quo *c. sequent. sect.* 42. Sanctè fit ob majorem vitæ perfectionem: idque quatrupliciter, per Professionem Religionis; per susceptum Ordinem sacrum; per votum continentiæ; per electionem continentiæ De quibus hic pauculis, cùm hoc tempore sint ratæ praxes. 407

II. Solvitur matrimonium consummatum quoad torum tantùm, quando uterque conjugum Religionem ingreditur, ac profitetur, vel uno ingrediente de licentiâ alterius, alter uxor v. g. in sæculo remanens votum continentiæ perpetuæ edat, atque ea ætate sit, ut extra probabile periculum incontinentiæ esse videatur. Habetur in Concil. Agathensi *c.* 16. & in jure *c.* 1. *c. cùm sit c. conjugatus. c. uxoratus de convers. conjugat.* & sumitur ex verbis Christi Matth. 19. *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, &c.* 408

III. Quòd si remanens in sæculo nolit (uti- 409

que

que non sine peccato, cùm dandò licentiam se ad id tacitè obligarit) ingredi Religionem, cum sit juvenis, aut vovere continentiam, cùm sit senex, professio quidem alterius valida erit, remanens tamen in sæculo ad Religionem, vel votum cogi non poterit; imò si in periculo incontinentiæ versetur, debebit Episcopus conjugem professum uxori periclitanti restituere ad reddendum debitum tantùm; nam petere non poterit, & mortua uxore vel votum continentiæ tandem emittendæ, statim ad suam Religionem reverti debebit. Omnia ex jure & communi, Sanchez *l. 5. tract. 10. part. 3. c. 5.* Pontius *l. 5. c. 12. alii passim.*

410 IV. Quòd si tandem conjux sine consensu alterius conjugis professus est, professio irrita est. Ut expressè habetur *c. quidam. eodem titulo &c. Accedens. eodem.* & communis DD. cum Sanchez *disp. 35.* Layman. *num. 4.* Unde talis nulliter professus ab uxore revocari poterit, imò & propria authoritate (amoto prudenter scandalo) ad conjugem reverti poterit, & debebit: id etiam requirit justitia debiti conjugalis: neque mortua conjuge ad Religionem nulliter professam reverti obligabitur; uti respondit Pontifex *c. quidam. eodem.* Addens tamen, talem invita conjuge nulliter professum, illâ mortuâ, alias nuptias contrahere non posse, & consequenter, nec ea vivente debitum petere. Ratio est; quia præsumptio est, quòd vovens voluerit se obligare eo modo, quo potuit: atqui maritus

invita

invitâ uxore, se obligare potuit ad hæc duo: & non petere debitum, & post mortem continentiam servare, quæ ambo includuntur in professione; ideo præsumptio juris est, quòd saltem hæc duo promittere voluerit maritus, si ejus professio valeret, quæ tamē præsumptio in conscientiæ foro veritati cedere debet, si reverà non fuit animus vovendi castitatem, nisi dependenter à Religione: & certè communi more emittendi professionem, semper intendit profitens vovere castitatem Religioni annexam tantùm. Ut benè notant Layman *n.* 4. *in fine.* Pontius *l.* 9. *c.* 11. *num.* 4. etsi strictiùs loquatur *Sanchez. cit.* cum Diana *part.* 6. *tract.* 7. *num.* 51.

II. Per susceptionem Ordinis Sacri.

SImiliter solvitur matrimonium quoad to- 414
rum, quando maritus de licentia & consensu libero uxoris sacros Ordines suscipit, validè & licitissimè. Ut habetur iisdem juribus suprà allegatis: iisdem tamen etiam servatis conditionibus, nimirùm ut uxor & ipsa priùs Religionem profiteatur, aut si sit senex & de incontinentia non suspecta, emittat votum simplex castitatis: quod licèt simplex votum sit, tamen hoc habet peculiare, ut, si ipsa post mortem conjugis jam ordinati aliud matrimonium contrahat, invalidè contrahat; eo quòd Ordini Sacro ea debeatur reverentia, ad quem licentiam dedit (etsi secùs sit, si dedit licentiam ad professionem Religionis) Ita communissima cum Sanchez *l.* 7. *disp.* 30. Azor *part.* 1. *l.* 3. *c.* 14. affirmat, esse omnium, etsi

perneget Pontius *l. 7. c. 25.* asserens par esse utrumque votum, & neutrum matrimonium dirimere. Illud autem speciale Decretum est. *c. fine. De convers. conjugator :* Ut conjugatus ad Episcopalem dignitatem non assumatur, nisi uxor Religionem ingredi consentiat. De quo Sanchez *disp.* 41. Layman *num.* 6. alii.

Rursus, si uxor, marito jam ordinato, Religionem ingredi, aut votum castitatis emittere nolit, Sanchez *l. 7. disp. 39. num.* 13. censet, debere cogi ad votum, cum ad hoc emittendum se obligarit, dando liberè licentiam, ut ad sacros Ordines ascendat. Castro-Palaus autem cum Tambur. *tract. 7. c.* 4. §. 2. negat posse cogi; cum nemo unquam invitus cogi possit ad vovendum castitatem; sed debere ei suum virum restitui, ut suprà de professione dictum.

Denique si sine licentia uxoris sacros Ordines susceperit, etsi validè susceperit, attamen peccavit mortaliter, & incurrit suspensionem juris seu irregulatitatem. *Extrav. antiqu. De voto.* Unde neque in Ordine suscepto ministrare, neque ad altiores Ordines promoveri, neq; Beneficium vel officium Ecclesiasticum obtinere potest. Unde ulteriùs à conjuge revocari, & revocatus redire, ac debitum reddere, non tamen petere poterit ob annexum sacro Ordini votum castitatis; at non revocatus redire non tenetur: posse tamē redire æquè ac suprà nulliter professos, docent citati; cùm par sit ratio, quamvis enim illa professio sit nulla, hic verò Ordo sit validus eadē tamen

tamen est obligatio reddendi debitum uxori, idémque jus uxoris iniquè violatum.

III. Votum simplex castitatis.

412. LIcitè & sanctè matrimonium quoad torum solvunt, si ambo conjuges mutuo consensu castitatem voveant: cujus rei comendata exempla plurima reperire est apud sanctos Patres & Historicos sacros; Quamvis propter incontinentiæ periculum consultum non sit conjugibus continentiam vovere, nisi præmissâ maturâ deliberatione & longâ probatione, quòd facilè continere ambo possint, atque post editum votum toro seu lecto eos separari omninò oportet: quia non benè concubat ignis cum stipula. Putant aliqui olim per votum simplex castitatis etiam solutum fuisse matrimonium ratum quoad vinculum, exemplo S. Theclæ, S. Alexii, & aliorum; sed dicendum, illos suam compartem deseruisse ex speciali instinctu Spiritus Sancti. Ut dicit Innocentius III. *c. Ex parte. eodem titulo.*

IV. Per electionem continentiæ.

413. SI conjuges, ut melius Deo serviant, vel ne proles supra facultates eorum multiplicetur, mutuo consensu in perpetuum vel ad certum tempus toro se separent, nullo edito voto, licite est ejusmodi separatio, dummodò ex simili causa justa, non ex odio vel ira fiat. Ut notat Layman cit. *c. 7. num.* 1. Quamdiu incontinentiæ periculum alteri non imminet, sicut colligitur

ex Apostolo, 1. *ad Corinth. 7. Nolite fraudare invicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi & iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram.*

Petes tandem incidenter: Quid si quis rite uxoratus deindè ob impedimentum impotentiæ perpetuæ creditæ Professionem emisit: vel sacros Ordines susceperit: & posteà appareat, eum esse potentem: Quid faciet? Rediréne potest, & debebit ad uxorem: R. Diana *part. 11. tract. 5. resol. 7.* & Tambur. cit. §. 3. *in fine.* posse & debere redire; quia prævalet validitas matrimonii ritè susceptæ. Lege curiosè Dianam ibidem multa huc facientia latè prosequentem.

CAPUT II.

De Obligatione & Peccatis Sponsorum & Conjugum.

SECTIO I.

De Peccatis Sponsorum.

SUMMARIA.

415. *Mortaliter peccat promittens sponsalia fiat.*
416. *Vel fraudulenter.*
417. *Non tamen obligatur.*
418. *Per se loquendo & in foro conscientiæ.*
419. *Qui verò ritè contraxit sponsalia, tenetur sub mortali ad contrahendum matrimonium.*
420. *Tempore ab ipsis præscripto.*

421. Ad

421. *Ad quod censuris cogi debet injustè resilire volens.*
422. *Sponsi cum aliis peccant gravius.*
426. *Cum se invicem autem levius.*
427. *Mortaliter tamen exercendo copulam.*
428. *Vel morosè delectando de ea ut præsenti sensibiliter.*
429. *Aut tactibus valdè impudicis.*
430. *Non item, si tactus non sint ita impudici.*

ASSERTIO.

SPonsus vel sponsa peccat mortaliter, *si* 1. *aut ficte vel fraudulenter promittat: aut* 2. *ipsa sponsalia ritè contracta absq; dispensatione, vel justa causa violet;* aut 3. *stantibus sponsalibus fornicetur, cum aliis quidem gravius (& probabilissimè speciali malitia ex parte sponsæ saltem necessariò in confessione explicandâ.)* 4. *Cum se invicem sponsus & sponsa, levius cateris; mortaliter tamen contra sextum Præceptum delinquunt æquè, ac saluti: illis tamen plus aliquid licere debet quoad oscula, amplexus, ac tactus ex objecto vel intentione non impudicos.* Tota communis. Priores duæ partes satis constare debent ex latè, sed sparsim dictis *c. præcedent. Sect. 2. per totam*, quæ in commodum confessarii breviter recolligo. 414

§. I.

Si ficte vel fraudulenter promittant.

FIctè quidem: ut, si verbis tantùm absque animo & intentione promittendi seu se obligandi, aut promissum implendi ille vel ista promittat, peccare mortaliter, cùm alterum decipiat in re gravi, apud omnes in confesso est; 415

intellige tamen : in ipso sponsalium contractu onerolo alterius repromissionem & obligationem exigendo, & admittendo; nam si extra contractum sponsalium mere liberaliter quis alteri matrimonium fictè promitteret, probabiliùs est, per se loquendo, secluso nimirùm alio damno vel incommodo, solùm peccare veniali mendatio. suprà *Sect.* 2. §. 2.

416 II. *Fraudulenter*: Si se in re gravi pertinente ad eum contractum decipiant, ut, si sponsus falsò jactet opes, officium, artem, &c. Sponsa dotem, nobilitatem, &c. Unde posteà matrimonium reddatur notabiliter difficilius, aliàque incommoda sequantur parti deceptæ, imò sæpe & ipsi parti decipienti, peccare mortaliter contra justitiam, aut saltem contra charitatem ergà proximum, vel se ipsum, ex se clarum est. Quare, re adhuc integra; omninò veritas aperienda, aut à contractu abstinendum erit: juxtà dictâ eâdem *Sect.* 2. *in Subsect.* §. 4.

417 III. Qui vel quæ omninò ficto animo sponsalia iniit, per se in conscientia non obligatur ad nuptias contrahendas (nisi ad summum ex virtute fidelitatis externæ tantùm, quâ homo tenetur dictis suis conformare facta, certè non graviter obligante) Ita contra *Navar. Ledesma*, *Vasquez*, alios non paucos, probabiliùs docent *Veracrux*, *Molina*, aliisque cit. Sanchez *disp.* 11. *quæst.* 1. Layman. *l.* 5. *tract.* 10. *part.* 1. *c.* 1. *n.* 10. Hurtad. Aversa. Tambur. *tract.* 3. *c.* 1. §. 4. *num.* 8. Ratio est; quia si promissioni consensus defuit,

defuit, promissio simpliciter nulla fuit, ideóque inde nulla, per se loquendo, in foro conscientiæ potuit oriri obligatio. Et licèt deceptor peccaverit contra justitiam, quia tamen, ut supponimus, deceptio nullius damni causa fuit, non etiam apparet aliquid, quod sit restituendùm; cùm pro injuria mera, secluso damno, nulla debeatur restitutio in foro conscientiæ, sed tantùm satisfactio ex charitate, aut punitio ex justitia vindicativa per sententiam judicis tantùm. De quo alibi.

IV. Dixi: *Per se loquendo*: & *: in foro con-* 418
scientiæ; nam per accidens, quando damnum sponsæ ex ficta promissione proveniens aliter compensari non potest, quod tamen secundùm justitiæ æquitatem compensare tenetur deceptor, obligabitur sanè, deposita simulatione, verè consentire, & deceptam ducere: utpotè, si sponsa alioquin gravem infamiam passura sit: aut si ficta promissione nuptiarum deceptam eam ad copulam deduxerit, vel etiam imprægnaverit; quia mulier corporis sui copiam faciendo contractum innominatum instituit: do tibi corporis copiam ea lege, ut posteà mecum matrimonium contrahas; adeòque si mulier promissionem impleat: alter acceptare non potest, nisi ex naturali æquitate & justitia contrahendo obligationem implendi promissum, quamvis antea fictum in se, ad quod in omni foro compelli potest & debet. Vides jam tunc ficto promissori incumbere duplicem obligationem, ve-

rè contrahendi, & damni injustè illati compensandi, quod aliter compensari non posse supponitur.

§. II.

Aut sponsalia ritè contracta absque dispensatione vel justâ causâ violent.

419 TEnetur quis per se loquendo inire matrimonium, cum qua syncerè validèque contraxit sponsalia. Omnes, cum D. Thoma & Scoto *in 4. d. 27.* & expressè decernit jus Canonicum *c. Ex litteris 2. &c. Requisivit. De sponsal.* Ratio est; quia omnis contractus maximè onerosus de re gravi obligat sub mortali ex justitiæ virtute: sed sponsalia non sunt simplex promissio, sed verus contractus onerosus ultrò citróque obligans ex justitiâ, adeóque sub mortali, utpotè in re tam gravi & tantæ obligationis maximè capaci: ergò sponsus vel sponsa sub mortali obligatur in conscientiâ ad contrahendas nuptias, quamdiu alter in contractu persistit, sive deindè sponsalia celebrata sint solemniter cum testibus & cæremoniis, sive privatim inter solos, quamvis in ordine ad forum externum requiratur probatio per testes vel indicia, aut in defectum probationis juramentum, si deferatur. Nota rursùs hîc sermonem esse de ipso contractu sponsalium cum repromissione mutua peracto; nam si merè liberaliter promisisti alteri matrimonium, non petendo ejus repromissionem, jam suprà admisimus, esse probabile, te solum

lùm venialiter delinquere resiliendo, etiam sine justa causa; nam juxta communem sententiam DD. Virtus fidelitatis perindè ac veracitatis per se solùm obligat sub veniali. Vide dicta de promissionibus. *Tr. 6. Decal. c. 2. sect. 2.*

At numquid sponsi expressa voluntate contrahendo sponsalia poterunt se obligare sub veniali tantùm? Negat *Vasquez*, eique subscribens Pontius *l. 2. c. 12.* Eo quòd contractus sponsalium ex natura sua obliget graviter. Concedit autem Sanchez. *l. 1. disp. 9. num. 6.* Eo quòd tota obligatio pendeat à voluntate contrahentium. Sed rectè cum *Aversa* advertit Tambur. cit. *c. 1. §. 2. num. 3.* Tunc illa non esse in rigore sponsalia; hæc enim rigorosam & certam obligationem futuri matrimonii continere debent, concedunt enim sponsis ex probabili sententia amplexus & oscula, & inducunt impedimentum publicæ honestatis, qui effectus certè supponunt, sponsos habere ejus rigorosum ad futurum matrimonium, adeóque obligationem gravem ad nuptias, nisi quid rationabile oberit, contrahendas.

II. Tenentur jam sponsi matrimonium inire 420
tempore ab ipsis præscriptio, nisi una pars liberaliter admittat dilationem, aut justa causa excuset; quia virtus fidelitatis ac justitiæ extendit suam obligationem ad omnes circumstantias promissas. Quòd si nullum tempus contrahendis nuptiis præfixerunt, tenebitur quivis sub mortali contrahere, quandò alter, consi-

deratis circumstantiis id rationabiliter exigit. Ita cum aliis Sanchez *l.* 1. *disp.* 28. quem tuetur Diana *part.* 3. *tract.* 4. resol. 245. Pontius autem *l.* 12. *c.* 6. contendit, obligari sub mortali contrahere statim, quando opportunè & commodè matrimonium contrahi potest; nam juxta jura in omnibus obligationibus, quibus dies non apponitur, præsenti debetur. Sed facilè has Sententias conciliamus, si dicamus: obligari quidem statim; quia natura promissionis ea est, ut servetur, quamprimùm moraliter & humano modo servari potest: At excusari ejusmodi sponsos, quoties alter non requirit, cùm posset; quia tunc censetur remittere, & non curare de dilatione. Vide dicta suo loco. Cæterùm Congregatio Cardinalium apud Gallemart ad Trident. *Sess.* 24. *c.* 1. sic providè statuit: *Monendi sunt sponsi, ut factis sponsalibus quamprimùm contrahant matrimonium per verba de præsenti coram Parocho & testibus, ne sponsa stupri periculum subeant*: Certè dilatio matrimonii inter sponsos præbet occasionem efficacem infinitarum turpitudinum. Ut, pro dolor! experiuntur confessarii.

421 III. Judex Ecclesiasticus potest, & tenetur, per se loquendo, censuris Ecclesiasticis compellere ad standum matrimonio illum, qui stare recusat sine exceptione legitimæ seu justæ causa resiliendi, si alter jus petat, non modò, quando sponsalia sunt firmata juramento: juxta claros Textus juris cit. sed etiam, quando non fuerunt

oborata juramento. Ut contra *Angles*, *Armil. Sotum*, alios docent DD. communiter, Sanchez *l.* 1. *disp.* 21. Coninck. *disp.* 22. *num.* 6. Tanner. *disp.* 8. *n.* 37. Gobat. *cas.* 4. *num.* 123. Sic enim loquitur Pontifex cit. *c. Ex litteris*: *Quatenùs si hoc* (scilicèt sponsum contra juramentum suum velle ad alia vota migrare, relictâ priori sponsâ,) *tibi constiterit, eum moneas, & si non acquieverit, Ecclesiasticâ censurâ compellas, ut ipsam in uxorem accipiat.* Et ratio est; quia judicis est compellere quemvis ad standum legitimo contractui, si jus petatur. At sponsus v. g. quantumvis anathemate percussus pergit contumaciter injustè repudiare sponsam: quid aget judex? Quid sponsa? R. Ad evitandum majus malum & pessimum matrimonii successum, judex debebit à censura absolvere etiam non petentem; & sponsa, si sapit, debet esse contenta, salvo jure petendi compensationem omnium damnorum emergentium ex hac dissolutione. Sanchez cit. *num.* 8. Tanner. cit. *disp.* 8. *quæst.* 1. *dub.* 3. *num.* 36. & benè Gobat cit. *num.* 228. alii apud ipsos. Etenjm cit. *c. Requisivit.* sic respondet Lucius Papa: *Requisivit a Nobis Tua Fraternitas, qua censura mulier compelli debeat, quæ, jurejurandi religione neglecta, nubere renuit ei, cui se nupturam interposito juramento firmavit: Ad hoc taliter respondemus: Quòd, cùm libera debeant esse matrimonia, monenda est priùs, quàm cogenda, cùm coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.*

bere. Sic Pontifex, aut tò *potiùs* accipiens pro tò *priùs*, aut pro tò *cogenda* intelligens *coactionem exactiſſimam* pertinacis, cum prævisò difficili matrimonii ſucceſſu : juxta modò dicta. Ut proindè hoc capitulum nullo modo repugnet citato *c. Ex litteris*. Prout varii explicant apud Sanchez cit. *num.* 28. Vide de hac re ſatis bene & practicè diſſerentem P. Gobat cit.

422 IV. Quando ſponſus vel ſponſa contra fidem priorum ſponſalium contraxit cum alio vel alia, ſecunda ſponſalia omni jure ſunt irrita : ſecundum omnes ; etſi per accidens quandoque ſecunda ſponſalia prævalere debeant. Ut ex profeſſo *c. præcedent. Sect.* 2. §. 3. & ibidem *ſubſect. tota* habes juſtas cauſas diſſolvendi ſponſalia explicatas ſatis.

§. III.

Cum aliis peccant graviùs cæteris.

423 SPonſi ſcilicet vel ſponſæ (conſtantibus ſponſalibus) fornicatio cum alia vel alio, etſi non ſi propriè adulterium, addit tamen peccato mortali fornicationis circumſtantiam ſpeciem mutantem, probabiliùs gravem & in confeſſione neceſſariò explicandam, ſaltem ex parte ſponſæ fornicariæ.

I. Non eſſe propriè adulterium, eſt conſenſus DD. & plurimis citatis probat Sanahez *l.* 1. *diſp.* 2. *num.* 2. Layman. *part.* 1. *c.* 1. *num.* 6. Quia adulterium definitur in jure : *violatio alieni tori*; at fornicatio ſponſi vel ſponſæ cum aliis, aut aliorum cum ſponſa vel ſponſo, non eſt violatio alieni

alieni tori; nam sponsis de futuro ante matrimonium ratum de præsenti minimè competit jus tori, quamvis enim jam habeant jus inchoatum & jus ad rem seu ad corpus præ aliis, nondum tamen habent jus completum & in re atque ad ipsam copulam: ergò non est propriè adulterium, & consequenter filii inde nati non spurii, sed naturales censentur, per subsequens matrimonium omni jure legitimandi.

II. Addere fornicationi simplici circumstantiam aliquam speciem mutantem, per se patet; est enim duplex malitia, una fornicationis contra continentiam, altera fractorum sponsaliorum contra justitiam, violando scilicèt jus inchoatum & ad rem tam sponso, quàm sponsæ per sponsalia acquisitum: ergò accedit circumstantia speciem mutans, scilicèt violati, etsi nondum perfecti, tamen inchoati juris & justitiæ; eámque, communi DD. sensu pobabilissimè æstimatam gravem, ideóque in confessione explicandam; etsi alios probabiliter oppositum sentire, alibi notatum sit.

III. Hanc circumstantiam tam ex parte spon- 424
si, quàm sponsæ esse explicandam, & ab ipsimet, & ab aliis cum ipsis fornicantibus, docent gravissimi DD. *Scotus*, *Lopez*, *Ledesma*, & alii apud mox citandos; quòd nimirùm uterque sponsus per sponsalia par in alterutrum jus acquisierit, adeóque utriusque violatio par sit injuria, & consequenter utraque, vel neutra, gravis & in confessione explicanda. At contra.

IV.

IV. Eamque circumstantiam ex parte sponsi
425 sponsæ violatæ necessariò explicandam esse in confessione, cum plurimis docet Sanchez *num.* 6. Ratio est; quia licèt sponso vel sponsæ par sit utrinque jus, non tamen censetur par utrinque injuria ex violatione illius juris; nam ex parte sponsi fornicantis communi prudentum æstimatione censetur injuria levis, adeóque ut talis non excedat limites peccati venialis, consequenter in confessione necessariò explicanda non erit, nisi fortè suâ culpâ evulgata sit cum dedecore & offensa gravi sponsæ, quæ fortè ideò resilire debebit. Ut notat *Layman cit.* At verò ex parte sponsæ fornicantis per se censetur longè gravior injuria illata sponso, non tantùm communi prudentum ac omnium hominum æstimatione, sed etiam ipsius juris, adeò ut Leges *ff. ad legem Juliam. De adulterio.* concedant actionem contra sponsam adulterantem: idque non tantùm ratione longè majoris turpitudinis in fœmina violata, quàm in viro, sed etiam ob gravius periculum alterius injustitiæ; sponsa enim fornicando exponit se periculo concipiendi prolem, à sponso marito postea, credente esse suam, alendam.

§. IV.

Cum se invicem autem leviùs, mortaliter tamen contra sextum Præceptum delinquunt.

426 SPonsi scilicèt & sponsæ de futuro contra sextum Præceptum luxuriâ & impudicitiâ cum

cum invicem peccant mortaliter eodem modò, quantum ad speciem peccati, non tamen quoad intensionem peccati, id est, non tam graviter, ac soluti; quia nimirum habent jus inchoatum, & ad rem ad invicem per sponsalia, etsi nondum completum, & in re ad ipsam copulam; utroque autem jure carent soluti.

I. Peccant ergo mortaliter sponsi de futuro, 427
inprimis exercendo ipsam copulam carnalem ante matrimonium ratum de præsenti, quo primò fit traditio corporum, & acquiritur jus utrinque ad copulam; secundùm omnes. Est enim adhuc accessus ad non suam per traditionem, etsi sit ad suam per promissionem tantum. Quidam moderni nimiùm extenuant dicentes, id esse leviſſimum inter mortalia, & graviſſimũ inter venialia. Sed nimiùm satis est, esse leviſſimum mortale, ideoque reddere obnoxium æternæ damnationi.

II. Peccant mortaliter voluntariè delectando 428
morosè de copulâ futurâ cogitata ut præsenti, delectatione sensibili venereâ, maximè cum commotione spirituum ad generationem servientium. *Omnes.* Sicut enim ipsa copula & ejus delectatio pro præsenti est eis mortaliter illicita, ita & actualis delectatio præsens de tali copula cogitata eis illicita mortaliter est. Cæterùm, ubi alibi notavimus, aliud est consensus & complacentia in copulam cogitatam, ut præsentem, & delectationem actualem veneream ex tali copula cogitata actu in apetitu sensitivo & partibus

tibus venereis consequentem ; quod & sponsi de futuro, & viduis de præterito mortaliter illicitum, & solis conjugibus licitum est. Aliud est consensus & complacentia in copulam cogitatam ut futuram & delectationem veneream ex tali copula futura aliquando consecuturam ; quod sponsis illicitum non est ; cùm enim ex ipsis sponsalibus contractis velut jure inchoato talis copula & delectatio sit aliquando futura, non debent de ea contristari, vel eam aversari, sed licitè in eam consentire, complacere, vel gaudere de ea possunt, cùm nihil aliud sit, quàm gaudere de spe boni futuri, quæ spes præsens & licita est. Ita cum plurimis Sanchez. *l.* 4. *disp.* 47. Diana *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 2. Jacobus Marchant. *Resol. Pastor. tract.* 8. *c.* 1. *in fine.*

429 III. Insuper peccant mortaliter tactibus impudicis sive ex objecto, ut circa partes verendas, sive ex intentione tangentis, utpote se vel alteram provocandi ad libidinem, copulam, pollutionem, aut delectationem veneream : sive ex adjuncto periculo actus vel consensus in copulam, pollutionem, delectationem veneream, &c. Quia tales tactus impudici sunt proximæ dispositiones ad copulam, ac proinde illis solis licent, quibus licet ipsa copula, quibus autem copula non licet sub mortali, ut sponsis, mortaliter illiciti sunt. Communissima Navar. *c.* 16. *num.* 13. Sanchez *l.* 1. *disp.* 46. *num.* 51. rectè inferentes, sponsos de futuro non permittendos commorari solos ob periculum libidinum.

IV.

IV. Tactus non ita impudici ex objecto, intentione, vel periculo libidinis, sicut & oscula, amplexus, aspectus, colloquia inter sponsos ex sponsalibus cohonestantur, aut saltem à mortali excusantur, etsi conjuncti sint cum delectatione sensibili ex ipsis tactibus, osculis, amplexibus præcisè proveniente, Ita Navar. *c.* 14. *n.* 18. *& c.* 16. *n.* 12. aliisque plurimis congestis Sanchez cit. *num.* 47. Layman *l.* 4. *sect.* 4. *num.* 11. Diana *part.* 2. *tract.* 17. *resol.* 6. Ratio est; quia sicut matrimonium ratum conferendo jus ad copulam cohonestat ipsam copulam, ita sponsalia de futuro, cùm sint quoddam matrimonii initium, & jus quoddam inchoatum, tribuunt & cohonestant ejusmodi tactus, oscula, amplexus, &c. non impudicos, tanquam dispositionem & præparationes ad futurum matrimonium. Et siquidem fiant ejusmodi tactus, oscula, amplexus, aspectus, colloquia inter sponsus solummodò in signum benevolentiæ, ad fovendum mutuum amorem in ordine ad futurum matrimonium, aut honestæ civilitatis gratiâ secundum morem patriæ, omninò licita erunt & sine culpa, omnium ferè consensu; quia finis est honestus: si verò intendatur delectatio illa sensibilis ex ipsis talibus tactibus, osculis, &c. proveniens (dummodò absit semper delectatio morosa venerea, ejusque, vel ulterioris libidinis periculum, scilicet pollutionis vel copulæ) erunt peccata venialia, excusantibus sponsalibus, etsi in solutis sint mortalia. Ita 430

Navar. Sanch. *l. c.* Cajetan. Lopez, alii apud eundem Sanchez *num.* 48. Addit. Tambur. *l. 3. Decal. c. 3. §. 5. num.* 61. quòd, si sponsus v. g. est in ea occasione, ut planè inurbanus haberetur, nisi exerceret ejusmodi non impudicos tactus & oscula, amplexus vel colloquia non obscœna, possit ea exercere, etiam cum prævisо periculo polutionis, secluso tamen consensu ac periculo consensûs in illum; quia jam adest rationabilis causa, & sponsus dat operam rei licitæ. De quibus omnibus latiùs suo loco. Tandem fermo fuit de sponsis propriè dictis per sponsalia valida & absolutè contracta, nam illis, qui sibi sponsalia solum promiserunt, aut qui sponsalia contraxerunt invalida, aut contraxerunt sub conditione in futurum, v. g. si parentes consenserint: si Papa dispensaverit, &c. minimè licita sunt illa etiam non impudica amoris signa, quæ sponsis veris concessimus; isti autem nondum sunt sponsi. Vide Sanchez *l. 5. de matrimonio. disp. 5. à num.* 38. Dianam *part. 4. tract. 4.*

SECTIO II.

De peccatis Conjugum in contractu matrimonii, ejusque invalidi revalidatione.

SUMMARIA.

431. *Fictè contrahens matrimonium peccat mortaliter.*
432. *Et in foro externo compellitur ad verè contrahendum.*
433. *Nisi adsit legitima exceptio.*
434. *Casus difficilis.*
435. *Contrahens scienter cum impedimento quocunque peccat mortaliter.*

436.

436. *Peccato sacrilegii.*
440. *Sicut & alii ad sic contrahendum scienter inducentes, & cooperantes.*
443. *Instructiones Confessariis valde notandæ, quando in confessionali cognoscunt, matrimonium esse invalidum:* usque ad n. 447.
447. *Si matrimonium est validum in defectu consensûs utriusque contrahentis, sufficit tunc solùm renovare consensum verum.*
449. *Probabiliter internè tantùm.*
451. *Matrimonium invalidum ex impedimento revalidatur per dispensationem;*
452. *In quo jure ordinario dispensat solus Pontifex.*
453. *Quando dispensare possit Episcopus?*
455. *Quid agendum Confessario vel Parocho, si immediatè ante nuptias jamjam celebrandas in aliquo contrahente inveniat impedimentum occultum?*
456. *Habita dispensatione necessariò requiritur etiam novus consensus.*
457. *Et quidem utriusque, internus & externus.*
458. *An impedimentum & nullitas matrimonii debeat alteri parti ignoranti manifestari?*
461. *An requiratur etiam nova solemnitas, seu præsentia Parochi & testium?* usque ad n. 448.

ASSERTIO II.

PEccant mortaliter & sacrilegè conjuges, si aut fictè matrimonium contrahant, aut scienter & voluntarie cum impedimento quocunque: certò quidem sacrilegio, si cum impedimento impediente tantùm, saltem ut suscipientes: & verius etiam sacrilegio ut ministri, si cum impedimento dirimente quocunque seu juris divini & naturalis seu juris positivi & Ecclesiastici, addita sæpe speciali malitia ex motivo impedimenti præter nullitatem talis matrimonii, necessariò

postea aut dissolvendi, aut revalidandi per suppletionem, aut impetrata dispensatione, per renovationem consensûs. Hæc assertio magni momenti acurate explicanda est.

§. I.

Peccat mortaliter, si aut fictè matrimonium contrahant.

431 I. SI nimirùm contrahens simulatum animum habeat absque vero interno consensu in matrimonium, certum est apud omnes, peccare mortaliter, per se loquendo, secluso nimirum specialiter metu gravi injustè incusso ad extorquendum matrimonium. Juxta dicta in Impedimento *vis.* Et quidem dupliciter: 1. Sacrilegio contra reverentiam Sacramenti; cùm ipsi contrahentes sint ministri hujus Sacramenti: omnis autem minister falsò absq; intentione adhibens signa Sacramentorum, peccant sacrilegio: ergò &c. Communis DD. Layman *tract*, 11. *p.* 2. *c.* 4. *num.* 1. De hoc vide Parte 1. *c.* 3. *n.* 168. ubi dixi, rationem malitiæ sacrilegæ ejus, qui invalidè conficit Sacramentum, desumi non ex irreverentia ipsius Sacramenti (cum tunc nullum conficiatur Sacramentum: & non entis nullæ sint qualitates) sed ex irreverentia adversus ipsum Authorem Sacramentorum DEUM ac CHRISTUM. Nam etiam fictè contrahens matrimonium exhibet signa sacramentalia in iis circumstantiis, in quibus ex institutione Divina deberent hominem sanctificare: Talis autem sua fictio-

fictione facit, ut non possit hominem sanctificare, utique gravi irreverentiâ & quasi illusione Christi Institutoris Sacramentorum. 2. Peccato injustitiæ ac injuriæ, quam alteri parti bona fide contrahenti infert in re gravissimâ: eáque de causa obligatus manet ad compensándum omnia damna, quæ indè conjugi putatitiæ accidunt, quæ compensatio plerumque secundùm æquitatem fieri nequit alia ratione, quàm ut, depositâ simulatione, verum habeat animum & elicito consensu matrimonium ratificet; nam ut infra dicemus, quandò matrimonium est invalidum ex defectu solius consensûs interni, ratificatur eo solo, quòd consensus verus accedat, dummodò alter contrahens suum consensum actu vel virtute retineat. Qua de re latissimè Sanch. *l.* 2.

423 II. Ficto animo absq; consensu interno matrimonium contrahens, etsi matrimonium omni jure irritum sit; cùm sine consensu non subsistat contractus matrimonii. *c. sufficiat* 27. *quæst.* 2. *& c. cùm locum. De sponsal.* fictus autem consensus non est consensus, & ideò is in foro conscientiæ per se non obligetur ad verè contrahendum, nisi per accidens, ratione damni: nihilominus tamen in foro externo præsumitur esse Sacramentum, & fictus compellitur ad verè contrahendum & cohabitandum, ita ut neque juranti credatur adversus ea, quæ anteà asseveravit, se nimirùm fictè tantùm contraxisse; cùm juxtà legitimas Sanctiones, *Nimis indignum sit, ut, quod sua quisq; voce dilucidè protestatus est,*

proprio valeat testimonio infirmare, donec nimirùm deceptor suæ declarationis clarissima indicia edet, quæ Ecclesiasticus judex sufficere arbitretur ad fidem contrariam dictis prioribus habendam. Ratio disparitatis est, & assignatur à D. Thoma, aliisque communiter. In foro judiciali creditur homini contrà se, & non pro se simpliciter asserenti: in foro autem pœnitentiæ creditur homini pro se & contra se. Unde quamvis etiam juratò asserenti, se consensu simulato contraxisse, alter conjux credere non tenetur, imò nec potest eo fine, ut à vinculo conjugii liber præsumatur, & ad aliud matrimonium transire liceat. Communis DD. citati omnes.

433 III. Casus tamen aliqui enumerantur à DD. quibus talis deceptor ad matrimonium non obligatur: 1. Si decepta pro virgine falsò se jactabat; nam deceptio deceptione tollitur, & velut compensatur. 2. Si deceptor in longè eminentiori statu positus sit; dummodò spe matrimonii copula non intercesserit, alia tamen factâ justâ compensatione. 3. Quandò decepta deceptione cognitâ, aliam compensationem sponte recipit. 4. Si deceptor aliud posteà matrimonium vero consensu contraxit, cui omninò stare tenetur, factâ tamen debitâ compensatione priori deceptæ sponsæ. Ex communi *Layman* l. c.

434 IV. At, quid si hoc casu judex Ecclesiasticus deceptorem à censuris cogat ad prius matrimonium ficte contractum, cùm priorem fictionem pro-

probare non possit, & asserenti, etiam juranti credi non debeat: & posteriùs matrimonium invalidum judicetur? Difficillimus casu S. Resp. D. Thomas *Supplement. 3. part. quæst. 85.* Layman cit. *part. 2. c. 6. in fine*, alii communiter: Quòd si is nulla alia ratione effugere possit, quin disertâ posteriori legitima conjuge, ad priorem putatitiam redeat, posse quidem & debere illi aliquamdiu cohabitare, ut Ecclesiæ præcepto satisfaciat, potiùs tamen quidvis pati, & etiam excommunicationis sententiam in foro externo sustinere debet, (nam in foro conscientiæ coram Deo non incurrit) quàm in copulam consentiat; esset enim verum adulterium per se intrinsecè malum, quod neque Ecclesia, neque alius quicunque præcipere potest: & neque vitandæ mortis causâ licere potest.

At rursus, quid si secunda uxor interim aliud matrimonium ineat? Resp. Salvari bona fide, & ignorantia invincibili, quousque veritas de dubitate prioris & valore alterius matrimonii patescat. De quo plura in simili inferius.

§. II.

Aut scienter & voluntariè cum impedimento quocunque.

435 MOrtaliter certò peccant scientes & voluntariè contrahentes matrimonium cum impedimento quocunque seu dirimente, seu impediente tantùm. Ita omnes, teste Perez *disp. 22. sect. 2. & 3.* Ratio patet; quia in re gravi & magni momenti contraveniunt præcepto, aut

naturali vel divino, aut saltem Ecclesiastico; singula enim impedimenta continent gravem materiam, gravémque inobedientiam fundant: ut patet discurrenti per singula. Jam verò qualiter ejusmodi contrahentes in specie peccent, breviter explicandum erit.

436 I. Contrahentes matrimonium cum impedimento impediente tantùm, certò committit sacrilegium, saltem quatenùs suscipiens est verum & validum Sacramentum matrimonii: quemadmodùm quilibet in statu peccati mortalis suscipiens Sacramentum vivorum mortali sacrilegio delinquit, ponendo obicem effectui Sacramentali, scilicet gratiæ sanctificanti. Attamen, quatenus sic contrahens minister est, in mortali alteri Sacramentum matrimonii ministrans in communi & recepta jam sententia, non peccare mortaliter; cùm ad hoc ministerium specialiter consecratus non sit: posse tamen peccare mortaliter, quatenùs alteri simili impedimento obstricto, aut aliàs in mortali existenti hoc Sacramentum scienter ministrat, tanquam cooperans peccato alterius, cùm id facilè impedire posset; jam per occasionem innui suprà, cùm de Ministro Sacramenti hujus. Insuper autem talis peccat speciali peccato contra virtutem, ex cujus motivo inductum est impedimentum, utpotè contrà virtutem Religionis, si contrahit obstrictus voto simplici Castitatis, aut cum impedimento sacri temporis seu feriarum: contra virtutem justitiæ, si cum impedimento spon-

sponsalium, contrà virtutem obedientiæ, si cum impedimento interdicti. Tandem contrahendo tantùm, non item posteà consumando, peccare contrahentẽ cum impedimentis impedientibus tantùm (excepto: si voto simplici castitatis obstrictus sit) jam indicatum est suprà, cùm de impedimentis impedientibus: exque professo magis explicandum erit infrà, *sect. sequent.* Ubi de peccatis conjugum in usu.

II. Contrahens scienter & voluntariè cum 437
impedimento dirimente quocunq; seu juris naturalis, seu divini, seu Ecclesiastici tantùm, certò quidem peccat mortaliter ob rationem generalem initio datam: certò tamen etiam non peccat sacrilegio, quatenùs suscipiens est; cùm nullum tunc Sacramentum suscipiatur, nec fiat: insuper neque peccare sacrilegio, quatenùs Minister est invalidè ministrans, docent gravissimi DD. ac ipse Sanchez *l.* 7. *disp.* 5. Hurtad. *disp.* 2. *diff.* 3. Perez *disp.* 21. *sect.* 12. Dicastil. *disp.* 7. *dub.* 2. Diana *part.* 3. *tractat.* 4. *resol.* 297. alii apud istos: & probabile censent Tambur. *tract.* 1. *c.* 17. *num.* 9. Gobat *cit. num.* 60. Ratio est; quia sic contrahens directè solùm irritat, & annullat contractum natutalem ac civilem matrimonii, quo deficiente, consequenter etiam deficit ratio Sacramenti: quia ergò sic contrahentes nihil efficiunt, cui ex institutione Christi annexa sit ratio Sacramenti, quippe quæ soli contractui legitimo annexa fuit, nulla hîc apparet indigna tractatio Sacramenti, adeóque

nec ullum ſacrilegium, per ſe loquendo. Et hanc ſententiam & rationem & nos admiſimus per accidens, quandò matrimonium gravi & injuſto metu extortum, etiam cum alio impedimento dirimente, dummodò abſit intentio conſummandi: cùm de impedimento *Vis*. At per ſe loquendo, ſecluſo tali metu, non placet, nec placuit unquam.

438 III. Verius omninò eſt contrahentem cum impedimento dirimente peccare ſacrilegio contra reverentiam Sacramenti. Ita Cajetanus, aliique cit. Coninck. *hic diſp.* 30. *dub.* 2. Layman. *tract.* 10. *part.* 4. *c.* 1. *num.* 5. Pluresque congerens Averſa *quæſt.* 9. *ſect.* 5. Ratio eſt; quia fideles, quandò contrahunt matrimonium cum impedimento dirimente, ſciunt ſe irritum reddere non ſolùm contractum matrimonii civilem, ſed etiam ipſum Sacramentum illi contractui à Chriſto Domino annexum, eſtò indirectè tantùm irritetur Sacramentum; atqui ſecluſâ juſtâ causâ urgente, utpotè metu gravis & injuſti mali excuſante, etiam indirectè irritare Sacramentum, meritò gravis irreverentia Sacramenti, adeóque ſacrilegium cenſetur (An tu à mortali ſacrilegio excuſabis illum, qui vinum conſecrandum nimiâ aquâ admixtâ ineptam conſecrationis materiam redderet, etſi validè indirectè tunc irritaret Sacramentum?) Certè tales contrahentes ad velandum ſceleſtum ſuum contractum ritibus ac nomine Sacramenti abutuntur, non ſine graviinjuria ac irreverentia; ait Lay-

Layman loc. cit. Insuper tales contrahentes cum impedimento dirimente, animo consummandi illud, specialiter peccant contra illas virtutes, quarum motivo inductum est tale impedimentum dirimens: ut omnes observant: v. g. contra virtutem Religionis, si contrahas cum impedimento voti solemnis, vel sacri Ordinis: contra justitiam, si cum impedimento ligaminis; contrà virtutem pietatis, seu reverentiam sanguini debitam, si cum impedimento consanguinitatis, affinitatis, &c. Si cum impotentia perpetua, certè vis peccare contra naturam meris impudicitiis: & sic de cæteris; ubi nulla specialis virtus violatur, manebit generalis malitia inobedientiæ. Vide *sect. sequent.* §. 1. regulam tradendam de ipsa talium contrahentium copula. Ubi rectissimè monet nostet Herincx cit. *disp. 6. quæst. 3. n. 26.* hîc non committi unicum tantùm numero peccatum volendi semel consummare matrimonium nulliter contractum, peccando contra castitatem, aut aliam virtutem annexam, sed potiùs esse peccatum multiplex, saltem virtualiter, quatenùs volunt sic in statu quasi continuo peccati perseverare: sicut qui proponeret vivere in concubinatu: & reverà nihil erunt istæ consummationes matrimonii nulliter contracti, nisi concubinatus & fornicationes continuæ simplices & qualificatæ. Juxta regulam modò promissam *sect. sequent.* tradendam.

IV. Dixi autem semper: *scienter & volun-* 439

tariè

tariè contrahentes cum impedimento dirimente: secùs enim est, si ex ignorantia iuvincibili & inculpabili, ac bona fide sic contrahant, licet enim etiam sic contractum matrimonium maneat irritum & nullum, non tamen manet peccatum; cum ignorantia talis omne voluntarium, adeóque omne etiam peccatum tollat. Qualiter autem etiam metus gravis & injustè incussus, voluntarium saltem minuens excuset à peccato; dictum est satis suo loco de impedimento *Vis*. Minimè autem à dictis peccatis excusat ignorantia culpabilis & vincibilis, præsertim crassa & affectata impedimenti; aut si quis cum dubio latentis impedimenti contrahat, quo casu exponendo se voluntariè periculo annullandi Sacramentum, eo ipso peccat mortaliter: ut apud omnes in confesso est. Attamen si ejusmodi dubitans, an laboret aliquo impedimento matrimonii, post diligentem inquisitionem veritatis, hanc deprehendere non possit (etsi contra communissimum sensum DD.) adhuc licitè contrahere, docent Joannes Sanchez *selectar. disp.* 45. *num.* 44. & ex professo Caramuel apud Dianam *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 95. Tambur. *l.* 1. *Decal. c.* 3. §. 3. *V. Dispensat.* Consentitque Gobat. *hic cas.* 1. *n.* 62. Eo quòd ipsi faveat privilegium possessionis, & verè se habet sicut is, qui similiter dubitat de legitimis natalibus: quem nihilominùs licitè posse ordinari, cum aliis ostendit idem Gobat *Alphab. Ordinand. cas.* 11. *num.* 435. At, inquis, sponsa talis

talis ſponſi graviter decipitur; nec enim vellet nubere tali dubitantio, ſi id noſſet. R. Ergò debet eam de ſuo dubio priùs informare, & tunc adhuc conſentientm non decipit.

Corollarium. Tandem in dictis caſibus omnium impedimentorum, ſicut ipſi contrahentes, ita alii ad contrahendum ſcienter inducentes, cooperantes, aut, cum poſſent & deberent, non impedientes, (utpote Parochi, Confeſſarii, parentes, conſanguinei, quilibet conſcii impedimentorum, præſertim poſt denuntiationes ad eum finē impedimendi matrimonia nulla præcipuè factæ: juxta dicta ſupra ſuo loco,) Peccant mortaliter eadem ratione & ſpecie malitiæ, ejusdem enim malitiæ eſt peccate, ad peccandum inducere, cooperari, aut, cùm poſſis & debeas, non impedire. Ex omnium ſententia in materia de ſcandalo. 440

Petes: quam pœnam incurrant contrahentes cum impedimento dirimente? R. Generalem pro omnibus nullam eſſe ſtatutam in jure; ſed in ſpecie ita ſtatuit Pontifex *Clementinâ unicâ. De conſanguinit. & affinitat.* his verbis; *Eos, qui ſcienter in gradibus conſanguinitatis & affinitatis conſtitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonium non verentur: nec non religioſos. & moniales, & clericos in ſacris conſtitutos matrimonium contrahentes, excommunicationis ſententiæ ipſo facto decernimus ſubjacere.* Sic Pontifex. Ubi nota quatuor: 1. Excomunicationem illam non eſſe 441

reſer-

reſervatam, ideóq; à quolibet confeſſario abſolvi poſſe. 2. Quia Pontifex expreſsè dicit: *qui ſcienter, &c.* ideo ab hac ex communicatione incurrendâ excuſat omnis ignorantia, etiam culpabilis, craſſa, & facti juris hujus. 3. Quia hæc conſtitutio de aliis impedimentis non meminit, præter conſanguinitatem, affinitatem & votum ſolemne, ideò ex nota illa Regulâ, quòd *odioſa reſtringenda ſint*, ad alia impedimenta extendi nequaquam debet. Ut ex communi obſervat Averſa *hic quæſt. 7. ſect. 5. 4.* Addit rectè Pontius *hic. 7. diſp. 45.* neque hac excommunicatione affici eos, qui vinculo cognationis ſpiritualis vel legalis obſtricti matrimonium inter ſe contrahunt; quia conſtitutio ſolùm meminit conſanguinitatis & affinitatis.

§. III.

Præter nullitatem talis matrimonii neceſſario poſtea aut diſſolvendi, aut revalidandi.

442 HOc nimis certum ex dictis; qui enim contraxerunt cum impedimento dirimente, re ipſa conjuges non ſunt, ſed meri ſoluti: ideóque, ſi copulam exerceant, meri & veri fornicarii & concubinarii. Nullum ergo hîc datur medium, niſi ſeparatio, aut revalidatio, niſi in raro caſu per modum fratris & ſororis cohabitent: & ſiquidem impedimentum ac nullitas matrimonii notoria ſint, Epiſcopis, eorúmque Conſiliariis Eccleſiaſticis cura relinquenda eſt: nec

se immiscere debet confessarius; at verò, si occulta & in foro conscientiæ tantùm ad confessionale allata: hoc opus, hic labor, hic sudor confessariis! in horum gratiam ex multa lectione & longa praxi pono priùs aliquot instructiones, deinde §§. sequentibus dabo praxin revalidandi ejusmodi matrimonia.

I. Ante omnia confessarius sciat, & attendat, 443
ex quo capite matrimonium sit invalidum; quale sit impedimentum: cujus juris: an dispensabile, nec ne; matrimonium enim potest esse invalidum ex duplici capite: 1. Ex defectu solius consensus alterius vel utriusque contrahentis: utpotè, si consensus fuit fictus, si ex metu gravi & injusto extortus, si ex errore circa substantiam, vel qualitatem conditionis servilis: huc ergo spectant impedimenta erroris, conditionis, vis, & quandoque raptûs: & hæc propriè non sunt dispensabilia, sed per novum liberum consensum supplebilia per ipsos contrahentes: ut §. *sequent.* patebit. 2. Potest esse invalidum matrimonium, non ex defectu consensûs, qui abundè adest, sed ex defectu habilitatis personalis ex alio impedimento dirimente à jure inducto ob aliam justam causam: utpote ob indecentiam copulæ, ob punitionem criminis, ob tuendam libertatem matrimonii, &c. Et hæc aut sunt juris naturalis vel divini, aut juris positivi vel Ecclesiastici tantùm. Juris naturalis vel divini, adeoque indispensabilia, impedimenta sunt: 1. Impotentia perpetua, item ætas indiscreta: de his nulla difficultas in praxi. 2. Consangui-

ſanguinitas in primo gradu recto & transverſo: & hic caſus rarus, non tamen omninò nullus, unus jam bis inſinuatus eſt: 3. Ligamen ſeu vita alterius prioris conjugis: & hic caſus ſatis frequens, præſertim iſtis temporibus bellicis. 4. Votum ſolemne profeſſionis ac ſacro Ordini adjunctum, ſaltem impediens, & ſecundum multos etiam dirimens jure divino naturali: & hic caſus quidem frequens in apoſtatis reverſis; ſed nullius difficultatis, in confeſſionali, ne audiendi quidem, niſi ſeparari. Additur cultûs disparitas; ſed nullius praxis, certè nullius difficultatis. Juris poſitivi & Eccleſiaſtici tantùm, ideóque diſpenſabilia (jure ordinario à Pontificè, & per accidens, certis conditionibus infra inſinuandis, etiam ab Epiſcopo,) ſunt reliqua omnia: utpote 1. Omnis conſanguinitas ultra primum gradum, & ſecundum multos, etiam in primo gradu transverſo. 2. omnis omninò affinitas ex quacunque copula. 3. Omnis omninò cognatio ſpiritualis & legalis. 4. Omne crimen, & publica honeſtas, & jure novo raptus, & clandeſtinitas.

444 II. Confeſſarius deprehenſo impedimento quocunque & cujusvis juris, mox advertat, an conjux pœnitens ſit in bona fide, ſeu ignorantia invincibili & inculpabili ſui impedimenti; ſi enim bona fide contraxit, & adhuc perſeverat in bona fide & ignorantia invincibili ſui impedimentiæ nullitatis matrimonii; eſto alioquin ſciat

sciat defectum v. g. copulam cum consanguinea conjugis antea habitam, dummodò ignoret, ob id matrimonium suum nullum esse, regulariter in sua bona fide relinquendus est; regulariter enim advertit confessarius suam informationem obfuturam potiùs, quàm profuturam, talem scilicèt, etiam informatum, tamen conjugem putatitiam non derelicturum, cum illa peccaturum, aut si derelinquat, oritura gravissima scandala, alia incommoda & difficultates, maximè circa proles jam susceptas: eo casu potest & debet confessarius prudenter dissimulare: juxta illud D. Augustini relatum c. 7. De pœnitentia, d. 7. *Si scirem tibi non prodesse, non monerem, non terrerem, &c.* Et communem DD. cum Sanchez *l. 2. disp. 38. n. 8.* Addente: si opus sit, etiam posse talem obligationem debiti docere. Ratio est; quia ex duobus malis minus est eligendum: minus autem malum est fornicari materialiter tantùm in bona fide conjugii, quàm acceptâ informatione imprudenti formaliter peccare, continuâ perplexitate, aut alia graviora mala oriri: ergo silendo permitte potiùs peccare materialiter, quàm formaliter, aliave gravissima mala incurrere: Idque maximè verum est, quando impedimentum est juris naturalis seu divini, ideóque indispensabile. Sic enim legitur, D. Carolum Borromæum, habito Concilio Ecclesiastico, reliquisse in bona fide Nobilem illum, qui matrimonium contraxerat cum propria & sorore & filia ex propria matre

damnatissimo incestu susceptâ, postquàm nefandum nefas mater ipsi sanctissimo Archiepiscopo confessa fuit, Attamen etiam sæpè locum habere debet, quando impedimentum est juris positivi & dispensabile, dispensatióque impetrari possit; nam restat magna difficultas plerumque, & delicatum periculum in renovando novo & absoluto consensu, quando unus tantum conjugum nullitatis matrimonii conscius factus, causam nullitatis sine infamiæ periculo & incommodo prodere non potest: ut videbis infrà, & miraberis: idque maxmimè, si conjuges non admodùm bene concordent; quid si alter conjux ex petitione novi consensûs nullitatem matrimonii olfaciens de novo consentire nollet? Ut alicubi factum scio. Quin etiam, si pœnitens conscius nullitatis matrimonii facilè apprehendat, se debitum exigere non posse, invincibiliter tamen putet, se alteri bona fide exigenti reddere debere; eadem ratione tace, dissimula confessarie, præsertim si fœminæ sint, quibus debitum negare difficile & periculosum est, donec impetrata dispensatione, de revalidando matrimonii contractu ipsos instruas.

445 III. Quando verò pœnitens non est in bonâ fide, sed vel conscius sui impedimenti & nullitatis matrimonii, aut de eo rationabiliter dubitans, aut illius ignorantia vincibili & culpabili laborans, quippè de eo suspicans vel anxius, tamen ex desidia vel malitia negligit inquirere veritatem, omninò tenebitur confessa-

rius

rius de veritate informare; quia alioquin esset in malo statu & incapax absolutionis: Sicut universaliter tenetur veritatem aperire, quando pœnitens ipsemet de impedimento vel valore matrimonii sui dubius vel anxius ipsum consulit aut interrogat; tunc enim dissimulatio veritatis esset approbatio falsitatis, & longè plus mali tunc timeri debet ex dissimulatione, quàm ex aperta manifestatione veritatis, præsertim quando impedimentum est aliis quibusdam notum. Quare Confessarius vel Parochus rotundè dicat, laborare eos impedimento; matrimonium esse nullum, atque inde abstinendum esse ab omni matrimoniali usu, non tantùm ipsâ copulâ, sed omni etiam actu impudico solutis illicito. cum reverà soluti sint. Quòd si ergò conjux pœnitens non sit jam in bona fide, sed, ut dictum, conscius vel certior factus de nullitate sui matrimonii, jam inspiciendum erit, cujus juris sit impedimentum dirimens: Si impedimentum annullans matrimonium sit juris naturalis vel divini, ideóque indispensabile humanitus, v.g. Ligaminis, vivente adhuc altero conjuge. Hîc est miseria cum aceto. Inducendi, imò cogendi sunt, ut omni possibili modo vel prætextu separentur, aut fugâ occultâ, quæ viro facilior, fœminæ difficillima, aut ingressione Religionis, servatis servandis, aut divortii sub alio titulo, si adsit, procuratione. Quòd si nihil horum succederet, & moraliter omninò impossibilis videatur separatio ob gravissima indè oritura damna

pericula, ſcandala, ipſique ſeriò promittant, & ſubindè (valdè tamen circumſpectè, & conſulente confeſſario) etiam jurent, vel voveant continentiam perfectam ab omni copula & impudicitia, quæ ſolutis illicita, ut dictum, tandem cohabitare permittantur tanquàm frater & ſoror; & quoad fieri poteſt, non tantùm lecto, ſed etiam loco de noctu ſeparati. Ut omnes monent. Sed quæſo te, in eadem domo, in eadem camera, & ſubindè, ob inopiam, in eodem lecto, an unquam extra præſentiſſimum periculum præſertim ſi adhuc non ſenes expertæ voluptati valdè affecti ſint? Nihil hîc remedii præter gratiam divinam implorandam & impetrandam piis mediis & devotionibus, ſingulariter ad ſanctiſſimos Virgineos Conjuges, MARIAM & JOSEPH, aliósque ſanctos, qui in vero conjugio virginitatem ſpontè ſervârunt: Ut Dixi Henrici cum Cunegunde, Elzearii cum Delphina, &c. Quæ prudens confeſſarius ſuggeret: horrent pili, dum recordor vexationis, quam in ſimili ſemel habui per ſexennium.

446 IV. Quòd ſi denique impedimentum juris poſitivi & Eccleſiaſtici: adeóque diſpenſabile ſit ſive deinde conjuges defacto jam ſint in bona vel mala fide, perindè eſt; jam ſolùm inquirere & advertere debet confeſſarius, an à principio bona vel mala fide matrimonium contraxerint cum impedimento dirimente, an ſcilicèt, quando contraxerunt, verè inculpatè ignoraverint, vel jam ſciverint, adeſſe impedimentum dirimen-

dirimens, & matrimonium fore invalidum. Quando uterque conjux mala fide matrimoniũ contraxit, non ignarus scilicèt impedimenti & nullitatis matrimonii: Iterùm est miseria priori propè par; vix enim est spes impetrandæ dispensationis, Pontifex enim dispensare non solet, nisi admodùm difficulter; Episcopus autem dispensare tunc non potest, in communi sententia, & ubique (quantum mihi aliquotiès experto constat) receptâ praxi: ergò res recidit in miseriam præcedentem, eodem ferè modo dijudicandam, ut suprà. Tandem ergò, quando uterque vel saltem unus conjugum bona fide contraxit ignarus scilicèt impedimenti & nullitatis matrimonii, etsi fortè non ignarus causæ, v. g. copulæ cum consanguinea conjugis anteà habitæ (ut jam N. I. insinuavi.) jam confessarius cum pœnitente gaudeat de remedio, & sciat Episcopum dispensare posse, positis certis conditionibus infra exponendis: ergò si separari nolint, vel non possint ob incommoda suprà indicata, prout reverà ordinariè non possunt; inprimis eis interdicat omnem omninò matrimonii usum tam petendo, quàm reddendo interea, donec impetretur dispensatio, quam ab Ordinario plerumque ipse confessarius, supressis veris nominibus personarum, aliisque peregrinis substitutis, procurare & impetrare debebit, ac denique impetratâ dispensatione curare, ut renovato consensu matrimonium revalidetur: juxta dicenda infrà ordine suo.

§. IV.

PRAXIS.

Revalidandi matrimonium invalidum.

Matrimonium invalidum ex defectu consensûs tantùm. *Per consensus suppletionem.*

447 QUando matrimonium fuit invalidum ex defectu solius consensûs, utpotè ficti, vel revocati, vel metu injusto extorti, aut ex errore circa substantiam vel qualitatem conditionis; nulla requiritur dispensatio, sed ipsi contrahentes novo vero ac libero consensu elicito matrimonium revalidare possunt, & post fictionem etiam debent, cùm sine consensu essentia matrimonii non subsistat, circa quem consensum supplendum, sic accipe. Si defectus consensûs fuit ex utraque parte contrahentium, cum scilicet ambo fictè, meticulosè vel erronicè contraxerunt, certum est apud omnes, debere ex utraque parte suppleri novo vero ac libero consensu non tantùm interno, sed etiam externo per verba vel signa de præsenti expresso, & invicem manifestato, ut matrimonii contractus & Sacramentum convalescat. Omnes. Sanchez. *l. 2. disp. 32. num. 15.* Pontius *l. 4. c. 24.* Ratio clara est: cum enim consensus utriusque planè nullus fuerit, & nè ex parte quidem fuerit matrimonium inchoatum, necessariò requiritur utrius

riusque novus & verus consensus externus sensibilis, ut matrimonii contractus & Sacramentum sensibile convalescat. Atque idipsum esse necessarium, quando defectus consensûs fuit ex parte unius tantùm contrahentium, docent multi DD. *Lessius*, *Pontius*, *Hurtad.* *Aversa*, apud probile censentem Tambur. *tract.* 4. *c.* 7. §. 1. *n.* 2 Atque ita respondisse Clementem VIII. Pontificem, refert Comitolus *l.* 1. *Respons. Moral. c.* 120. Ratio potissima est; quia quando unus contrahens fictè vel coactè vel erronicè consentit, eo ipso etiam alterius, quantumvis verus & serius, consensus nullus est & invalidus; nam tradit suum corpus, & acceptat alterius corpus cum imbibita conditione: si & alter consentiat, tradit & acceptet: neque potest valere traditio unius, nisi adsit acceptatio alterius: neque acceptatio unius valere potest, nisi adsit alterius traditio; ut sanè manifestum est: atqui in proposito alter verè non consentit, nihil tradit, nihil acceptat: ergò etiam alterius consensus nullus est, nulla traditio, nulla acceptatio: ergo utrumque de novo verum consensum elicere & exteriùs manifestare oportet, & insuper ad eum finem alter, qui priùs fictè & coactè consensit, alterum de suo ficto vel coacto consensu certiorem reddere debebit, ut scilicèt is de novo consentiat. Ratio minimè spernenda: sententia omninò probabilis, sed non placet practicè. Itaque dico;

II. Quandò defectus consensûs ficti, coacti, 448

erronei, est ex parte unius tantùm contrahentis, sufficit hunc solùm supplere & renovare suum consensum verum liberum, dummodò alter, qui verè consenserat, interea suum consensum, non revocarit. Ita communis DD. D. *Thomas D. Bonaventura. Richard. Paludanus, Sotus, Angles. Gabriel. Navar.* aliisque citt. *Sanchez l. c.* Layman *tr.* 10. *part.* 2. *c.* 6. *num.* 1. Item *Bonacina, Filius, Diana*, omnesque citans Bossius *De matrimon. c.* 2. *num.* 28. Herincx. *disp.* 3. *quæst.* 7. *n.* 41.

Ratio est, quia altera pars præstitit legitimum consensum circa materiam habilem, atque in eo moraliter & habitualiter perseverat, imò vi illius persistit in possessione alterius compartis tanquam rei suæ, suæ uxoris, sui mariti: ergò accedente novo alterius partis consensu verum matrimonium efficitur. Nec urget ratio sententiæ contrariæ; falsum enim est, consensum contrahentium ferri in alterutrum, atque in valorem matrimonii, pro tempore præsenti tantùm, & non pro tempore futuro, si pro præsenti non subsisteret, quasi contrahens dicat semper: *consentio, trado me, acceptote*, sed *precisè si & tu nunc consentias, te tradas, me acceptes, & non ultrà*: ubi enim hoc scriptum? sed consensus simpliciter fertur in tempus præsens cum perseverantia usque in finem, seu donec revocetur: in proposito autem non revocatur consensus, cùm vi illius contrahens accipiat possessionem corporis alterius, & in eo perse-

veret:

veret: ut modò dixi. Quarè consensus alterius partis à principio seriò & liberè contrahentis ad se intrinsecè fuit omninò validus, vera traditio & vera acceptatio pro quocunque tempore, quo alterius compartis etiam veris consensus, vera traditio & acceptatio accederet: & solùm extrinsecè quoad effectum fuit invalidus vel potiùs suspensus, quamdiu altera pars verum & liberum consensum non præbuit, quo proindè libero consensu præstito, simpliciter in verum matrimonium convalescit: quemadmodum venditio domûs v. g. invalida ob defectum interni consensûs ex una parte, hoc solo accedente, convalescit, secundùm omnes: Et similiter professio defectu interni consensûs in professente irrita, solo alterius consensu innovato ratificatur, etsi non accedat novus consensus Prælati vel Capituli, ob eandem nimirùm rationem. Ex communi *Sanchez*, *Herincx*, *cit.* & latè Cardinalis Lugo *Respons. moral. l. 3. dub. 2. & 16.* quidquid contrà communem contendat *Pontius*. Minùs urget allata responsio Clementis VIII. cùm de eo responso nec constet authenticè, nec datum fuit, nisi tanquam à Doctore privato sequente, quod tutius est; nam similiter ibidem requirit, ut de novo adhibeatur Parochus cum testibus, cujus tamen oppositum in casu defectûs occulti declaravit Pius V. ut videbimus loco citato.

III. Insuper quandò una tantùm pars fictè vel 449
coactè vel erroneè consensit, probabiliter suffi-

cit, illam solùm consensum internum revocare, nec opus est etiam exteriùs manifestare. Iu cum pluribus Sanchez *cit. disp.* 22. *num.* 9. Laymann *part.* 4. *c.* 14. in fine. Bossius *cit. num.* 42. (Quemadmodum eodem Sanchez *num.* 14 & Bossio *num.* 42. docent: solus internus consensus innovatus sufficit in persona capaci, quæ anteà fictè vel erroneè: aut coactè professionem emisit, Religione seriò acceptante) *Ratio est*; quia hic solus novus consensus internus cum illo antiquo ficto vel coacto sufficienter manifestato, sufficienter sensibilis est, & aliis innotescit: ergò durante adhuc & non revocato consensu serio & externo alterius partis, sufficienter constituit matrimonii contractum & Sacramentum. Contrà tamen, novum illum consensum debere necessariò exprimi externo novo signo sensibili, mihi probabilius cum aliis docet Pontius *l.* 4. *c.* 25. allegans rursus responsum Clementis VIII. Ratio bona est; Quod signum debeat esse expressivum consensus interni; non autem exprimatur consensus internus novus per signum tamdiu antecedens: ergò. Advertit tamen Herincx cit. *quæst.* 6. *in fine*: ad hoc signum expressivum sufficere quodcunque signum vel actum, quo quis alterum tauquam conjugem tractat, & habet, & specialiter, ipsam copulam conjugalem habitam affectu maritali, seu animo invicem habendi in conjugem. Idémque dicendum proportionaliter de professione.

450 IV. Universaliter, sive defectus consensus ficti,

cti, coacti, erronei fuerit ex parte unius, sive utriusque ad hoc, ut novo libero ac voluntario consensu sepositâ scilicet fictione, metu, vel errore matrimonium convalescat, necessarium est, ut de novo consentiens seu ratificans sciat prius matrimonium fuisse nullum, aut de eo dubitet; aut certè consensum de præsenti adhibeat, quo velit contrahere simpliciter, etiamsi prior contractus matrimonii (itemque professionis, vel quivis alius) fuisset nullus. Ut latiùs patebit infra in simili. Denique an innovatio consensus debeat fieri cotam Parocho & testibus generatim dicetur §. *ultimo*. quo supposito consentiunt D.D. matrimonium antea fictè, coactè, vel erroneè contractum sufficienter revalidari per ipsam copulam affectu maritali certè & voluntariè exercitam. Sed controversum est, an matrimonium ex metu injusto irritè contractum revalidetur, seu ratificetur per copulam injustè extortam affectu tamen maritali non meretricio præstitam, vel admissam: Negant probabilius *Sanchez cit. Coninck Pontius*, alii plures apud Aversam *q. 4. de matrim.* Herincx *q. 6. n. 1.* Ratio est; quia qui cogitur agere prædictam copulam, eandem diminutionem libertatis patitur, quam qui cogitur ad contractum matrimonii per verba de præsenti: ergo pari modo ipsi fit injuria, & consequenter matrimonium hoc, utpote adhuc per metum extortum, invalidum erit. Adde, quia alioquin non fuisset satis provisum liberati matrimonii. Affirmant verò non

pau-

pauciores cum ipso *Aversâ* citato, & probabile censent ipse *Sanchez & Coninck* Rationem dant; quia durum videtur, eum, cui metus incutitur ad habendam copulam, obligare, ut non possit consentire sponte in matrimonium illud, ut die effugiat peccatum, eundemque poni à pia Matre Ecclesia in tam duro bivio, ut ipse vel peccet mortaliter, vel patiatur grave damnum per metum intentatum. Hoc voluisse Ecclesiam, non est præsumendum. Dicendum ergo Ecclesiam solùm voluisse providere matrimonii libertati, quando ipsum per verba de præsenti contrahitur, & meritò, quia tunc periculum coactionis frequenter occurrit; nihil autem curare, quando ratificatur per copulam, quia casus hujus coactionis rarissimus est.

§. V

Matrimonium invalidum ex inhabilitate personarum, ob aliud impedimentum; *per dispensationem.*

451 QUando matrimonium contractum invalidum fuit, non ob defectum consensûs, sed ob inhabilitatem personarum ex alio impedimento jure indicto, ex parte contrahentium minimè supplebili, supposito semper impedimentum illud esse juris positivi Ecclesiastici, adeoque dispensabile potestate humanâ; tunc utique ad revalidandum matrimonium ante omnia requiritur legitima dispensatio, quâ impedimentum illud tollatur, & facultas de novo con-

tra-

rahendi per renovationem consensûs concedatur: de hac dispensatione modò paucis. De renovatione consensûs §. seq.

I. Solus summus Pontifex dispensat jure ordinario in omni impedimento jure Ecclesiastico inducto, seu dirimente, seu impediente, tam ante, quam post contractum matrimonii. Est omnium, & ratio patet ex terminis. Episcopus autem jure ordinario dispensare non potest in ullo impedimento dirimente neque ad contrahendum, neque post contractum per se loquendo (quòd possit per accidens, dicam mox) Cùm inferior non dispenset in lege Superioris. Quoad impedientia tantùm similiter certum est Episcopum non posse dispensare in voto perfecto & absoluto castitatis integræ ac perpetuæ, ac Religionis ingrediendæ, cum hæc sint expressè reservata summo Pontifici, sed bene in voto non nubendi, Ordines sacros suscipiendi; neque in sponsalibus, præsertim juratis, sed bene in aliis. Ex communi sent. Sanchez *l.* 7. *d.* 17. Layman. *tract.* 10. *c.* 4. *num.* 15. 452

II. Episcopus tamen per accidens pro solo foro conscientiæ in impedimentis solo jure Ecclesiastico matrimonium dirimentibus post jam contractum matrimonium dispensat, si hæ quatuor adsint conditiones. 1. Si adsit gravissima necessitas. 2. Si hæc necessitas ita urgeat, ut non sit tempus, vel facultas adeundi Romanum & Pontificem, vel ejus delegatum valentem dispensare. 3. Si impedimentum sit occultum, 453

ipsi

id est, fortè notum tribus aut quatuor, non tamen majori parti viciniæ. 4. Si matrimonium sit contractum bona fide. Est communissima, & praxi receptissima sententia Doctorum, quos vasto cathalogo refert, & sequitur Sánchez *l.* 1. *de matrim. d.* 14. *num.* 3. Layman *supra.* Dicastil. *dub.* 4. Barbosa. *de offic. & potestate Episcoporum allegat.* 35. Perez. *d.* 44. §. 6. pronuntians hanc sententiam debere haberi pro omninò certa. Ratio ducitur ex præsumpta mente & benignitate Pontificis, qui in tanta necessitate rectè præsumitur nolle ita sibi in damnum fidelium reservare dispensationem, ut eam tunc non possit Episcopus concedere; etenim omnes Leges conditæ sunt ad bonum commune: multi autem essent destituti necessario remedio, si Episcopus non posset dispensare, quando adsunt dictæ conditiones, circa quas aliqua breviter nota.

454 III. Necessitas sufficienter urgens censetur, quandò conjuges nequeunt absque gravi incommodo, vel scandalo separari, &, si inseparati maneant, versantur in periculo incontinentiæ, donec Papa, vel delegatus dispenset. Ut ex communi bene explicat Diana *p.* 11. *Tract.* 8. *Resol.* 3. Censetur autem non posse adire Pontificem, vel ejus Delegatum, quandò obstat eorum vel paupertas, vel debilitas, vel nimia distantia. Bona autem fide debet esse contractum matrimonium saltem ex parte unius contrahentis, si saltem alter conjugum bona fide contra-

xit

xit, laborans scilicet ignorantiâ juris, vel facti sive inculpabili, sive etiam culpabili, ut ex Trid. *sess.* 24. *de reform. Matrim.* bene Probat Perez *loc. cit.* Quin *Henriq. Dicastill.* & alii quidam apud *Dianam cit.* putant, etiamsi utrinque malâ fides intercesserit, posse tamen in valdè magnâ & urgente necessitate Episcopum dispensare, & hinc hanc gratiam impertiti misellis. Tentare juvat, mihi saltem non succesit. Certò autem excipiendi sunt ii, qui contraxerunt scienter in gradibus prohibitis, aut ignoranter quidem, sed non præmissis denuntiationibus, hoc enim separati & spe dispensationis carere debere decernit expresè Trid. *Sess.* 24. *c.* 5. Item quandò matrimonium contractum esset invalide ex dispensatione subreptitia Pontificis, non posse ampliùs dispensare Episcopum, cum aliis monet Diana *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 40.

IV. Insuper in raro & urgentissimo casu (certè longè rariùs occurrente) etiam ante initum 455
contractum matrimonii, & ad contrahendum Episcopus potest uti illa facultate dispensandi ob eandem, quæ suprà, rationem. Ita primus omnium docuit Sanchez *l.* 2. *disp.* 30. *n.* 7. quem posteà catervatim secuti sunt Recentiores, *Reginald. Castropalaus. Bonac. Perez, Barbosa. Filiuc. Pontius. Præpositus. Tamburin.* & cum his etiam Diana *p.* 11. *tract.* 3. *Resol.* 30. ita benè scribens; Episcopus potest ex causa maximè urgente dispensare in impedimento dirimente etiam ante contractum matrimonium, si omnibus

bus tentatis dispensatio judicetur necessaria ad vitandam gravem infamiam, vel grave scandalum: quia summa necessitas, cui aliter occurri non potest, eam facultatem tribuit Episcopo ex tacita summi Pontificis licentia. Declaro rem practicè casu valdè practico ab eodem Sanchez disp. 14. proposito. *Accedit mulier manè confessura, & reperitur habens impedimentum dirimens, cujus detectio infamiam notabilem induceret, & sunt omnia jam parata ad nuptias vesperi celebrandus: & tentatis omnibus mediis, nulla evadendi via reperitur, sed suspicio vehemens orietur alicujus criminis detecti in confessione si famina abstinere velit à nuptiis, aut differre, donec Pontificia dispensatio obtineatur.* Sic Sanchez ibi bene probans eo casu urgentissimæ necessitatis Episcopum posse dispensare. At si non pateat recursus ad Episcopum, quid confessarius aget? Si quidem videret pœnitentem laborare errore vel ignorantia præsertim invincibili, iterùm taceat, dissimulet, & bonâ potiùs fide, quàm conscientiâ consternatâ agere sinat. Uti cum Navarro *in c. si quis autem de pœnitent. disp. 7. n. 73.* optimè docet idem Sanchez *disp. 38. n. 6. post medium.* At verò si advertat pœnitentem duci errore vel ignorantiâ vincibili, rationabiliter dubitare, & suspicari de impedimento latente, & maximè si etiam interroget, ac consilium petat. Ex hactenùs dictis, & communi doctrina 1. veritas omninò aperienda est: 2. permittenda est contrahere cum intentione

facien

faciendi, quantum potest, si nihil obstet &c. 3. simpliciter interdicenda est consummatio matrimonii, tam reddendo, quam petendo: 4. prætendendum privilegium primi bimestris. Intereà vel Româ dispensatio procurari poterit; sed crede mihi; experientia docuit, hoc ultimum moderno tempore plerumque esse difficile, & periculosæ praxis. O quàm invisum, & ad audiendum grave est novis maritis privilegium istud! imò plerisque vix auditum. Quid ergò? Ecce eo casu Episcopum dispensare posse jam audivisti ex *Sanchez* & aliis; si ergo mora suppetat, surge, curre, adjuva sororem tuam in tanto periculo trepidantem. Si mora desit, induc, ut ex tempore voveat Deo servare castitatem: aut primo triduo juxta monitum Archangeli Raphaëlis Tobiæ juniori datum, aut in raro casu, primis novem diebus in honorem novem mensium, quibus Deipara Virgo Deò gravis fuit; vel aliquid simile sanctæ intentionis. Quidni consensum saltem permissivum à novo marito nova nupta facilè eblandiatur? Utinam non sæpè eblandirentur multa graviora, sed iniquiora! intereà impetratâ dispensatione, suavis quoque modus esse poterit renovandi consensum. Quòd si tibi his omnibus non satisfaciam, consule me sapientiores.

§. IV.

Per renovationem consensûs.

AD revalidandum matrimonium inter in- 456

habiles ratione impedimenti invalidè contractum, certum est, non sufficere solam dispensationem, seu ablationem impedimenti & rehabilitationem personarum; sed necessariò adhibendum esse novum consensum, adeò, ut in hoc etiam Papa nequeat dispensare: cùm implicet matrimonium validum subsistere sine vero & valido consensu: prior autem consensus inter personas adhuc inhabiles nullius erat valoris: ergo post habilitationem vel dispensationem debet poni novus consensus conficiens matrimonium. Jam videndum, qualiter hoc casu debeat fieri novus consensus. Res delicata est, & salebrosa.

457 I. Res est facilis praxis, quando uterque conjux impedimenti, ac nullitatis, matrimonii est conscius, vel facilè conscius fieri potest sine timore alicujus incommodi. Hi enim facillimè validare poterunt matrimonium novo consensu, verbo vel facto declarato, seu quocunq; signo declarante mutuum consensum matrimonii, ut si affectu maritali cohabitare pergant, copulam maritalem petant, & reddant animo habendi invicem in conjugem (secluso scilicet decreto Trident. de quo mox infrà) loquimur de valore, nam quoad licitum ob reverentiam Sacramenti tunc primum perficiendi, sine dubio monendi sunt, ut per verba de præsenti reverenter contrahant. Contrà autem certum est, quando ambo contrahentes nullitatem matrimonii ignorant, quacunq; habitâ dispensatione, non

non posse eos matrimonium revalidare, seu ratificare novo consensu: cùm enim nihil sit volitum, nisi cognitum, non possunt velle matrimonium anteà nullum (sicut & Professionis, vel aliud votum) facere de novo validum, nisi sciant, vel saltem dubitent, aut certè supponant anteà fuisse nullum, atq; ita intendant contrahere, ut, etiamsi antea esset nullum, tamen modò contrahere velint. Communissima cum Navarro *c. 2. manual. num.* 4. Layman *c.* 14. *num.* 3. Sanchez & alii. Rursus certum videtur non sufficere hîc consensum novum unius tantùm conjugis qui solus impedimenti, ac nullitatis est conscius, sed requiri utriusque jam per dispensationem habilis effecti novum consensum internum & externum, sicut requiritur alias ad matrimonium de novo contrahendum. Ratio clara est: quia totus antecedens contractus quoad totum actum internum & externum nullus fuit, & invalidus, utpote factus inter personas inhabiles: & utrinque traditio & acceptatio inhabilium. Alia fuit ratio supra; quando matrimonium fuit invalidum ex defectu consensûs unius tantum partis, altera parte seriò, liberè, & legitimè consentiente. Jam tandem, quòd si una tantùm pars conscia sit impedimenti, & nullitatis matrimonii, & insuper non expediat id alteri parti innotescere. Hic Rhodus, hîc salta. Tres reperi sententias, & breviter, ac fideliter proponam.

II. Sententia communis & tutissima est, ad 458

revalitandum matrimonium poſt impetratam diſpenſationem omninò neceſſariò requiri, ut impedimentum ac nullitas matrimonii utrique parti aliquo modo innoteſcat, adeoque conſcius alteri ignoranti ſaltim generatim, vel ſub dubio ſignificet defectum aliquem matrimonii, non neceſſariò ipſam cauſam nullitatis, vel impedimentum in ſpecie, ſecuudum omnes; v. g. dicendo: timeo vel ſuſpicor ex cauſa aliqua non valuiſſe inter nos matrimonium, ideò rogo te ad pacandam meam conſcientiam, ut quantùm opus eſt, in matrimonium de novo conſentiamus: & ſic uterque conſentiat; matrimonium contrahere legitimè intendat, & exprimat. Ita expreſsè Scotus *in.* 4. *d.* 35. *q.* 1. *n.* 5. Richard. Palud. Navar. *c.* 22. *num.* 7. pluresque congerens Sanchez *l.* 2. *diſp.* 36. *n.* 3. Coninck. *diſp.* 24. *dub.* 10. Pontius *l.* 4. *c.* 25. *Cuſtro. Palaus, Hurtad. Comitolus. Averſa.* Eosque citans & mordicus tenens Tamburin. *tract.* 4. *c.* 7. §. 4. Ratio ſanè urgens videtur; quia nullus poteſt efficaciter velle de novo contrahere matrimonium, niſi ſciat, aut ſaltem ſupponat antea non eſſe validè contractum; quarè niſi ignarus agnoſcat aliquo modo nullitatem matrimonii prioris, non poterit eſſe novus conſenſus efficax de matrimonio de novo contrahendo, cùm talis credat & ſupponat ſuum matrimonium jam eſſe legitimè contractum; ſed ſolum erit approbatio, vel confirmatio prioris matrimonii, & voluntas perſeverandi in illo; quæ ſine dubio non

non sufficit ad novum matrimonii contractum, quin imò cum illo consensu potest stare actualis voluntas nequaquam modò contrahendi, si sciret prius matrimonium esse nullum, ut aliquando apparuit. Solum ergò vult in tali matrimonio falsò putato permanere, aut ad summum significat, quòd *vellet* de novo contrahere, si antea matrimonium contractum non fuisset; quod rursus utique insufficiens est, cùm *velleitates* inefficaces ac conditionatæ nihil ponant in re Quarè merito fatetur *Layman* mox citandus, hunc modum tanquam securissimum omninò tenendum, si sine incommodo, periculo infamiæ, &c. adhiberi possit, quando nimirum conscius nullitatis sine gravissimo incommodo, periculo infamiæ, divortii, scandali, alteriusque mali compartem de nullitate matrimonii præfato modo certiorem facere potest.

III. Altera sententia est, requiri quidem om- 459
ninò utriusque consensum novum expressè, sed non esse necesse, ut ullo modo alteri ignoranti indicetur impedimentum seu nullitas matrimonii, sed sufficere; ut conscius pro sua consolatione, vel conscientiæ quiete obtineat ab altera comparte, ut de novo consentiat. Sic *Cajetan. Sotus, Veracrux, Ledesma, Henriquez, Rodriquez*, alii apud *Sanchez citat.* Layman. *citat. n. 5. Filliuc. Bonacina*, alii moderni atque hanc sententiam probabilem censent ipse Sanchez *citat. n. 2. Castro-Pal.* quando gravia incommoda immineant, si compars fieret con-

ſcia impedimenti. ut indicatum. Ratio hujus ſententiæ eſt; quia conjuges tunc jam ſunt habiles ad matrimonium per diſpenſationem effecti; ergo ſi utraque pars conſentiat de novo, habetur totum, quod requirit eſſentia matrimonii. Ego cum Patre Herincx *hic diſp. 6. q. 3. n. 33.* pro certo credo, quod abſolutè poſſit revalidari matrimonium etiam ab inſcio nullitatis, dummodò novus conſenſus ſit de præſenti & abſolutus cum hac expreſſa intentione, quod etiamſi non valeret matrimonium antea factum, velis nunc de novo facere; ſine dubio enim non ſufficeret conſenſus conditionatus imperfectus, ſeu velleitas tantùm, ut jam ſupra innui. Sed *abſolutè* de præſenti dicat etiamſi non ſit matrimonium, nunc tecum contraho, nunc te accipio. Quare conſcius nullitatis, poſtquam nactus commodam occaſionem in ſignum amoris alteri dicat; ego etſi necdum eſſem conjugatus, ſed matrimonium nullum eſſet inter me & te, vellem tamen te habere in conjugem, & ex nunc te volo & accipio, &c. rogant compartem, ut in ſignum amoris idipſum dicat. Similiter loquitur Layman citatus *n.* 5. ſi maritus v. g. impetratâ occultâ diſpenſatione ſuper impedimento non putet expedire, ut uxor reſciat, poteſt eam oblatâ opportunâ occaſione interrogare, an tali ipſum amore proſequatur, ut jam etiam in maritum ipſum accipere conſentiat, perinde ac ſi ab eo libera eſſet? Sic ille. Hoc autem facto non apparet ratio dubitandi de valore novi matrimo-

nii,

nii, & certè plus non probant DD. prioris sententiæ. At, quid si nulla apparet spes impetrandi tam benevolum à comparte responsum? horresco recordans responsi eo casu semel à viro dati uxori. Ich muß dich wol haben / hätte ich dich nicht / wolt daß dich alle Teuffel hätten.

IV. Tertia sententia est: sufficere, ut solus 460
conscius impedimenti de novo consensum exprimat per aliquem actum externum sive verbis, sive factis v. g. per copulam affectu maritali habitam, nec esse necesse, ut altera pars impedimenti ignara ullo modo moneatur vel de nullitate matrimonii, vel de novo consensu eliciendo: nam ipsâ v. g. reddente copulam ab altero petitam, jam adest, ajunt, sufficiens ejus consensus, & quidem externus, ideoque conjunctus cum petitione alterius animo revalidandi matrimonium facta sufficienter novum contractum matrimonii constituere poterit. Ita *Barth. Ledesma*, & alii, quos refert Sanchez citatus *disp. 36. n. 2.* Et quando non est spes absq; gravi incommodo obtinendi novum consensum alterius expressum, eam sententiam in praxi tutam censent ipse Sanchez *citatus n. 9.* Bonacin. *de matrimonio q. 2. proposit. 9. n. 7.* Castro-Pal. *sub. n. 4.* Gobat. *Theolog. Juridico morali. c. 37. n. 143.* & alii. Ego, quamvis hanc sententiam speculativè, & re ipsâ omninò falsam credam, tamen ob authoritatem AA. tanquàm practicè probabilis poterit confessario servire pro ultimo remedio, quando nullum apparet medium me-

liori modo juxta primam vel secundam sententiam renovandi consensum mutuum matrimonialem. Ego ad has angustias nunquam redactus sum, sed in casibus plus æquò frequentibus, aut inveni securiorem modum contrahendi, aut ignaros sui impedimenti, cùm adverti non esse satis bene concordes, dissimulans in bona fide reliqui; juxta dicta §. 4. *N. 11.* Et jam vides, quàm meritò ibi dixerim, ejusmodi ignaros esse relinquendos in bona fide sæpè, etiamsi impedimentum sit juris positivi, ac dispensatio facilè impetrari possit, eò, quòd plerumque sit magna difficultas in renovando novo, & certò sufficiente consensu ad revalidandum matrimonium, ut modò satis audisti. Quare prudentissimè notat Gobat, citatus *n.* 128. monetque confessarium, ut priusquam pronuntiet matrimonium esse invalidum, interroget, an alioquin se conjuges putatii mutuò syncerè ament, an verò sæpius rixentur, an uxor putatitia habeat magnam parentelam, nec ne, an facilè possit ejus consortio carnali carere? Et his ac similibus consideratis tandem dicat, vel non dicat, matrimonium esse invalidum, tali modo revalidandum &c.

§. VII.

An etiam per novam solemnitatem?

461 PEr *novam*, dico: nam si matrimonium sit invalidum ex defectu ipsius solemnitatis, quia scilicet clandestinè sine Parocho & duobus testibus

testibus contractum in locis ubi Tridentinum promulgatum & receptum est, postea debere ab utroque conjuge renovato consensu revalidari coram Parocho & testibus, nimis clarum est. Quæstio ergo est in casu, quando matrimonium contractum semel fuit cum debita solemnitate coram Parocho & testibus, sed invalidè, sive ob defectum consensûs sive ob defectum habilitatis ex alio impedimento dirimente quocunque, quando postea sublato impedimento, renovato consensu revalidatur, debeant rursus adhiberi Parochus & testes? Quæstio sanè graviſſimi momenti. Dico sequentia.

I. Certum est, quando impedimentum pu- 462
blicum fuit, & ad forum contentiosum deductum: itemque si periculum sit, ne in foro externo, vel in facie Ecclesiæ impedimentum aliquando innotescat, vel saltem duobus testibus probari possit, debere consensum renovari ad matrimonium de novo renovandum coram Parocho & testibus. Omnes Sanchez *l. 3. disp. 37. num.* 11. Layman citatus *p. 4. c. 14. n. 4.* Ratio manifesta est: quia illud matrimonium, quod constat, vel probari potest esse nullum, nec in se fuit validum, nec in facie Ecclesiæ præsumptum; ergo ut convalescat, necessaria est juxta Tridentini formam, præsentia Parochi & testium, qui apud Ecclesiam testari & probare possunt, esse matrimonium validum contractum. Addunt *Henriquez*, *Ledesma*, *alii*, & post ipsos *Sanchez*, & *Layman* citatus, idem de-

cendum, quando impedimentum alioquin occultum, tamen solus prios Parochus extra confessionem, vel unus testium cognitum habuit; quia non poterunt authoritatem & testimonium matrimonio præbere, quod sciebant esse nullum. Verùm id rectiùs negant Coninck *disp.* 24. *dub.* 10. Tamburin. *citatus* §. 2. *n.* 10. Herincx *disp.* 5. §. 3. *n.* 31. Ratio est: quia ex una parte unus tantùm testis non facit impedimentum probabile in foro externo sufficienter ad dissolutionem matrimonii, ut constat *c. pro eo, &c. à nobis. De testibus.* Et ex alia parte Parochus & testes illi apti sunt ad testificandum matrimonium contractum secundùm formam ab Ecclesia præscriptam: quod certè, non obstante unius cognitione contrariâ, satis testificari possunt: nec ipsi debent esse testes validitatis matrimonii, ut scilicet testes testentur matrimonium à parte rei esse validè contractum, quod ipsi scire non possunt, sed solùm debent esse testes contractûs matrimonii, scilicet matrimonium secundùm formam ab Ecclesia præscriptam esse contractum.

463 II. Quæstio ergo tota difficillima est, an quando impedimentum omninò occultum fuit, ita scilicet ut in foro externo per duos saltem testes non singulares probari non possit, esto tres vel quatuor singulariter aut ex relatione alterius, aut ipsius unius conjugis confessione cognitum habeant: (tunc enim adhuc censebitur impedimentum occultum, quia tota illorum testium authoritas reducitur ad relationem, vel con-

confessionem unius v. g. conjugis; ut ex jure, & comuni notat Sanchez *citatus n.* 12.) Eo impedimento sublato, debeat matrimonium innovari rursus solemniter coram Parocho & testibus? Ita affirmant gravissimi DD. quos congerunt, & sequuntur validissimus omnium Basilius Pontius *l.* 5. *c.* 6. *de matrim. n.* 6. Paulus Comitolus *resp. moral. l.* 1. *q.* 120. Ratio est: quia Concilium Tridentinum statuit pro forma substantiali contractûs matrimonii præsentiam Parochi & testium: atqui forma tunc adhiberi debet, quandò actus producitur in suo esse (ut optimè probat Baldus *in Leg. observari q.* 5. *ff. de officio proconsulis*) Tunc autem producitur matrimonium in suo esse, quandò innovatur consensus: ergò tunc debet adesse forma inducta à Tridentino, scilicet præsentia Parochi & testium. Refertur etiam ita respondisse de muliere, quæ fictè consenserat Clementem VIII. esse scilicet necessarium novum consensum utriusque coram Parocho & testibus, admonito prius marito de matrimonii nullitate: sed ad vitandum scandalum Sanctitas sua dispensat ut secretò inter se contrahant, renovato consensu. Refertur etiam sic declarâsse Congregatio Cardinalium. Sic etiam Rotam Romanam sæpe (Lugo ait, *semper*) ita decidisse.

III. Contra tamen, quando matrimonium invalidè contractum est coram Parocho & testibus ob defectum consensus, vel aliud impedimentum occultum, necesse non est Parochum & 464

testes

teſtes iterum adhibere, ſed ipſi conjuges per novum conſenſum modis ſuprà explicatis, matrimonium validum efficere poſſunt. Ita jam communior DD. Navar. *manual c. 32. num. 70. & l. 4. conſil. 14. Petrus Ledeſma, Corduba, Henriquez*, aliisque congeſtis Sanchez *l. 2. diſp. 27. num. 3.* Layman citatus *c. 14. num. 4. Coninck, Bonacina, Diana*, aliique. quos citat & ſequitur Boſſius *hic c. 2. num. 8.* Et noſter Herincx *diſp 5. quæſt. 3. num. 30.* Ratio ſufficiens eſt; quia tota ratio, quæ movit Concilium Tridentinum ad caſſanda matrimonia clandeſtina, eſt, ut impediantur nimirum grandia peccata, & incommoda, quæ ex iis oriri plerumque ſolent; in noſtro caſu penitùs ceſſat, quin potiùs è contrario incommoda & ſcandala graviſſima ſæpiſſimè ſequerentur, ſi matrimonia, quæ publicè valida habebantur, iterum coram Parocho & teſtibus celebrari oporteret: ergò meritò rationabiliſſimè colligimus Concilium Tridentinum decreto illo, quatenus tàm prohibitorium, quàm ceſſatorium eſt matrimonii clandeſtini, nequaquàm comprehendiſſe caſum illum, quo matrimonium occultè invalidum revalidari debet; ſed ſolùm voluiſſe ſemel adhiberi ſolemnitates, ut conſtet Eccleſiæ de contractu matrimonii, quantùm conſtare poteſt & debet, ne quandò malitiosè diſſolvi poſſint matrimonia, quod in noſtro caſu etiam fit, cùm enim impedimentum occultum non poſſit Eccleſiæ probari, non eſt via diſſolvendi matrimonium, quod ex præ-

ſum-

sumptione Ecclesiæ erat validum. Adde 1. Quod Concilium Tridentinum, ut ex contextu patet, solùm intendat irritate matrimonium clandestinum, quod anteà jam erat prohibitum: at nullibi apparet priùs fuisse prohibitam occultam ratificationem matrimonii priùs in facie Ecclesiæ contracti, sed invalidi ob occultum impedimentum. 2. Ita declarâsse Pium V. teste Navarro *citato c.* 3 24. *n.* 70. Ita declarâsse Congregationem Cardinalium teste locuplete Barbosa in Remissionibus in Tridentinum *sess.* 24. *c.* 1. *De reformatione matrimonii.* 4. Ita quoque decidisse Rotam Romanam apud Bossium citatum *n.* 7.

IV. Vides, & miraris utramque sententiam ad 465
se advocare Pontificem, Cardinales, & Rotam: sed certè pro neutra parte convincunt ejusmodi testimonia: Tum. 1. quia de iis non constat nobis authenticè. Tum. 2. quia Pontifex potuit ita respondere ut privatus Doctor tutiora sequens, non autem docere ex cathedra: Tum 3. quia cùm utraque sententia sit probabilis, pro re nata modò unam, modo aliam sententiam Patres illi sequuntur: Tum 4. maximè, quia modò supponunt, vel timent publicationem, vel periculum publicationis talis impedimenti, modò non timetur. Quare utraque sententia est verè probabilis: prior quidem tutior, hæc verò nostra longè probabilior. In praxi tamen placet judicium Tamburini citati *c.* 7. §. 3. *n.* 8. in hæc verba: Sanum nihilominus est consilium advocare Parochum, testésque, quantum fieri potest, in re-

vali-

validationem dicti matrimonii, ut litibus de nullitate matrimonii aditus præcludatur. Quando autem subest aliquod periculum, si Parochus advocetur, opportunum remedium est, ut confessarius obtineat ab eodem Parocho licentiam (quam certè dare graviter obligatur) assistendi, quâ obtentâ adhibitis duob⁹ fidissimis testibus in solitario cubiculo matrimonium revalidetur. Si neque hoc facilè fieri possit, tutò amplectitò secundam sententiam, nam reverà hæc hodie communiter à doctis & piis viris in praxin deducitur, eàmq; in praxi servari testatur Seraphin. decis. 96. Hæc Tamburinus sapienter,

466 Petes tandem. Quid si Pontifex vel sacra Pœnitentiaria in Brevi, vel Rescripto alicujus dispensationis concessæ ad revalidandum matrimonium contractum cum occulto impedimento, apponat more solito hæc vel similia verba: *Si ita est, cum eis dispensa, ut inter se publicè & servatâ formâ Tridentini contrahant*: necessariùmne erit, ut id fiat coram Parocho & testibus? Respondet *Sanchez*, non esse necessarium, quamvis enim (ait) non possit tunc delegatus dispensare, ut occultè celebretur matrimonium, tamen potest dispensare in impedimento, quo per dispensationem sublato jam ex doctrina data poterunt conjuges inter se solos matrimonium celebrare. Verùm huic responsioni totis viribus se opponit *Gutierez*: Eo quòd Pontifex iis verbis det formam delegato, ut non possit dispensare, nisi servatâ dispositione Tridentini: ergò si il-

lam

lam non adhibeat, nihil efficit delegatus. Sed propugnat Sanchezium Pontius *c. 3. n. 2.* Formam à Tridentino impositam esse, ut semel illa præsentia Parochi & testium adsit, quando scilicet in facie Ecclesiæ sit contractus; cùm igitur in casu nostro tunc adfuerit præsentia Parochi & testium, satis superque servata est forma requisita à Tridentino.

SECTIO III.

De peccatis conjugum in usu matrimonii & debito conjugali.

SUMMARIUM.

467. *Conjugum obligationes.*
470. *Nec petere, nec reddere possunt debitum sive utrâq.*
471. *Sive una tantùm pars physicè,*
473. *Vel moraliter certò sciat matrimonium esse nullum.*
474. *Quid in dubio de valore?*
475. *An reddere & petere possit habens impedimentum impediens tantum?*
476. *V. g. votum continentiæ, ante* 477. *vel post nuptias.*
478. *Ac etiam post matrimonium jam consummatum, emissum.*
480. *Quid si impedimentum matrimonio superveniat? v. g. affinitas ex incestu cum consanguinea uxoris;*
481. *Vel cognatio spiritualis ex baptismo,*
482. *Aut professio Religionis, vel susceptio sacri Ordinis.*
483. *Tria Confessariis valde notanda circa impeditos vel privatos jure petendi.*
484. *An & quando copula inter tales habita contrahat specialem malitiam?*
486. *Licitè utuntur conjugio ad finem generationis,*
487. *Et ad vitandam incontinentiam.*
488. *Ex mera verò libidine & voluptate utentes peccant venialiter.*

490. *Quis modus ſervandus in uſu conjugis usq; ad n.* 494.
494. *Quo loco & tempore licitè fiat?*
495. *Quæ acceſſoria, & diſpoſitiva licita ſint in ipſo uſu?*
496. *Quando notabiliter & mortaliter exceduntur per actus & tactus impudicos?*
550. *Quando tactus, amplexus &c. inter conjuges ſint, vel non ſint peccatum?*
504. *Et an eis liceant etiam, dum copula ab extrinſeco eſt impedita, interdicta, vel illicita?*
505. *An & qualiter eis licita ſit delectatio morosa veneréa ſenſibilis ex copula tantùm cogitatâ, impeditâ, vel altero abſente?*

467 CONjuges contracto legitimo matrimonio ſimul contrahunt multiplicem obligationem; & generatim quadruplicem: 1. Mariti & uxoris mutuam. 2. Mariti ad uxorem. 3. Uxoris ad maritum. 4. Utriuſque ad prolem. 1. Obligationes mutuæ uxoris & mariti ſunt redditio conjugalis debiti: fides intemerata tori, charitatis & individua vitæ ſocietas. De his hoc & ſequenti §. 2. Obligationes propriæ mariti ad uxorem ſunt: uxoris ſuſtentatio, inſtructio, protectio. 3. Obligationes propriæ uxoris ad maritum ſunt iterum tres: Obedientia, reverentia, liberorū & familiæ gubernatio ſibi competens. 4. Obligationes mariti & uxoris communes ad prolem ſunt tres: dilectio, educatio corporalis, & ſpiritualis. In his omnibus peccant conjuges gravius vel levius juxta rationem materiæ, verum non contra continentiam, & ſextum præceptum, ſed contra pietatem & quartum Decalogi præceptum: ubi de obligatione hac

&

& peccatis oppositis sufficienter expressa sunt. Sed lege utilissimè tam pro cathedrâ, quàm confessionali par nobile fratrum Petrum Marchant. part. 3. *Tribun. seu spec. Theol. tom.* 3. *Tract.* 1. *tit.* 12. *toto.* Et Jacob Marchant. *in suo horto pastorum in quartum præceptum.* Item David à Mauden in suis doctissimis Commentariis de 10. præceptis, & de Tobia. Hic ergò propriè restant explicandæ obligationes mutuæ conjugum quoad debitum, torum, & societatem.

ASSERTIO.

COnjuges debitum conjugale licitè, honestè, imo & meritoriè exercere, petere, & reddere possunt, *dummodò fiat debito jure: debito fine: debito modo & circumstantiis: & intra terminos honestatis naturalis.* Alioquin peccabunt etiam sæpè mortaliter & gravissimè. Hæc partim est de fide, ut constabit Assert. sequenti, partim est communissima DD. ut constabit; nulla proin alia probatione, sed multâ indigens explicatione quatuor conditionum in Assert. positarum. 468

§. I.

Debito Jure.

EX valido scilicet matrimonii contractu, secluso omni impedimento vel dirimente, vel impediente usum matrimonii; pro quibus discernendis quatuor pono regulas.

PRIMA REGULA.

Quo ad impedimentum dirimens.

469 COnjuges conſcii impedimenti ac nullitatis matrimonii, ſive à principio mala fide, utpotè ſcientes, vel practicè dubitantes cum impedimento dirimente uterque, vel alteruter contraxerit; ſive, licèt à principio uterque vel alteruter bonâ fide contraxerit, adhibitâ ſcilicet debitâ diligentiâ, & ſervatis ſervandis, poſtea tamen de impedimento, & nullitate matrimonii certiores fiunt, vel practicè dubitant, peccant mortaliter toties, quoties copulam petendo vel reddendo, vel alia impudica ſolutis mortaliter illicita exercendo, reſpectivè, ſolo ſcilicet illo conjuge, qui in bona fide & ignorantiâ invincibili impedimenti fuit, & manſit, à peccato excuſato. Declaro particulatim.

470 I. Quando uterque conjux novit certò matrimonium eſſe nullum, nimis clarum eſt, utrumque peccare mortaliter & reddendo & petendo debitum, quia jam evidens eſt eſſe meram fornicationem, quæ eſt intrinſecè mala, nullo caſu licita, ut neque certa mortis formidine excuſari queat. Juxta communiſſimam DD. ut ſuo loco videbimus. At verò quando unus conjugum optima fide, ſinceriſſimè, & penitùs pro certò ſibi perſuadet, matrimonium eſſe validum, alteri autem ſoli conſtat, eſſe nullum. Multi quidem graves viri olim cenſuerunt hunc poſſe rdddere debitum citrà peccatum

mortale saltem. 1. Aliqui, si urgeatur metu mortis: quam sententiam *Sanchez* citatus vocat falsissimam. 2. Alii apud Dianam *citat.* si talis, præsertim fœmina, simul mortis, & gravissimæ infamiæ metu urgeatur: posse se quasi passivè habere, semel & iterùm usque ad dispensationem omnibus modis festinandam. 3. Alii, si cogatur metu magistratus Ecclesiastici ignorantis impedimentum illud, tunc enim Episcopum dispensare ex commissa potestate, siquidem impedimentum sit juris Ecclesiastici. 4. Alii absolutè concedere videntur. Saltem fatendum est, posse hic dari ignorantiam invincibilem, & pœnitentem à Confessario in bona fide posse relinqui, ut jam *Sect. præcedenti* §. 3. *in fine* notavi. Sed absolutè loquendo.

II. Quandò uni conjugum certò & planè 471
physicè constat matrimonium esse nullum, quia liquidò novit adesse impedimentum dirimens, quantumvis altera pars bonâ fide indubitanter matrimonium valere putet, & debitum urgeat, nullo casu potest licitè reddere debitum & potiùs omnia perferenda sunt, quàm debitum reddendum. Communissima DD. apud & cum Sanchez *lib. 2. disp.* 31. Bonacina *de matrim. Proposit.* 4. *n.* 17. Tanner. *Tom.* 4. *disp.* 8. *quæst.* 6. *n.* 34. Perez *disp.* 53. *Sect.* 1. *tota.* Castro-Palaus, dicastill. alii cum Gobat. *cas.* 16. *n.* 638. Herincx *disp.* 6. *n.* 39. Atque ita expressè declarat Innocentius III. *c. Inquisitioni. De sententia Excommunicationis.* Ubi consultus de

tali respondit : *Debet potiùs sententiam excommunicationis humiliter sustinere, quam per commercium carnale cooperari peccato mortali.* Sic Pontifex : Quâ sententia definitum est, quòd illa traditio sit intrinsecè mala, sempérque illicita, ut rectè notat *Perez.* citatus. Ratio invicta est: quia fornicatio est intrinsecè mala, sempérque illicita ; atqui non potest negari, quin tunc admittatur propriè & Theologicè dicta fornicatio, cùm reverà soluti sint, & non conjuges : quamvis enim pars ignara impedimenti, & in bona fide persistens debitum licitè exigat, excusante ignorantiâ invincibili nullitatis ; non tamen exigit validè, sic ut alter impedimenti conscius reddere possit, vel debeat : putat quidem pars ignara se habere jus petendi ; sed illam revera non habere jus certò constat parti impedimenti conscia, quare consentiens in copulam non consentit in debitum conjugii, sed in crimen fornicationis. Idque proin verum est, sive juris naturalis, vel divini, sive Ecclesiastici tantùm sit impedimentum annullans matrimonium ; cùm utroque æquè reddatur nullum. Et falsissimum est Ecclesiam per judicem Ecclesiasticum compellentem talem ad matrimonii consummationem, dispensare in impedimento occulto, quod pars conscia probare non potest : nam proceditur secundùm allegata & probata, supponendo, non faciendo matrimonium. Undè si postea impedimentum detegeretur, & probaretur, Ecclesia eos separaret, & liberos declararet : ut opti-

optimè observat *Herincx* loco citato : censura autem tunc lata non obligat in conscientia & coram Deo, sed solùm in externis debet se talis habere pro excommunicato ad evitandum scandalum, & ob bonum commune. Quid de cætero tali agendum sit, jam nosse debes ex dictis *Sect. præcedenti.* §. 4.

III. Sententia hæc vera est; etsi talis compulsus 372
ad reddendum debitum non sit physicè, sed tantùm moraliter certus, matrimonium esse nullum, id est, quando ita de eo moraliter certus est, ut prudenter non possit dubitare, oppositum esse probabile, ut si tres testes omni exceptione majores jurati dixissent, uxorem esse intrà quartum gradum junctam marito, & nullus alius auderet contrarium asserere; cùm etiam talis nequeat dubitare, quin matrimonium sit nullum, consequenter dubitare nequit, quin redditio sit illicita. *Perez, Dicastill.* & alii cum Gobat *citato num.* 646. At verò quando solùm opinatur probabiliter matrimonium esse nullum ex aliquo impedimento, non obstante ea opinione, tenetur reddere conjugi, qui bona fide contraxit, & debitum exigit, donec ita certus fiat, ut parùm aut nihil dubii remaneat. Communis apud citatos. Nam supra citato *c. inquisitioni* expresè dicit Pontifex : *Si habet conscientiam de credulitate, probabili & discreta, quamvis non evidenti & manifesta, reddere debet.* At nunquid tunc etiam poterit petere non obstante opinione probabili de impedimento v. g. vitâ prioris con-

jugis? Respondetur, si simul etiam probabiliter opinetur, vel credat non subesse; v. g. priorem conjugem jam obijsse ob rationes utrinque probabiles, poterit etiã petere. Ita cum aliis Sanch. *lib. 9. disp.* 14. & alii cum Gobat *n.* 642. Quia non apparet ratio, cur ex opinione speculativa de valore matrimonii ac nullitate impedimenti nequeat inferre probabilem resolutionem practicam de licita tam petitione, quàm redditione. At verò quandò ita habet probabilem opinionem de nullitate matrimonii, ut nulla probabilitas, sed tantùm sit dubiũ, suspicio vel formido de valore, non poterit petere quousque veritatem inquirat. Sanchez *disp.* 45. *Dicastill. Gobat*, & alii.

474 IV. Quando occurrit dubium de valore matrimonii, ex alibi generatim dictis ita breviter resolvendum est. 1. Quando uterque, vel alter conjugum bona fide contraxit matrimonium, & postea incipit dubitare de impedimento latente vel valore, inprimis tenetur adhibere diligentiam moralem & exactam cognoscendi veritatem, interim abstinens necessariò omni matrimonii usu: sufficienti autem adhibitâ diligentiâ, si veritas deprehendi non possit, & dubium perseveret, jam non tantùm reddere, secundùm omnes, sed etiam petere debitum licitè possit, secundùm communem DD. cum citato *Sanchez, Perez* &c. Ratio est: quia stat possessio pro valore matrimonii bona fide contracti, juxta receptum illud: *Dubium superveniens bonæ fidei possessori obesse non debet*; quare in

in omnibus contractibus, si oborto dubio, nequeat quis deprehendere rem non esse suam, liberrimè utitur re bonâ fide possidere cœptâ. Cur non sit idem in matrimonio? 2. Quando uterque malâ fide contraxit matrimonium scientes vel credentes subesse impedimentum dirimens, etsi superveniat posteà dubium de valore matrimonii, nimis clarum est, neutrum posse petere, nec reddere, Sanch. citatus *lib.* 2. *disp.* 43. alii omnes: Idémq; dicendum, quando contraxerunt à principio cum dubio de valore matrimonii (saltem absque præmissa diligenti inquisitione veritatis) Vide dicta *Sect.* 2. §. 2. N. IV. Ratio est; quia possessio malâ fide cœpta nullum tribuit jus in dubio: atqui mala fide contractus initur, vel possessio inchoatur in eo, qui ab initio dubitat, an contrahendi vel possessionem capiendi jus habeat: ergò, &c. Quare tales, & contrahendo Sacramentum periculo nullitatis exponentes, & posteà petendo, & reddendo debitum, vel copulam, toties, quoties peccant mortaliter; quia semper se exponunt periculo fornicationis. 3. Quando unus tantùm dubitat de valore matrimonii, sivè, quia ab initio mala fide contraxit, sive quia in dubio superveniente diligentiam inquirendi veritatem non adhibet, ipse solus debitum petere non potest ob rationē modo dictam, sed tenetur reddere alteri non dubitanti, & bona fide petenti; quia hîc bonâ fide utitur jure suo, quo per alterius dubium privari non potest, nec debet: Idq; saltem post con-

ſummatum matrimonium; nam primo bimeſtri; ſi non ſit conſummatum matrimonium, non adeſt talis obligatio reddendi, juxta dicta ſuo loco.

REGULA II.

Quoad impedimenta impedientia tantùm: & ſpecialiter, votum.

475 COnjuges, qui contraxerunt cum impedimento impediente vel prohibente tantùm, non prohibentur, ſed licitè exercent copulam, duobus tantùm caſibus exceptis. 1. Si interdictum ſit contrahere ob examen faciendum de impedimento dirimente dubio, peccant petendo, & reddendo, donec cauſa decidatur, & ipſis conſtet, nullum eſſe impedimentum; alioquin enim practicè dubii exponerent ſe periculo fornicationis. 2. Quando conjux emiſit votum ſimplex caſtitatis, ſeu continentiæ, quo voto directè excluditur actus conjugalis: ubi accuratè ita diſtinguendum & reſolvendum eſt.

476 I. Si votum continentiæ perpetuæ editum eſt ante matrimonium contractum, tenetur vovens ſervare tantùm, quantùm poteſt ſine præjudicio conjugis: nimirùm ut durante matrimonio debitum non petat, etſi petenti ſemper reddere teneatur: nam conjux non obligatur ad petendum debitum, ſed tantùm ad reddendum. Expreſsè *c. Si dicat. 33. q. 5.* Undè ſi contingat alterum conjugem inceſtum cum illius conſanguinea, vel adulterium committere, debet innocens ſuum votum (niſi diſpenſatum ſit) perfectè

fectè servare, etiam non reddendo, quia tunc sine injuria conjugis potest. Uti ex communi docent Lessius *Lib.* 2. *c.* 41. *n.* 53. Layman *hic part.* 3. *c.* 1. *n.* 10. Diana *supra*, alii apud ipsos. Soluto verò matrimonio, etiamsi antea in petendo debito ab Episcopo vel privilegiato dispensatum fuerit, rursùs continentia integra servanda erit, neque ad alias nuptias transire licebit sine expressa Summi Pontificis dispensatione, cui votum illud semper reservatum est. Prout latiùs docetur in materia de votis.

II. Si votum editum fuit post nuptias, ac 477
matrimonium ratum ante consummationem, siquidem vovens scivit, se aliter votum suum exequi non posse, quàm ingrediendo Religionem, censetur se ad id obligâsse, & tenetur Religionem ingredi: qui enim promittit finem, implicitè etiam promittit medium unicum necessarium ad eum finem, si id intelligat: unicum autem medium exequendi votum continentiæ simpliciter habet conjux, ut ante consummationem ingrediatur Religionem: ergò tunc vovendo absolutam continentiam ad id se obligâsse censetur. Secùs est, si vovens hoc non intellexit, sed putavit se in matrimonio posse continentiam servare, vel putavit alterum conjugem consensurum, tunc enim solùm tenetur abstinere à petendo, reddere autem cogitur, ut in priori casu. Ex communi *Coninck*, *Layman*, alii passim.

III. Si votum à conjuge editum fuit post 478

matrimonium jam consummatum, rursùs distinguendum est, factum sit sine, vel cum consensu, vel approbativo, vel permissivo tantum, alterius conjugis? Si votum emissum absque omni consensu, sed nesciente vel contradicente altero conjuge, censetur se obligâsse in quantum potuit sine ejus præjudicio, ut scilicet à petendo abstineat, &, si ab obligatione reddendi liberetur per adulterium, incestum, & maximè mortem conjugis, in continentia perpetua maneat. Si verò votum editum sit cùm pleno positivo & approbativo consensu conjugis juri suo renuntiare volentis. (& maximè si emissum ab ambobus mutuo consensu per modum mutuæ conventionis.) tunc omninò obligatur, ut neque petere, neque reddere unquam liceat sub mortali; secundùm omnes. Secùs si votum emissum sit cum consensu permissivo tantùm alterius conjugis, scilicèt permittentis solum alterum vovere, sed salvo jure suo, tunc enim huic juri suo non renuntianti vovens reddere debitum obligatus manebit. Quin etiamsi absolutè priùs consenserit, posteà tamen pœniteat de concessione, & maximè si in gravi incontinentiæ periculo versetur, votum alterius quoad reddendum obligare cessabit, quatenùs majoris boni impeditivum est. Ut contrà alios cum aliis docet Sanchez *Lib. 9. disp. 7.* Sed tutiùs longè esse super eâ re dispensationem petere, rectè monet Layman *citat. c. 1. n. 14.* ad finem.

479 IV. Qui vovit ingredi Religionem, aut sacros

cros Ordines suscipere, jam alibi dictum, peccare quidem mortaliter contrahendo matrimonium; at post contractum posse licitè reddere, & petere; sed intellige tunc, & adde nunc, saltem post primam consummationem. Etenim probabilissimum est, eum, qui vovit Religionem ingredi, peccare mortaliter primâ consummatione, non tantùm petendo, de quo vix dubitari potest, sed etiam reddendo, maxmè intrà primum bimestre. *Ratio est*: quia quamdiù intrà primum bimestre matrimonium manet duntaxat ratum, certò habet jus ingrediendi Religionem, neque ab altera parte compelli potest ad copulam: per consummationem autem reddit primùm sui voti executionem impossibilem: Atqui culpabiliter reddere sibi impossibilem executionem voti, vel cujusvis obligationis sub mortali, mortale est; ergò, &c. Ita cum *D. Thoma* suo tempore communis DD. Et etiamnùm docent multi RR. *Coton. Dicastill.* apud Gobat *Tract. 9. casu 1. num. 59.* Herincx *disp. 6. q. 2. n. 17.* Post consummationem autem factâ jam impossibili impletione sui voti, licitè & validè deinceps poterit petere & reddere debitum, donec conjuge moriente, aut adulterante, aut Religionem ingrediendi consentiente, &c. ipse votum suum debitè exequatur, sicut obligatur. Verùm quamvis hæc doctrina tempore D. Thomæ communis fuerit, attamen posteriores Theologi tanto numero apud Dianam *parte* II. *tract. 5. resolut. 4.* consentientem tali

abso-

absolutè concedunt licentiam liberè consummandi reddendo debitum; ut sentiam cum Gobat *tract.* 10. *casu* 16. *num.* 629. tali à confessario absque scrupulo peccati gravis posse permitti redditionem debiti etiam primâ vice petenti, maximè post primum bimestre, imò & intrà, & simpliciter, uti cum multis contrà multos expressè docet Tannerus *Disp.* 8. *quæst.* 6. *n.* 56.

REGULA III.

Quoad impedimentum matrimonio superveniens.

480 IMpedimentum dirimens matrimonium contrahendum post contractum matrimonio superveniens privat jure petendi debitum, ut scilicèt nec validè, nec licitè petere possit, petendóque peccet mortaliter, etsi innocenti conjugi teneatur reddere. *Omnes.* Hujusmodi autem impedimenta matrimonio supervenientia tantùm possunt esse sequentia. 1. Affinitas contracta cum proprio conjuge, ex incestu cum consanguinea ejusdem conjugis in primo & secundo gradu tantùm, claro jure, privat jure & facultate petendi debitum, sic ut nec validè, nec obligatoriè, nec licitè sub mortali possit petere debitum; attamen parti innocenti reddere tenetur. De quo jam satis dictum *c.* 1. *sect.* 1. *cum de impedimento affinitatis.* Dico autè *incestus*; nam adulterium solùm non incestuosum non privat jure petendi debitum, nisi quatenus

tenus conjux innocens sciens adulterium commissum, ei debitum justè negare potest; quare adulter vel adultera semper licitè petet debitum saltem rogando, solum validè & obligatoriè non poterit exigere, quando adulterium conjugi innocenti apertum est, ut mox indicabo. Dico etiam *incestuosus cum consanguinea conjugis*, non enim jure petendi debitum privatur is, qui peccavit cum affine tantùm propriæ conjugis, cum iste sit impropriè incestus, & nimis impropriè contrahatur affinitas cum propriâ uxore, quippe quam, si non esset uxor, adhuc ducere posset. Ut contra nostrum *Rodriquez* docet communis DD. cum *Sanchez cit.*

II. Cognatio spiritualis contracta cum conjuge ex Baptismo vel susceptione propriæ com- 481
munis prolis, etiam privat jure & facultate petendi debitum secundum longè probabiliorem sententiam apud *Sanchez* mox citandum. At certè æquè probabiliter, vel probabiliùs negant alii jam satis communiter. *Durand. Cajet. Suarez*, aliisque congestis ipse Sanchez *l. 9. disp. 26. Coninck, Hurtad. Dicastill.* ac totis viribus Perez *disp. 26. sect. 6.* Herincx *disp. 7. q. 2. n. 10.* Ratio sufficientissima est; quòd hoc nullo claro jure ostendi possit; absque claro autem jure non est asserenda tam gravis pœna. Quare ego cum Gobat citato *casu. 5. n. 615.* etiam secluso privilegio, tutò sequerer in praxi hanc sententiam.

III. Professio Religionis & susceptio sacri 482
Ordi-

Ordinis post matrimonium contractum, vel etiã consummatum qualiter valeant, & non valeant & si non valeant, qualiter impediant petitionem debiti satis dictum est *c. 1. §. ult.* Similiter quoad impedimenta impedientia tantùm, matrimonio tantùm supervenire potest votum simplex continentiæ, Religionis ingrediendæ, vel sacri Ordinis suscipiendi, de quibus etiam satis est dictum.

483 IV. Circa prædicta omnia pro praxi nota adhuc tria confessarie. *Primum.* Quovis impedimento obstrictus ac jure vel facultate petendi debitum privatus conjux v. g. incestuosus, aut voto continentiæ adstrictus, si intelligat ex eo, quod nunquam petat debitum, matrimonium conjugi, præsertim uxori, fieri onerosum, utpote vel quia præ verecundia ita petere non audet, vel quia in periculo incontinentiæ versatur; vel his secluſis, quia malè de ipso suspicatura sit, poterit in gratiam conjugis se ad debitum modestè insinuate. Ita communis. *Sotus, Ledesma*, aliisque citatis Sanchez *l. 9. disp. 7.* Layman, & alii citati. Ratio est: quia neque impedimenta inducta ab Ecclesia, neque ipsa vota obligant cum tanto rigore vel impedimento majoris boni; id verò tutissimè fiet per modũ interrogationis, an non placeat, &c. quòd si respondeat conjux modo imperativo, res salva est; tunc enim hæc petens, ipse potius reddens erit: at si ipsa non respondeat, sed vicissim interroget, cur ego non faciã more solito? facilè respondetur, se nõ ampli-

se

us oblectari multum, ipsi tantùm gratificari velle. *Alterum est*; certum esse, quòd ignorantia & facti & juris seu legis privantis jure petendi debitum excuset ignorantem legem privantem hoc jure, ut eo non privetur. Ex communi Layman *tract.* 10. *parte* 4. *c.* 8. *n.* 8. *Tertium est*: cum privatis jure petendi debitum, sive propter incestum, sive propter simplex votum castitatis dispensare posse confessarios Mendicantium à suis Provincialibus deputatos, per privilegia non tantum *vivæ vocis oraculi* (quæ per Tridentinum revocata novimus) sed etiam per veras Bullas seu Brevia concessa, ut bene probat præter alios Quintanaduennas *singularium tract.* 9. *singulari* 1. *a n.* 6. atque ibidem *singulari* 11. observat, eosdem Mendicantes, quandoquidem pollent hac facultate, etiam extra Sacramentum pœnitentiæ posse eos dispensare, etiam cum absentibus. Ac proin (ait Gobat *cit. n.* 604.) si Parochus scribat tali Religioso: peto reverentiam vestram, ut dispenset cum NN. in petione debiti: erit res salva, cùm confessarius rescripserit: *dispenso.* Dummodò subsit justa causa, quæ vix potest deesse. Quod valdè nota.

REGULA IV.

Quoad speciem peccati.

484 COpula habita inter personas, quarum matrimonium ob impedimentum non subsistit, vel aliàs jure petendi debitum privatæ sunt,

sunt, tunc accipit specialem malitiam necessariò in confessione explicandam, quando impedimentum jure Divino vel Ecclesiastico inductum fuit præcipuè propter ipsam copulam tanquam specialem indecentiam & deformitatem habentem inter tales personas contra aliquam virtutem specialem, aut *Religionis*, ut videre est in impedimento voti solemnis, sive ordinis; cultûs disparitatis; aut *pietatis ac reverentiæ* erga sanguine junctos, ut in impedimento consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis ac legalis; aut contra virtutem *justitiæ*, ut in impedimento ligaminis, &c. In his enim præter peccatum mortale fornicationis contra virtutem continentiæ, copula illa accipit specialem speciem malitiæ contra illam aliam virtutem, utpote sacrilegii, incestûs, adulterii, &c. utique necessario explicandam in confessione. Secus verò se res habet, quando impedimentum matrimonii inductum fuit, non propter specialem indecentiam copulæ carnalis inter tales personas, sed ob aliam causam, utpote ob criminis punitionem, ob matrimonii libertatem tuendam, &c. ut videre licet impedimento criminis, raptûs, metûs, &c. Quo casu si quis cum muliere tanquam conjuge conjungatur, solùm simplicem fornicationem committit, perinde ac alii soluti: nisi facerent fortè id in contemptum Ecclesiæ, aut formali non obediendi intentione, tunc enim & contrahendo, & utendo matrimonio committerent speciale peccatum inobedientiæ formalis,

malis, semper & in omni materia mortale. Ita communissima. Sanchez *lib. 7. disp. 5. num. 7.* Coninck *citat. dub. 2. in fine* Layman *citatus c. 1. n. 6.* Et præ alijs optimè *Perez*, omnia impedimenta sigillatim percurrens *disp. 27. Sect. 2.*

§. II.

Debito fine.

QUo fine, quáve intentione contrahendum 485
sit matrimonium, ut non peccetur, jam dictum est *c. 1: sect. 3.* Jam videndum est, quo fine, vel intentione matrimonio utendum, seu copula conjugalis exercenda sit, ut honestè, vel saltem licitè absque peccato fiat. Pono iterum quatuor velut regulas.

Prima. Licitum & sanctum est conjugio uti 486
ad finem generationis prolis, ad evitandam incontinentiam in comparte, aut ad satisfactionem sui debiti. *Omnes.* Ratio clara est, quia generatio prolis est finis principalis matrimonii, & actus matrimonialis, ideóque semper licitè & sanctè intenditur; quam rectam matrimonii intentionem ab Angelo edoctus exprimit Tobias junior *Tob. 8.* dicens: *Et nunc Domine tu scis, quia non luxuriæ causâ accipio sororem meam conjugem, sed solâ posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum.* Vitare autem *incontinentiam* est finis matrimonii secundarius, & respectu compartis debitus est ex charitate: *satisfacere autem debito* postulato

obli-

obligatur conjux ex juſtitia & bono fidei matrimonialis.

487 *Secunda.* Licitum eſt conjugi etiam conjugiô uti ad evitandam incontinentiam in ſe ipſo tantùm, idque etiam absque intentione formali prolis generandæ, utpote, quia ob ſenectutem, vel ſterilitatem non eſt ſpes generandi prolem, vel quia jam imprægnata uxor ultra concipere nequit, &c. Idque etiam ſi conjuges ob paupertatem, vel ſimilem cauſam non malam optent non concipi, non generari, multiplicari prolem. Ita contra *D. Thomam* & *D. Bonavent.* aliósque veteres non paucos *in 4. diſp. 31.* comunis DD. cum Navarro *diſp. 16. num. 32. Sanchez, Layman*, alii paſſim. Ratio eſt; quia matrimonium poſt lapſum hominis à Deo ordinatum eſt in remedium concupiſcentiæ, ut indicat Apoſtolus 1. *ad Corinth. 7. Propter fornicationem unusquisque uxorem habeat* &c. Et poſt: *revertimini in idipſum, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram.* Nec admittenda eſt limitatio aliquorum apud Sanchez *l. 9. diſp. 9.* tunc ſolùm licitum eſſe matrimonio uti proptet evitandam incontinentiam, quando alia remedia carnis coërcendæ non ſufficere videntur: Cùm enim ipſum matrimonium inſtitutum ſit in remedium incontinentiæ, ejúſque actus de ſe honeſtus ſit: cur alia remedia præferri deberent? eſſet reverà hoc materia infinitorum ſcrupulorum & anxietatum conjugibus, præſertim, qui ſine ſpe prolis, utpote con-

conjuge ſterili, vel jam prægnante, copulantur, ſi ſemper examinare deberent, an aliis mediis v. g. orationibus, jejuniis, &c. concupiſcentiæ ſuæ mederi poſſint. Ut bene notat Layman hic *part. 3. tract. 4. n. 2. in fine.*

Tertia. Conjugio uti ſolius libidinis vel vo-488 luptatis exercendæ gratiâ, eſt peccatum veniale. Ita expreſsè S. Auguſtin. *l. de bono conjug. c. 6.* dicens: *conjugalis concubitus generandi causâ non habet culpam, concupiſcentia verò ſatiandæ tantùm cum conjuge, venialem.* Eſtque cõmuniſſ. DD. cum D. Thoma, D. Bonavent. Scoto *in 4. d. 31.* aliisque congeſtis Sanchez *l. 9. diſp. 11.* quidquid aliqui cum Diana ab omni peccato, modò improbabiliter, excuſare conentur: eſt enim inter propoſitiones noviſſimè ab Innocentio XI. damnatas etiam hæc, ordine 9. *Opus conjugii ob ſolam voluptatem exercitum omni penitùs caret culpâ, ac defectu veniali.* Ratio eſt; quia eſt inverſio ordinis à natura inditi; voluptas enim venerea indita eſt à natura ad acuendam ipſam operationem naturalem & promptiorem reddendam: ergo contra ordinem naturæ pugnat, qui operationem ad delectationem refert, cùm delectatio amplectenda ſit propter operationem: idémque eſt in cibo, potu, ſomno. Contingítque ſæpe in eo peccari mortaliter, quando in ea voluptate ultimum finem conſtituunt, ſeu propter illam legem Dei transgredi parati ſunt, quo ſenſu Archangelus Raphaël dixit Tobiæ juniori. *Tob. 6. Hi qui conjugium*

ita suscipiunt, ut Deum à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem Dæmonium super eos.

489 *Quarta.* Secluſa intentione generandi prolem, vel evitandi incontinentiam, cujus periculum non adeſt, conjugio uti ſolius corporalis ſanitatis causâ, eſſe culpam venialem in petente, docent DD. ſatis multi cum S. Thoma cit. *dist.* 31. *q.* 2. 2. *a.* 2. *ad* 4. eò quòd ſit piorum hominum perſuaſio copulam conjugalem non vacare culpâ, niſi referatur ad bonum fidei & prolis. Verùm id longè probabiliùs negant, & omni culpâ liberant jam alii. Communiſſima cum *Sanchez & Layman* citatis, cùm enim matrimonium præcipuè inſtitutum ſit ad propagationem ſpeciei; videtur, etiam ſecundariò inſtitutum ad conſervationem individui generantis, cùm ſpecies niſi ſalvis individuis propagari non poſſit. De his plura curioſa apud citatos.]

§. III.

Debitò modo, & circumſtantiis.

REGULA I.

490 MOdus eſſentialis copulæ utpotè principaliter ad generationem prolis ordinatæ eſt, ut fiat cum immiſſione & retentione ſeminis intra vas naturale. *Ratio* patet; quia alioquin, niſi recipiatur, & retineatur ibi ſemen, impoſſibilis erit generatio: ideóque peccatum contra naturam. Peccant ergò mortaliter & graviſſimè con-

conjuges toties, quoties se polluentes (De hoc specialiùs §. seq.) seu voluntariè abruptâ copulâ semen extra effundentes; uxores ad hoc cooperantes, consentientes, vel semen jam receptum ejicientes, quacunque da causa fiat, sive paupertatis; ne multiplicetur proles, sive infirmitatis vitandæ, sive etiam periculo mortis, in partu v. g. evitandæ. Certum apud omnes. Sanchez *Lib. 9. disp. 17. n. 19.* alii passim: ad dente Dicastillo apud Gobat *num. 590.* etiam minimam deliberatam effusionem seminis extrà vas esse mortale crimen, *Ratio* clara est; quia omnis voluntaria effusio seminis extra vas est intrinsecè mala, & peccatum contrà naturam, quippe directè excludens finem principalem conjugii, & copulæ carnalis, scilicèt generationem prolis, ac proin nullo fine, nullâ causâ necessitatis cohonestari potest. Undè etiam in fornicatione inter solutos est circumstantia mutans speciem necessariò in confessione explicanda; est enim tunc inchoata fornicatio, & completa mollities, nisi ipsos ignorantia excuset, prout reverà plerumque ignorant, atque id exprimunt quasi pro minuendo suo peccato; quare cautus sit confessarius in interrogando. Intelligendum est semper *si voluntariè fiat*, & ex proposito ad impediendam generationem, vel ob aliam quamvis causam. Secùs est 1. Si præter intentionem accidat, utpote ex festinatione, ex metu, ob senium, ob indispositionem alterius partis. Adde etiam, ex malitia solius alterius

partis, etsi enim uxor sciat maritum solere copulam abrumpere, & semen effundere, non tamen peccat nec petendo, nec reddendo, dummodò ipsa non consentiat, nec cooperetur, quia non sequitur ex actione uxoris, sed præcisè ex malitia viri. 2. Si fiat ob impotentiam aliquam corporalem quamdiù probabilis spes supereit copulam debitè perficiendi: tamdiù enim licebit eis conari ad copulam; quamvis præter intentionem sæpius contingat maritum semen extrà vas effundere, donec omninò desperetur de copula perficienda, juxtâ dicta *c. 1. n. 127. de impedimento impotentiæ.* De hoc latè Sanchez *citat. disp, 17. n. 23.* addens: quamvis, ubi non constat impotentiam esse perpetuam, sibi vir persuadeat fore, ut illa vice, quâ congreditur, intrà vas non possit seminare, posset tamen depositâ conscientiâ accedere ad uxorem. Et *n. 26.* addit: ab omnibus admitti judicium Cajetani, qui censuit quemdam maritum, qui toto biennio nequiverat seminare intra vas, at elapso sexennio potuit, & non deliquisse illis sex annis conando habere perfectam, sicut priùs habuerat, copulam, eo quòd semper probabiliter speraret se habiturum illam. 3. Insuper cessante omni periculo pollutionis in utroque conjuge, conjuges mutuo consensu inchoatam copulam abrumpentes, ne proles generetur, sivè ob impiam, sivè ob aliam causam, non peccare mortaliter, docent DD. satis communiter, *Cajetanus, Paludanus, Armil. Sa*, aliisq; congestis San-

Sanchez *Lib. 9. disp. 19. Layman* citatus. Qui id etiam ab omni culpa excusant, quandò justa causa subest v. g. ob paupertatem, ne multiplicentur proles ex una parte, ex altera verò parte ad sedandam aliqualiter concupiscentiam, & incontinentiam vitandam. *Ratio est*; quia vasis illa fœminei penetratio absque seminatione, & pollutionis periculo reputatur instar tactuum partium pudendarum, qui inter conjuges permissi sunt. Si autem fœmina jam seminavit, aut ad id excitata sit, lethaliter delinquit maritus, datâ operâ desistens ante suam seminationem, ut meritò advertit Sanchez *ibid. n.* 4. Atqui in totum sanè probabiliter contradicunt Sylvester, Henriquez, aliique citati. 4. Diana *parte 3. resolut.* 37. sic scribit: *quidam inchoat copulam cum uxore, & posteà ob morbi periculum de ejus consensu se retrahebat, verùm ex hoc aliquando sequebatur pollutio, quæsitum à me fuit, an talis actus esset licitus? Respondi affirmativè* Sie iste, quem vide. De hoc iterum §. sequenti.

REGULA II.

MOdus copulæ conveniens, & sanum est consilium; ut conjuges curent, ut simul utriusque semen effundatur, eò quòd id multùm conducere ad prolificandum doceant Medici; quare tardiori ad seminandum permittendum, imò consulendum est, ut antè concubitum tactibus excitetur ac venerem, ut sic possit in ipso concubitu simul seminare: ejus tamen rei nulla 491

est necessitas vel obligatio: Quare dum virile men effundit, non tenetur fœminæ seminationem exspectare: neq; culpæ saltem lethalis reus erit vir priùs tactibus incitans venerem, sciens se ob id citiùs fœminâ seminare. Ita cum aliis Sanchez *citat. disp.* 17. *n.* 8. *q.* 10. *&* 11. Addens *n.* 12. ubi vir semine intrà vas recepto, membrum virile extraxit, licet fœminæ, quæ nondum effudit, tactibus se excitare, donec & ipsa seminet, quia hæc provocatio est actus conjugalis perfectio & consummatio. Confirmatur, quia aliàs maximo & evidentissimo periculo admittendi peccata mortalia esset exposita fœmina. Hæc vitâ & moribus verè virgineus, sed doctrinâ Physicus Sanchez, cui subscribunt expresè Bonacina *de matrim. q.* 4. *part.* 6. *n.* 14. Perez *disp.* 94. *Sect.* 8. Basilius Pontius *l.* 10. *c.* 11. Dicastil. *disp.* 9. *dub.* 7. *n.* 51. Diana *parte* 2. *tract.* 17. *resol.* 31. (testans ita sentire Lessium) Gobat *cas.* 15. *n.* 591. meritò reprehendens Stephanum de S. Paulo scribentem oppositam sententiam esse omnium communiter. Certè hæc doctrina mihi non rarò fuit necessaria in confessionali. Similiter autem econtra, neque etiam uxorem peccare, si viro usum vasis concedat, ipsa verò animum ad alia convertat, ne concitetur ad seminationem, & sic impediatur generatio prolis ob suprà dictam aliquam justam causam, docent ibidem Sanchez *n.* 5. Perez *Sect.* 8. *Dicastil*, *Escobar*, alii cum Diana *part.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 38. Gobat *n.* 592.

RE-

REGULA III.

MOdus copulæ licitæ necessario requirit situm corporum aptum ad semen intrà vas infundendum & retinendum. Situs naturalis ordinarius copulæ est jacendo, viro incubo & fœminâ succubâ copulari. Hic enim modus est aptissimus ad seminis virilis effusionem, intrà vas immissionem, & retentionem: à quo modo, quò magis deviat situs, eo magis adversabitur naturæ. *Prima* & modica deviatio est jacendo à latere vel stando copulari: hic jam non æquè tuta est seminis in vase receptio & retentio: certò tamen tuta satis. 2. Etiam deviatio est præposterè à tergo copulari more pecudum: hic jam etiam est periculum effusionis, attamen sanè non certum, nec ordinariè, cùm eo situ fœmina semen integrum & recipere & retinere, si velit, regulariter possit. 3. Et deterrima deviatio est, conversim viro succubo & fœminâ incuba copulari: ubi præter periculum gravius effusionis seminis, etiam conditio personæ naturalis variatur, est enim naturale viro agere, & fœminæ pati: eo autem modo potiùs vir patitur, & fœmina agit. Istis ergò modis innaturalibus, præsertim secundo & tertio, copulari peccatum mortale censent DD. graviſſimi bono numero citati à Sanchez *Lib.* 9. *disp.* 16. 492

Verùm communis jam & longè probabilior est sententia DD. cum ipso *Sanchez* ibidem, *Layman*, *Perez*, alii citati. Nimirùm: Quocun- 493

cunque dictorum modorum copulari ſervato vaſe naturali, & ſecluſo certo periculo effuſionis ſeminis, etiam ſolius voluptatis gratiâ, absq; alia juſta cauſa non eſſe peccatum mortale (ſed certè craſſum veniale) ut valdè increpandi ſint ita ſine neceſſitate copulantes. *Ratio eſt*; quia eſt ſanè abuſus, & inverſio ordinis naturæ, adeóque culpâ vacare non potens. Attamen certè inter conjuges non poteſt rationabiliter damnari peccati mortalis, tum quia verſatur tantùm circà accidentalia copulæ, cùm ſubſtantialia omnia ſerventur, utpote vas debitum, immiſſio & retentio ſeminis, ut ſupponitur; tum quia ex nullo dictorum modorum etiam tertio eſt certum periculum effuſionis ſeminis extrà vas: quia ſemen non recipitur per vas in matricem per infuſionem, vel deſcenſum, ſed per attractionem virtute naturali attractiva ſeminis, ut demonſtrant Medici. Quare quando viri confitentur, ſe ita præpoſterè congreſſos cum uxoribus, non eſt opus communiter quærere, utrum effuderint ſemen extrà vas, ſed potiùs eis dicendum, ut abſtineant à tali concubitu, eò quòd multi ſapientes eum concubitum damnent peccati mortalis; tametſi alii plures ſapientes ſentiant clementiùs; quod addi etiam quandoque poteſt, ut parcant conſcientiæ & pudori uxorum, quæ fortè credent, id continere crimen mortale, & tamen fortaſſis præ verecundia non confitebuntur, prout experientiâ compererunt confeſſarii. Cæterùm apud omnes conſtan-

stans est, mortaliter delinquere conjuges, si ita varient situm cum prævisо periculo effusionis seminis; aut si ob peculiarem corporis dispositionem, aut morbum fieri soleat, ut uno ex illis innaturalibus modis concumbendi effundatur semen, aut denique (saltem ex conscientia erronea.) Si ex intentione ita ingrediantur v. g. stando, &c. ut ea ratione proles non nascatur, sicut enim mortale est actu, & re ipsâ positivè impedire generationem per concubitum innaturalem; ita & mortale est velle sic eam impedire, etsi erroneè & falsò credentes ita impediri. Contrà verò si secluso prædicto periculo ob justam causam fiat variatio situs (v. g. Quia uxori prægnanti timetur periculum, si incumbatur ventri, vel quia vir debilis membrum ea ratione melius stabilit, &c.) omni culpâ vacabit præposterè coire servato debito vase, ut notant DD. citati. Nullo tamen casu licebit copulam inchoare extrà vas naturale. Ut §. sequenti patebit.

REGULA IV.

MOdus licitus copulæ requirit eas circumstantias temporis, loci &c. quibus copula terminos legis & honestatis naturalis non excedat, ut nimirùm fiat loco & tempore secreto, & non prohibito. Locum secretum esse oportere ipsa naturalis verecundia dictat: & ne in loco sacro fiat, lex Ecclesiæ prohibet sub mortali, extrà tamen casum urgentis necessitatis, 494

tis, ut si conjuges diu deberent esse inclusi in loco sacro, vel tempore belli in desertis Ecclesiis habitare cogerentur, ut docetur in materia de sacrilegiis, & nos aliquid c. sequenti. Tempus etiam secretum, & nocturnum eadem naturalis verecundia suadet, sed non obligat, ut rarò in circumstantia temporis peccetur. Aliqua tamen ex dictis notanda sunt. 1. Conjuges post matrimonium ratum primo bimestri liberos esse ab obligatione reddendi debitum, jam suprà audivisti satis. 2. Concil. Trid. *Sess. 24. c. 1. De reformat. matrimonii*, hortatur conjuges, ut ante benedictionem sacerdotalem à proprio Parocho, vel altero de ejusdem vel Ordinarii licentiâ collatâ, in eadem domo non habitent, nec matrimonium consumment. Cùm autem illa vocula *hortatur*, consilium potiùs, quàm præceptum significet, ideò probabilis est sententia Navarri *c. 2. n. 38.* ac aliorum cum Layman *lib. 5. tract. 10. parte 2. c. 4. n. 12.* nullam culpam esse per se loquendo, secluso contemptu vel scandalo, si conjuges ante benedictionem matrimonium consumẽnt, licèt alii communiter culpam venialem agnoscant, faventque Sanchez *lib. 3. disp. 12.* latè de hoc agens.

Convenientissimũ & decentissimum est pro antiquissima & sanctissima consuetudine eo die, quo recipienda vel recepta est sacrosancta Eucharistia, abstinere à debito conjugali petendo. Ita omnes SS. PP. & DD. Hieron. in Apologia ad Damasum: *Illorum*, inquit, *conscientiam convenio*

vento, qui eodem die post coitum communicant &c. Quam quidem consuetudinem Legis vim obtinuisse, ut saltem sub veniali obliget, venialiterque peccent conjuges, eodem die post copulam ad Eucharistiam accedentes, docent multi graves DD. apud Sanchez *lib. 9. disp. 13. n. 2.* Et mordicus noster Marchant *Tribunal. tom. 3. seu specul. p. 3. tract. 1. tit. 12. quæst. 4 §. 4.* Verum communis est sententia DD. quos latè citat, & sequitur Sanchez *ibidem num. 5.* eúmque secuti RR. omnes: quòd si debitum petatur, & reddatur recto fine, & sine omni alia culpa; nulla erit culpa eo die ad Eucharistiam accedere, quia actus ille de se est bonus & honestus: imo meritorius, & carnalis voluptas admixta propter bonum finem licitæ copulæ purificatur; quòd si verò copula conjugalis petatur, & reddatur ex meră nimia concupiscentia; & voluptatis capiendæ causâ, sanè plerumq; erit culpa venialis, eo die Eucharistiam sumere ob magnam indecentiam & disconvenientiam ad Sacramentum puritatis. Excepto tamen, nisi justa causa excuset, & indicentiam honestet; utpotè quia est magnum festum, in quo valde deceat communicare; vel nisi quis communicet, alii pravè judicabunt, vel scandalizabantur; vel quia quis speciali præparatione & devotione indecentiam illam suppleat. Lege latè Sanchez citatum *disp. 13. tota.* Eâdem ratione dicendum de copula habita post Eucharistiam eo die sumpta: Et quæ de culpa dicta, intelligenda

da sunt ex parte petentis maximè, nam reddens ipsâ obligatione suâ à tali culpa excusatur.

§. IV.

Et intrà terminos honestatis naturalis.

491 VErè certa est regula communiter assignata conjugibus in usu matrimonii una cum ipsa copula licere etiam accessoria, seu omnia ad eum usum copulamque carnalem dispositiva, corde, ore, opere; ut sunt affectiones carnales, imaginationes, delectationes morosæ, aspectus, sermones venerei, amplexus, oscula, tactus &c. intrà terminos honestatis naturalis: adeò ut tunc certò peccent mortaliter, si limites honestatis naturalis notabiliter excedant, aliàs non. Sic omnes fatentur, & in terminis rectè proponit noster Marchant. *tom. 2. tract. 7. titulo 2. in appendice.* Ratio est; quia tota illa indulgentia conjugibus data est, & tantùm dari potuit ab auctore naturæ intrà terminos honestatis naturalis, & concubitûs humani rationalis, seu quatenùs illa secundùm naturam, & rectam rationem ad naturalem humanum & ordinarium concubitum ordinantur. Hos limites quò quis magis egreditur, eo magis ad peccatum contrà naturam accedet, utpote mollitiei, sodomiæ &c. Eóque graviùs peccabit mortaliter. Vera & certa sunt hæc omnia. At at undè sciam in particulari, vel alteri exponam excedi, vel non excedi notabiliter terminos honestatis naturalis, ideóque peccari mortaliter, nec ne? Per-

mo-

molesta, maximè tamen practica est hæc quæstio, quâ sæpissimè pulsantur confessarii à conjugatis, præsertim fœminis & novis nuptis, ubi cautus sit confessarius. quoad fœminas maximè, nihil ex se in particulari resolvat, sed vel eas ad matres, si habent, vel cognatas, aliásque conscientiosas, fidásque matronas ableget, vel earum scrupulis de dictis & propositis, quàm potest, honestissimè respondeat. Cùm viris locuturo audacius, pono rursùs claras propositiones, & velut regulas.

REGULA I. GENERALIS.

COnjuges quoad actus impudicos, tactus &c. tunc tantùm terminos honestatis naturalis notabiliter excedunt, & mortaliter certò peccant, quandò agunt, attentant, vel admittunt voluntariè aliquid contra naturam, aut sodomiticè, aut cum prævisò periculo pollutionis voluntariæ, seu cum periculo consensûs in illo; alioquin aut omninò non, aut non nisi venialiter delinquent. 496 Hanc Regulam etsi in terminis non reperi, longa tamen & improba lectione plus quàm triginta authorum, omnium huc collimantium collegi, & tanquam facilem & expeditam libens communico. *Ratio* regulæ est; quia ex una parte exceduntur sine dubio mortaliter limites honestatis naturalis, quando sic proximè ad peccatum contrà naturam accedítur. Ex altera autem parte: cuicunque licet principale, debet etiam licere accessorium: cùm

ergo

ergo conjugibus licitum sit principale copulæ; non debent eis esse illicita (saltem mortaliter) accessoria, seu quæcunque ad copulam inductiva, dispositiùa & præparatoria, quamdiù limites honestatis naturalis dictis modis non excedunt. Hæc 2. pars regulæ declarabitur per regulas sequentes. Jam quoad 1: partem sic breviter declaro. Sed castis omnia casta, & juxta Apostolum: *omnia munda mundis.*

497 I. Copula sodomitica inter conjuges, invase innaturali quocunque consummata, vel animo ibi consummandi inchoata, est peccatum mortale contrà naturam tam ex parte petentis, quàm reddentis. *Omnes.* Estò enim vir habeat potestatem in corpus uxoris, non tamen habet ad quemcunque usum, sed ad usum uxorum naturalem intra vas legitimum tantùm in ordine ad generationem. Insuper ex D. Augustino *lib. de bono conjug. c.* 11. & communi DD. rectè docet *Sanchez* citatus, id esse gravius peccatum inter conjuges, quàm inter solutos: quia inter solutos est solùm peccatum fornicationis contrà naturam; inter conjugatos autem est simul etiam formale adulterium, tam ex parte viri petentis, quàm ex parte uxoris consentientis: quia sic reverà peccant contrà bonum fidei, quo ex vi contractûs matrimonii obligantur invicem ad concubitum naturalem aptum generationi tantùm: ergò extra vas naturale coeuntes æquè violant fidem datam matrimonii, ac si cum aliis ambo concubuissent: quare

quare eleganter D. Ambros. *lib. De Patriarchis.* relatus *c. nemo sibi* 32. *quæst.* 4. dicit: nec hoc solùm est adulterium peccare cum aliena conjuge, sed omne, quod non habet potestatem conjugii &c. ac proin ea circumstantia tanquam speciem mutans scilicèt copulæ Sodomiticæ cum propria conjuge necessariò est in confessione explicanda. Lege Sanchez *l.* 9. *disp.* 18. satis Teutonicum.

Navarrus quidem Consil. 7. *de pœnitent. & remission.* satis apertè excusat à mortali matrimonium, qui volens legitimè copulari uxori, sed quò se excitet, & majoris voluptatis captandæ gratiâ, inchoat cum ea copulam sodomiticam in vase præpostero cùm intentione non ibi, sed in vase naturali consummandi. At contrà esse certò peccatum mortale Sodomiæ inchoatæ cum viris doctissimis à se consultis meritò docet Sanchez *cit. disp.* 17. *num.* 5. aliisque citatis sequitur Diana *part.* 2. *tract.* 17. *resol.* 37.

II. At cur dixisti: *in vase innaturali quocunque?* Urges me & te erubescere; non tamen frustrà quæris confessarie: dicam in aurem. Etsi forte non Sodomia propriè, certè species innominata, & infanda luxuria est (de qua generatim fortè c. sequenti) & mortalissimum nefas, si conjuges etiam ore coeant usque ad seminationem. Quis putâsset fieri posse, & quidem sæpè? Eadem species infanda inchoata, & mortale peccatum erit meritò, membrum pudendum ori uxoris immittere & delectari 498

morosè &c. Attamen simpliciter osculari, lambere, obiter solùm ore excipere has partes inter conjuges à mortali excusant Filiuc. *tract.* 20. c. 9. *n.* 95. Jacob. Marchant. ad 6. Præceptum. Consentit Diana *part.* 4. *tract.* 4. *resolut* 221. Ita scribens: *Væ Væ conjugatis, si vera esset opinio Paludani, Sylvestri, Rodriquez, docentium esse mortale, si conjuges inter se tangant, & osculentur pudenda propter solam impuritatem!* Et ipse Sanchez cit. *Disp.* 17. *num.* 5. Sic scribit. *Quod si vir in superficie tantùm vasis præposteri uxoris fricaret sua verenda, vel in os ejus intromitteret, cessante omni pollutionis periculo, non crederem esse mortale.* Possunt hæ sententiæ inservire confessario post factum, sed ante factum nullo modo consulendæ, quin imò graviter reprehendi sunt talia factitantes.

499 III. Certissimum quoque est peccare mortaliter conjuges, quando vel seorsim, vel invicem se pollunt, seu tangunt cum pollutione seu effusione seminis extra vas directè volita & intenta. *Omnes.* cum id repugnet castitati conjugali, ac fini principali seminis, & matrimonii; neque mollities naturæ contraria per conjugium cohonestari possit: & insuper ex communi sensu DD. pollutio voluntaria conjugatorum (eadem ratione, quâ supra Sodomia) habet malitiam specialem, quasi adulterii formalis contra fidem conjugii, quæ scilicet prohibet omnem usum carnis extra limites conjugii, & obligat, ut uterque servet alteri corpus suum: & confirmat il-

lud

lud D. Ambrosius supra allegatus. *Non videor tamen* (ait noster Herincx *disp. 7. de matrim. q. 4. n. 21.*) *efficacem istius sententiæ rationē, varios etiam deprehèndi pœnitentes, qui non apprehendebant specialem malitiam ex parte conjugii in pollutione, credentes fidem conjugi per hoc non frangi.* Sic ille: cui post factum acquiesco, sed in futurum communem DD. sententiam inculco.

IV, Peccant insuper mortaliter conjuges, 500
quando delectantur morosè, exercent tactus, oscula, amplexus, aspectus, colloquia venerea cum prævisо periculo pollutionis, seu seminationis extra vas, etsi directè eam non intendant, nec subsit periculum consensûs directi in illam, si talia fiant solius voluptatis gratiâ, & nulla alia subsit justa causa exercendi tales tactus vel actus, prout apud omnes in confesso est: quod enim directè velle mortaliter illicitum est, etiam indirectè causare illicitum manet, nisi causa justa illam actionem excuset. Non ergo semper in conjuge petente, multò minùs in reddente mortales sunt illi tactus & actus, facti cum prævisо periculo pollutionis in se, vel in altero conjuge, quando nec ea est intenta in se, nec adest periculum consensûs directi in illam, sed solùm quando fiunt absque legitima causa excusante, quæ inter conjuges possunt esse variæ: & inter illas legitimam causam excusantem à mortali censent Sanchez *l. 9. disp. 49. n. 37.* Perez *disp. 45.* manifestationem & conservationem mutui amoris, præsertim ex parte reddentis: & con-

ſentit Gobat *caſ.* 17. *de matrimon. num.* 667. Quando alioquin unus conjux alteri eſſet ſuſpectus de exiguo amore, unde facilè naſcerentur ſiniſtri affectus: & ibidem reſolvit caſum valdè & frequenter practicum *n.* 668.

Titia uxor juvenis, jovialis & calidi genii, maritum habet jam jam ſeptua genarium, aliquot tamen ex ipſa liberorum patrem, attamen jam ſenio confectum, omninò impotentem; amant tamen invicem. Maritus amans, quia aliter non poteſt, rem tactibus agit, agit patitur, & inde polluitur ſemel, bis, ter: anxia rogat opem, hinc Deum & peccatum timet: illinc maritum amat, carnis ſtimulos patitur peracres. Quæritur, an nihil, vel quid remedii ſuperſit? Reſpondet *Gobat* his omninò verbis: Reſpondeo ex jam dictis, cùm illi tactus videantur practicari ordinariè ſine pollutione, tametſi hæc quandoque ſequatur præter directam utriuſque intentionem, cùm deinde appareat fieri non ex mera libidine, ſed ad teſtandum, fovendúmque amorem conjugalem, qui cæteroquin facilè frigeſcit in tam impari conjugio, ideo ex ſententia Sanchez & Fillucii non videri delinquere mortaliter illis tactibus. Confirmo authoritate Dianæ, qui abſolutè & ſine limitatione reſpondit conſultus, non peccare conjuges, qui in ſignum amoris conjugalis ſe amplectuntur, quamvis prævideatur ſecutura pollutio, quia affectus conjugalis eſt ſufficiens cauſa talem actum excuſans. Sic reſtatur ipſe *part. 6. tract. 6. reſolut.* 27.

27. Hactenus *Gòbat.* Confirmat hic casus valde frequens judicium Ovidii:

Sicqua voles aptè nubere, nube pari.

REGULA SECUNDA.

I. INtra terminos dictos honestatis naturalis affectus carnalis, sermones Venerei, oscula, amplexus, & tactus quicunque inter conjuges, dum fiunt vel ad præparandum & excitandum invicem ad copulam, vel ad contestandum, aut fovendum amorem conjugalem, omni culpa vacant. *Omnes.* Ratio est: quia cui concessus est finis, etiam concessa sunt media ordinata ad illum finem; finis autem conjugum est amor & copula; utriusque media sunt illa prædicta: ergò. Ex communi Sanchez *l. 9. disp. 44.* Quòd si verò ejusmodi fiant, & referantur ad majorem voluptatem in ipsa copula captandam, ad summum sunt culpa venialis; quia referuntur ad actum solum venialiter malum; nam & ipsa copula solius voluptatis captandæ gratiâ exercita tantùm venialis est, ut paulò supra dictum. Communis cum Sanchez *citato n. 9.* 501

II. Insuper etiamsi ejusmodi actus & tactus fiant ad solam voluptatem in ipsismet captandam absque ordine, vel animo perveniendi ad ipsam copulam, non excedit culpam venialem, uti contra D. *Antonin. Paludan. Sylvest. Margarit. Rodriquez*, alios non paucos, ex communi DD. plurimis citatis docet Sanchez *lib. 9. disp. 44. n. 12.* sic scribens: *procul dubio dicendum* 502

dum est solùm esse culpam venialem tactus inter conjuges ob solam voluptatem captandam absque animo perveniendi ad copulam. Sic ille. Sequuntur Layman *l. 1. tr. 3. c. 6. num. 12* Perez, *Dicastill.* alii RR. cum *Diana* paulò supra citato, Gobat *cas. 17. n. 656.* Ratio est; quia voluptas illa Venerea non quæritur extra matrimonium, sed in actu suâpte naturâ ordinato ad matrimonium: atque ad id ei nihil deest, nisi circumstantia debiti finis, scilicet copulæ perficiendæ, quo defectu non redditur culpa plus, quàm venialis; nam juxta regulam moralem alibi traditam: *excessus seu inordinatus usus rei alias licitæ, non est nisi venialis culpa*: conjugibus autem illi tactus & actus aliàs licent ad finem copulæ: ergo excessus & inordinatus usus absque debito fine, non erit nisi culpa venialis; intellige semper juxta prædicta, nisi fierent cum præviso certo periculo pollutionis, saltem quando ipsâ copulâ illud periculum impediri non posset v. g. in loco publico. De quo latè Sanchez *disp. 49. à num. 39.* Et hæc de tactu conjugum ad invicem. Jam seorsim.

503 III. Quando conjux non animo copulandi, sed solius voluptatis capiendi gratiâ se ipsum tangit libidinosè (nimirùm cum commotione venerea spirituum generationi servientium) esse solùm culpam venialem absolutè docent Sanchez citat. *num.* 6. & Perez *sect. 2. num. 6.* Et consentiunt *Vasquez*, *Castro-Palaus*, *Dicastill.* apud & cum Gobat citat. *num. 658.* cum addito:

dito : quando certò abeſt periculum pollutionis, utpote, quia habet uxorem ad latus, vel propè in ſecreto, & (quod ſemper ſupponendum) ſine imaginatione alienarum perſonarum. Ratio eſt ; quia reverà talis actus eſt indifferens ad actum conjugalem, & fornicarium : ergo ſi exerceatur ab habente jus & proximam potentiam ad copulam conjugalem, meritò dicetur naturâ ſuâ referri ad copulam illam, ideóque ſaltem à mortali excuſari.

IV. Certò tamen peccatum mortale eſt : quando conjux abſente conjuge ſic libidinosè tangit ſe ipſum. Ita contra *Sanchez* citatum communiſſima DD. *Armilla*, *Vaſquez*, alii apud Layman citat. *n.* 12. *in fine*, plurimiſque citatis. Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 215. *& parte* 9. *tract.* 8. *reſol.* 31. *&* 34. Ratio eſt : quia conjux non habet jus in proprium corpus ad uſum Venereum, niſi tantùm per accidens, ut hîc & nunc poſſit copulari cum conjuge : ergo extra caſum & finem copulandi cum conjuge, tactus libidinoſus ſui ipſius conjugi per ſe eſt illicitus, quippe proximè ordinatus ad pollutionem, ideóque ex genere ſuo peccatum mortale ; & certè incipiens talem tactum cum intentione delectationis Venereæ captandæ exponit ſe nimio periculo pollutionis, cùm, abſente conjuge, deſit facultas copulæ conjugalis. Equidem cum Gohat citato *n.* 660. valdè timeo, ne pauciſſimi ſint, qui non fateantur ſe ferè ſemper pollui, quando etiam ſine intentione pollutionis procurandæ cœ-

perunt se tangere ob voluptatem Veneream absente uxore. Dicta de tactibus conjugum intelligenda similiter de aspectibus, & verbis turpibus; nisi quod aspectus & verba non sint ita incitativa ad pollutionem, sicut tactus.

REGULA TERTIA.

504 ETiam quando conjugibus legitimis ab extrinseco esset impedita, interdicta vel illicita copula, adhuc tamen citra peccatum mortale licent ipsis affectus carnales, sermones, oscula, amplexus, &c. solius voluptatis causâ, & citra periculum pollutionis; exceptis duobus casibus, nimirùm si dubitetur de valore matrimonii, & si votum continentiæ esset emissum. Ita (contra multos) ex communi Sanchez *citat. disp. 44. a. n. 19.* quem sequuntur *Layman*, alii RR. passim. Ratio est: Quia tunc inter conjuges legitimos suâpte naturâ est licitus usus matrimonii, & solùm per accidens impeditur ab extrinseco, v. g. ab impedimento impotentiæ supetveniente matrimonio legitimo, quod tamen non impedit cætera, aliàs conjugibus licita sine mortali. Item si sit periculum abortûs prolis, vel salutis conjugis tempore puerperii, vel ultimæ prægnationis, &c. copula solùm prohibetur ab extrinseco ex virtute charitatis, & pietatis, quibus tamen non adversantur cætera conjugibus sine mortali licita. Item si conjux contraxit impedimentum affinitatis cum conjuge, copula solùm prohibetur in pœnam ab extrinse-

trinseco præcepto Ecclesiæ: quod præceptum, cùm sit pœnale, & strictè interpretandum, non debet extendi ultra copulam ad delectationes, tactus, &c. conjugibus aliàs sine mortali licita. *Dico semper sine mortali.* In his enim omnibus peccant venialiter ob defectum debiti finis, scilicet ipsius copulæ, quæ eis impedita, vel interdicta est, nisi id fiat ad amorem conjugalem contestandum, vel fovendum. Secùs verò dicendum, & mortaliter peccare conjuges talia exercentes in casibus exceptis. 1. Quando dubitatur practicè de valore matrimonii, cùm enim solum ipsum matrimonium illa omnia cohonestet, & à mortali excusat, quamdiu dubium est matrimonium, dubia etiam erit honestas, vel excusatio illorum tactuum & actuum, & consequenter durante eo dubio illos exercentes exponunt se periculo peccati mortalis impudicitiæ, eóque ipso mortaliter peccant. 2. Quando ab uno vel utroque conjuge votum continentiæ perfectæ emissum est; quia vovens absolutè castitatem, tenetur abstinere ab omnibus, quæ adversantur castitati, salvo solùm jure alterius, qui non novit: ergo sicut talis cogitur abstinere à petendo debito, & solùm potest, & tenetur reddere petenti, ita etiam cogitur abstinere ab omni carnali ac venerea delectatione tactu & actu, nisi quatenus tenetur uxori petenti reddere debitum. Quòd si autem solùm voviſſet non petere debitum, cætera ipsi licita manebunt, sicut modò in superioribus dictum est.

REGULA QUARTA.

505 EAdem ratione juxta prædicta citra mortalem saltem culpam, licita est conjugibus delectatio morosa venerea, seu voluntaria admissio, approbatio, ac velut fruitio delectationis venereæ exsurgentis in partibus verecundis ex commotione spirituum generationi servientium, ex copula conjugali tantùm cogitata, etiam altero conjuge absente, vel aliàs ipsâ copulâ impeditâ vel prohibitâ; secluſis semper tribus prædictis, periculo pollutionis, dubio de matrimonii valore, & voto castitatis. Communis DD. Navar. *manual. c. 16. n. 22. Sanchez, Coninck, Layman, Perez*, alii passim. Ratio est: quia talis est delectatio, quale est objectum: sed hujus delectationis objectum nimirum ipsa copula conjugalis conjugibus de se semper est licita, esto hic & nunc per accidens sit impedita: ergo & delectatio de illa habita, siquidem ad eam copulam ordinetur, simpliciter licita erit; aliàs tanquam actus inutilis & destitutus debito fine, scilicet copulæ perficiendæ, cujus illa delectatio velut inchoatio est, culpam venialem excedere non poterit, cùm delectatio illa, extra copulam licèt, non tamen extra matrimonium, quæratur. Idem dicendum tametsi à delectatione consurgat, ut plerumque solet, commotio membri verendi. Sanchez *disp. 44.* Perez, alii cum Gobat *n. 654.* Quia matrimonium excusans à mortali delectationem sensitivæ partis, excu-

excusat quoque commotionem illam connaturaliter ex illa consequentem. Communis DD. *Vasquez, alii.* Loquimur autem semper de delectatione ex copula conjugali cogitata, nimirum inter ipsos conjuges. Nam apud omnes in confesso est: peccare mortaliter conjugem, dùm, etsi in actu conjugali cum proprio conjuge, imaginatur sibi aliam personam, virum vel fœminam carnaliter dilectam; hoc est, sive efficaciter desiderando eam hic & nunc habere suppositam pro copula loco conjugis; sive morosè solùm delectando se in imaginatione alterius personæ, quasi hic pro propria conjuge præsentis: priùs enim est verum mentale adulterium; alterum est delectatio morosa de objecto mortaliter malo & illicito hîc & nunc. Communissima cum Sanchez *lib. 9. disp. 17. num. 6.* Layman, alii. Dicunt autem *carnaliter dilectam*: nam si imaginatio & delectatio coëuntis cum propria conjuge versaretur solùm circa aliam personam, virum vel fœminam, non sic carnaliter dilectam in re turpi, sed solùm, ut naturaliter delectantem ob naturalem pulchritudinem seu formam amabilem, eâdem omninò ratione, qua etiam oblectare formosa statua, vel imago affabrè picta posset, idque ad honestum finem, ut sic faciliùs se provocet ad seminationem, vel ut uxor formosiorem prolem concipiat. Quas ob causas si coniuges in lecti tecto formosas imagines fœminæ vel pueri pingere solent, per se loquendo nullam culpam lethalem rectè agnovit *Sanchez* cita-

citatus: etsi fateatur rem plenam periculi, & minimè consulendam vel permittendam, potiùs permittendæ imagines, sed certè profanæ, non sacræ ob gravissimum irreverentiæ periculum, quamvis nec ipsas permittere velit Diana *part.* 11. *tract.* 8. *resol.* 35. eò quòd semper subsit periculum, ne tempore coitûs intuendo illas imaginentur sibi alias personas, & sese objectent copulâ cum iis imaginatâ. Verùm durum est niti contrà torrentem consuetudinis jam ubique receptæ & toleratæ.

SUBSECTIO.

De obligatione debiti conjugalis.

SUMMARIUM.

506. *Conjux obligatur sub mortali reddere debitum.*
507. *I. Conjugi petenti* seriò.
508. *II. Et petenti* justè (*ubi quando possit justè negari.*)
512. *III. Ac petenti* rationabiliter. *Unde*
513. *Non tenetur reddere petenti in ebrietate, furore, amentia.*
514. *Vel quoties timet periculum mortis, aut gravis morbi.*
515. *Vel periculũ mortis, abortus, monstrositatis &c. prolis.*
516. *An liceat negare, ne proles multiplicentur?*
517. *Petenti* licitè. *Ubi quando petatur illicitè.*

ASSERTIO.

506 *CONjux sub mortali obligatur reddere debitum conjugi petenti seriò, justè, rationabiliter, ac licitè saltem ex parte copulæ, adeò ut istis circumstantiis concurrentibus, injustè negans peccet mortaliter, toties, quoties.* Certissima apud omnes. *Ratio* obligationis est juris naturalis:

lis : quia ex ipso legitimo, rato ac Sacramentali matrimonii contractu, quo fit utrimque mutua traditio & acceptatio corporum ad eum usum, essentialiter oritur obligatio reddendi corpus ad eum usum justè & rationabiliter petenti. Undè non tantùm monet, sed præcipit Apostolus 1. ad Corinth. 7. *Uxori vir debitum reddat, similiter & uxor viro*: reddensque rationem: *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet sed mulier.* Et ostendens Apostolus eam obligationem reddendi debitum esse ex Justitia, ejus negationem fraudem appellans subdit: *Nolite fraudare invicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterùm revertimini in idipsum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram.* Undè ex communi rectè inferunt Gobat *cas.* 16. *n.* 69. Et Marchant supra *citat. tract.* 12. *q.* 4. §. 1. peccare semper mortaliter conjugem, negantem debitum rationabiliter petenti, etsi in pentente nullum esset periculum incontinentiæ; sed gravius longè, si negent, quando advertunt in petente grave incontinentiæ periculum, quo casu non tantùm contrà Justitiam, sed specialiter etiam contrà charitatem delinquunt. Et rectè monet Layman *Lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 3. *c.* 1. quòd confessarii, quando advertunt defectum circà hoc, debeant pœnitentes admonere. Insuper inferunt DD. citati. nominatim Sanchez *lib.* 9. *disp.* 3. Coninck *disp.* 34. Dicast. *disp.* 9. *dub.* 19. peccare contrà

Justi-

justitiam conjugem, qui ad reddendum debitum reddit se impotentem, aut jejuniis, aut voluntariis pollutionibus, aut qui longam voluntariam peregrinationē suscipiunt absque consensu alterius, maximè si huic immineat periculum incontinentiæ. Jam verò conditiones ad hanc tantam obligationem requisitæ explicandæ sunt.

§. I.

Petenti seriò.

507 NImirum expressè & instanter, ut constet Maritum v.g. seriò velle exigere debitum tanquàm debitum, vel econtrà uxor, &c. Ubi Perez *citat. disp. 50. n. 3.* Sic scribit. *Excusatur conjux a culpa gravi, quando alter petit copulam non tanquam debitam, sed tanquàm benevolè & amice, uti res aliàs debitas solemus ab invicem petere, non animo obligandi.* Sic ille. Non ergò peccat conjux conjugi debitum semel tantùm, & obiter, vel implicitè petenti, etiam sine alia causa modeste denegando, tergiversando, excusando, prece vel suasu avertendo petentem, si videatur non admodùm ægrè laturus. Communis. *Sanchez* suprà, Layman *part. 3. c. 1. n. 1.* Excipiendi sunt casus. 1. Si intelligat conjugem tergiversationem talem valdè ægrè laturum, tunc enim constare debet, eum seriò petere debitum. 2. Etiamsi sciat conjugem non adeò seriò & rigorosè debitum exigere, advertat tamen ex privatione debiti conjugalis eum periculo

culo incontinentiæ exponi, utroque casu negans pertinaciter, peccat mortaliter. Communissima cum Sanchez *Lib. 9. disp. 2. n. 19.* 3. Si conjux advertat conjugem semel tantùm vel obiter petentem non audere præ verecundia sæpiùs & expressè petere, peccabit mortaliter non reddendo, quia jam constat eam seriò petere. Ex communi Sanchez *ibidem.* Diana *parte 5. tract. 14. resol. 36.* 4. Certissimè autem peccat mortaliter uxor, quando ex indignatione, vindictâ, invidia, contemptu mariti, negat ipsi usum corporis, aut non acquiescit, nisi post rixas, vel magna cum difficultate. Tanner *hic disp. 8. q. 6. num. 25.* testans ita omnes sentire. Longè autem frequentiùs peccant mariti, si negent uxoribus illud maritale commercium petentibus, cùm enim pleræque præ verecundia non audeant expressè & instanter petere, censendi sunt mariti offendere DEUM mortaliter, quando uxoribus se se insinuantibus nolunt obsequi, nisi fortè experti sint eas præter morem esse inverecundas, &c.

§. II.

Petenti justè.

QUando nimirùm petens jure petendi gaudet, eóque legitimè privatus non est. Generaliter ergò conjux non tenetur reddere, nec peccat negando debitum, quando alter conjux jure petendi debitum privatus est, quod fit per incestum, vel adulterium. Communissima 508

cum

cum Sanchez *Lib. 9. disp.* 6. Layman *citatus t. 1. n.* 14. Ratio patet: quia ubi cessat jus petendi, consequenter cessat obligatio reddendi: atqui conjux incestuosus in pœnam criminis amittit jus petendi debitum, ut sæpè repetitur in Jure, & explicatum habes supra *à n.* 71. *de impedimento Affinitatis*, quæ revide, & adde: postquam incestuosus dispensationem super petendo debito impetravit: quam jure ordinario Episcopus, & ex privilegio Mendicantes conferunt; tunc jus exigendi debitum planè recuperat, & conjux innocens reddere tenetur. Ut omnes notant cum Sanchez *Lib. 9. n.* 10. Jam verò qualiter per adulterium amittatur jus petendi, & alter conjux liberetur ab obligatione reddendi debitum pro longè frequentiori praxi accuratiùs explicandum est.

509 I. Conjux innocens certè potest *negare* debitum adultero velut jure naturæ, quia frangenti fidem, fides meritò non servatur. *Omnes.* Et colligitur apertè ex c. 5. & 19. Matthæi. Dummodò tamen adulterium commissum ipsi innocenti certò, vel non levibus conjecturis cognitum sit, nam si dubitet tantùm, vel suspicetur, aut solùm leves, vel probabiles essent conjecturæ, negare debitum non posset; quia nemo est spoliandus certo jure suo, quod possidet, propter dubitationem, vel probabilitatē oppositam. Ut docetur in materia de Justitia. Et dico semper: *Conjux innocens*: Nam si & alter sit adulter, jam negare debitum licitè non potest, quia jam injuriæ adulterii

rij sibi invicem compensatæ sunt, & ut loquuntur Legistæ, *sunt ejusdem farinæ.*

§ 10 II. Conjux adulter amittit jus petendi debitum non simpliciter, ut nec validè, nec licitè petere possit (sicut si commisisset incestum cum consanguinea conjugis in primo vel secundo gradu) semper enim adulter licitè petit, & conjux licitè reddit debitum, secundùm omnes, sed solùm sic amittit jus, ut non possit validè & obligatiorè petere, ita ut conjux innocens reddere teneatur; cùm, ut modò dictum, ei justè denegare possit. Nam jure petendi non privatur adulter, nisi per voluntatem & quasi sententiam uxoris, vel conjugis innocentis, quæ hîc obtinet quasi locum Judicis. Interim certum est, posse ei etiam injuriam factam remittere, & debitum reddere, atque postquàm semel remisit conjux innocens, jam non poterit ei ampliùs debitum negare vi prioris adulterii jam remissi. Secùs, si novum accessisset, quia injuria semel remissa revivisce nequit, & dare jus negandi, juxta communem DD. Sanchez *lib.* 10. *disp.* 10. Layman *lib.* 5. *parte* 3. *c.* 1. *n.* 1. Tamburin. *citat. c.* 3. §. 3. *n.* 7. *in fine.*

§ 11 III. Conjux adulter & validè & licitè potest exigere debitum, hoc est, non tantùm ut licitum, sed etiam ut jure sibi debitum, quamdiù conjux innocens propter ignorantiam nihil excipit, vel sponte sua nihil excipiens reddere paratus est. Ita, contrà *Navar. Henriq.* nostrum *Alphonsum à Castro*, alios apud *Sanchez*, & *Layman*,

man, communis jam DD. *Cajetan. Sotus, Ca-ninck*, alii cum Sanchez *lib.* 10. *disp.* 68. *n.* 4. Ratio est; quia quòd adulter privetur jure petendi debitum propter adulterum, pœna quædam est, ad quam se ipsum adulter condemnare, vel sibi ipsi infligere non tenetur, nemine agente vel excipiente contrà ipsum, sed, ut modò dixi, per voluntatem, & quasi sententiam conjugis innocentis ea pœna infligenda est adultero. Accedit, quòd conjux adulter, maximè vir, plerumque non possit abstinere â debito petendo modò prius solitô, quin in criminis suspicionem veniat apud alterum conjugum, vel alia mala oriantur, quod valdè notent confessarii, nec oppositam nimis rigidam sententiam antiquorum Casistarum secuti, pœnitentes adulteros graviùs illaqueent. Exempla novi, & subindè etiam tragica. Quin etiam, si conjux adulter advertat, quod *conjux* innocens adulterium suum certò compertum non habeat, sed levibus tantùm suspicionibus inducta se à debito reddendo subtrahat, eam ad debitum reddendum etiam compellere poterit, ut rectè infert Layman *ibidem n.* 4. *in fine*, nam, ut suprà dictum, conjux innocens non potest exceptione adulterii eam pœnam infligere negando debitum, nisi de crimine eâ pœnâ digno, scilicèt adulterio commisso, non levibus conjecturis constiterit. At verò si conjux innocens certò cognitum habet adulterium alterius, utpote si in flagranti deprehendit, tum compelli non poterit ad debitum, quamvis in foro

foro externo probare non possit. Ut notat Sanchez *lib.* 10. *disp.* 10. *n.* 8. Layman *citat. in fine.* Intellige autem semper, nisi conjux iñocens post cognitum certò adulterium alterius conjugis semel remisisset, quæ remissio potest fieri aut expresè verbis, aut impiicitè & factis: Ut si conjux innocens tamen sponte & nulla necessitate urgente eidem debitum reddat, vel ab eo petat, si ei corrideat, confabuletur, & alia similia amoris indicia exhibeat adultero, vel adulteræ conjugi, hæc enim saltem in foro externo habentur pro signo omnimodæ remissionis, & consequenter, illis exhibitis, repelletur à Judicibus accusatio, ut notat Sanchez *citatus lib.* 10. *disp.* 14. *à n.* 6. At quid in foro conscientiæ? Si conjux innocens sciens adulterium alterius ita sponte ei debitum reddat, vel petat, aliáque signa amoris exhibeat, statimne intelligetur verè remittere, ideò non posse ampliùs in conscientia negare debitum, vel accusare? (*Spontè dico.* Si enim vi vel metu etiam levi hæc præstet, non est æquum innocentem privari suo jure, sibique præjudicare: *cùm nemo in necessariis præsumatur liberalis; L. Rem legatam ff. de amittendo Legato.*) Respondetur, conjugem innocentem ea exhibendo triplici modo se posse habere in animo. 1. Animo vere remittendi injuriam, & tunc sine dubio verè remittit, ut non possit ampliùs negare debitum, vel accusare. 2. Animo nullo modo remittendi, sed sibi suum jus servandi, & tunc cùm verè non remittit, remane-

bit innocens in suo jure negandi debitum. Sanchez *ibidem n.* 21. 3. Abstrahendo ab utroque, seu non habendo animum expressum aut remittendi, aut non remittendi, quod certè subinde contingit, & tunc putat Sanchez *ibidem*, innocentem non posse ampliùs negare debitum, vel accusare, quia ea signa amoris tam voluntariè susceptа censentur vera remissio: cui ego acquiesco; etsi subdubitet Tamburin. *citatus n.* 12. *in fine.*

§. III.

Petenti rationabiliter, scilicèt cum usu & moderamine rectæ rationis.

512 ET universaliter sic, ut altera pars debitum absque incommodo rationabiliter reddere possit, neque denegandi, vel se excusandi justam & rationabilem causam habeat, vel ex parte copulæ, vel petentis, vel reddentis, vel prolis: quæ omnia ad certa capita, & quasi regulas summariè reduco.

513 I. Non ergò peccat conjux negando debitum petenti conjugi; inprimis, si is petat in ebrietate, furore, amentia: ut contra *Navar. Sylvest.* & alios docet communis DD. cum *Sanchez*, *Layman*, *Diana* citatis. *Ratio est*, quia talis non petit rationabiliter & ut homo, sed potiùs ut bestia. Limitant tamen DD. quod si talis ebrius vel amens accessurus esset ad aliam, vel se polluturus, teneretur per accidens, & ex charitate saltem reddere ob impedienda mala indè emergentia. Item non tenetur reddere, cui

conjux petat nimis frequenter & importunè v. g. si ter de noctu petenti reddatur, quartâ vice negetur: ut notat Glossa *in capit. Quoniam. distinct.* 31. Rodriquez, alii cum Layman *citato c.* 1. *n.* 1, Item non peccat, si solùm parvo tempore differatur: ut si petenti de die neget redditurus noctu, nisi adverteret periculum incontinentiæ in alio: quia censetur parvitas materiæ excusans saltem à mortali. Ex communi *Diana parte* 1. *tract.* 5. *resolut.* 14. Eâdem ratione, si conjux valdè rarò petit debitum v. g. in mense quater, & quintâ vice negetur *Sanchex & Layman* citati censent parvitatem materiæ, nisi constet conjugem tunc seriò petere, aut versari in periculo incontinentiæ. Item si conjux petat indebito modo, sive ex parte copulæ v. g. in præpostero situ: sive ex parte circumstantiarum loci & temporis, juxta dicenda §. sequenti.

II. Quoties reddenti timeretur grave pericu- §14
lum salutis corporalis, utpote mortis vel morbi gravis & periculosi, non tenetur reddere, Communissima cum D. Thoma, Scoto, aliis *in* 4. *dist.* 32. aliisque, quos latè citat, & sequitur Sanchez *l.* 9. *disp.* 24. *n.* 16. Layman *cit. c.* 1. & 5. *Ratio est;* quia ex naturali interpretatione conjuges in matrimoniali contractu corporis potestatem inter se dant, salvâ suarum personarum incolumitate; imò cùm suorum corporum dominium non habeant, nec possunt licitè eorum usum in tanto periculo mortis, aut gravis infirmitatis permittere, multò minùs præstare,

consequenter peccant in tali periculo copulam exercendo, petendo, & reddendo; ergò à fortiori conjux non tenebitur reddere debitum petenti in tali periculo, quia irrationabiliter, injustè, illicitè petit. Periculum autem tale dupliciter imminet. 1. Ex parte petentis, utpote qui peste infectus, leprâ, morbo gallico, vel alio contagioso, & probabiliter certò infecturo laborat, ei petenti non tenetur conjux reddere, esto sit in periculo incontinentiæ, non ex justitia, secundùm omnes, ob rationem datam; nec ex charitate, ut contrà *Ledesmam*, & *Rodriguez* nostrum ex communi docent *Sanchez* & *Laymann* citati: quia ordine & lege charitatis nemo tenetur sui corporis vitam & incolumitatem pro privati hominis peccato vitando exponere, cùm is in necessitate simpliciter positus non sit, sed alia concupiscentiæ remedia adhibere possit: esto, sanctè & laudabiliter ita faceret, atque etiam aliquandò saltem ex charitate reddere debebit; Ut si morbus contagiosus, gallicus, vel lepræ valdè diuturnus sit, cùm valdè difficile aliquibus sit in perpetua lucta contrà motus concupiscentiæ perseverare. Quo sensu intelligendus Alexander III. *cap. 2. De conjug. leprosi.* ita respondens. *Si virum vel uxorem leprosum fieri contigerit, & infirmus à sano debitum exigat, generali præcepto Apostoli, quod exigitur, est solvendum.* Respondent enim DD. communiter apud Sanchez citatum *disp. 24. num. 17.* Pontificem ita respondisse ex præsumptione, quòd conjux re-

reddenti debitum propinquum infectionis periculum plerumq; non immineat à leproso, præsertim cùm rarò admodùm fiat, sitúsque mutatione, ac vestitu periculum caveri possit. 2. Oritur periculum tale ex parte ipsius reddentis, utpote quia morbo laborat v. g. hectica, febri, vel alio, cui valdè noceat coitus: vel ex ipso impetu copulæ gravis infirmitas, vel periculum timeatur. Item si mulier per Medicorum judicium, vel experientiam antecedentis partûs in probabili periculo mortis constituenda sit, si prolem concipere & parere debeat, petenti debitum reddere non tenetur. *Omnes.* At verò reddere debitum marito; & deinde vel expellere semen receptum; vel sumpto pharmaco conceptionem prolis impedire ad evadendum futurum periculum mortis in partu, simpliciter & mortaliter illicitum est; sicut & in omni alio casu. Communissima DD. imò omnes cum Sanchez *lib. 9. disp. 20. Ratio est*; quia id directè repugnat fini principalissimo & unico matrimonii, & debiti conjugalis. Unde *c. ultimo. De condition. appositis.* Inter conditiones matrimonii substantiæ repugnantes hæc ponitur, *si generationem prolis evites.* Et, semel in aliquo casu concessâ hâc licentiâ fœminis eâ passim abuterentur cum magno generationis humanæ detrimento; alia longè est ratio de expulsione fœtûs nondum animati ad servandam vitam matris in evidenti periculo mortis, quam licitam esse cum *Sanchez* docent multi; quia fœtus

tunc est actualis aggressor vitæ matris, & actualis ac unica causa mortis illius, contrà quam habet mater jus naturale se defendendi, eámque repellendi : at verò fœtus nondum existens, non est actualis agressor, nec defacto vim infert, sed solùm timetur de eventu futuro, contrà quem proin mater nullum habet jus naturale se defendendi; uti explicant *Sanchez* & *Layman* citati : nos autem cum communiori infrà c. 4. Sect. 1. utrumque negamus.

515 III. Quandò ex redditione debiti timetur probabile periculum mortis, abortûs, monstruositatis &c. prolis, tunc nec petere, nec reddere licet, consequenter multò minus petenti reddere tenebitur conjux absque necessitate. *Omnes.* Et specialiter tempore menstrui usum conjugalem factum sine necessitate peccati mortalis damnant multi cum D. Bonaventura apud Sanchez *disp.* 21. *num.* 2. Eo quòd tunc soleant nasci proles miserrimæ ac monstrosæ. Atque tunc temporis conjugem reddendo peccare venialiter post *Henriq. Sylvest. Rebell.* alios docet Bonacina *hic quæst.* 4. *propos.* 6. *n.* 10. Communi tamen sententiâ DD. cum Sanchez disp. 21. *num.* 8. petens tunc solùm peccat venialiter, etiamsi certò prævideat periculum prolis vitiosæ, vel monstrosæ generandæ; reddere autem licitè poterit uxor ob importunitatem petentis; eò quòd melius sit prolem vitiosam, monstrosam vel leprosam nasci, quàm omninò non nasci. Attamen tunc non obligari ad reddendum

contra

contra *Sanchez* ibidem rectiùs docent supra citati *Sylvest. Henriquez*, *Bonacina*, ac noster Marchant *Tribun. tom. 3. seu speculi parte 3. tract. 1. tit. 12. quæst. 4. §. 1.* Quia verè irrationabiliter & injustè petitur, quod cum tanto damno petitur; & si labatur alter in incontinentiam, sibi imputet, & impotenti suæ libidini. Secùs esset in casu necessitatis; ut quandò conjuges nunquam possent petere vel reddere debitum sine periculo prolis vitiandæ: ut leprosi, vel alio morbo laborantes hæreditario. Similiter quandò est probabile periculum mortis prolis, vel abortûs; ut si uxor sit valdè gravida, & situ communi copula petatur, non tenetur reddere: possunt tamen tunc mutare situm accommodum, ut Assert. præcedenti insinuavi. Tandem si fœmina experta sit se fœtum vivum edere nunquam posse, probabiliter cum multis docet *Sanchez* citat. nihilominus mulierem debitum reddere posse, imò & petere, quia partim eventus incertus est, & Dei beneficio ordinario non impossibilis, adeóque conjuges videntur manere in possessione sui juris & petendi & reddendi debitum, partim; quia melius videtur puero, ut existat privatus visione Dei, quàm ut omninò non existat: ut indicat D. Aug *lib. 5. contrà Julian. c. 8.*

IV. Ob inopiam, ne multiplicentur proles, 516
inprimis validum est pactum conjugum eâ de causâ continendi, seu non petendi, nec reddendi debitum: imò & licitum, quamdiù abest

periculum incontinentiæ. Ex communi Navarr. *c.* 16. *num.* 39. Sanchez *lib.* 9. *disp.* 25. Layman *c.* 1. *num.* 16. Diana *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 13. Possent etiam absolutè ita paciſci, & quidem sanctè & meritoriè si fiat ob honestum finem; ergò etiam ob eam causam necessitatis, atque stante tali pacto, utique conjux non tenetur reddere, quia injustè contrà pactum redderetur: at vero seeluso tali pacto conjugi petenti tale debitum negare ob solam paupertatem, esse mortale docent Navar. *c.* 16. *num.* 25. Sylvest. alii communiter negantes absolutè multiplicationem prolis excusare à reddition debiti: & expressè Layman *cap.* 1. *num.* 16. Nam cùm hoc casu jure petatur debitum, quia ex una parte multiplicatio prolis spectat ad præcipuum finem matrimonii, estq; magnum bonum ac donum Dei; cujus gratiâ conjugibus perferendum est *quodvis* incommodum. Ex altera parte autem melius est proli, ut vivat inops, quàm utomnino non vivat, atque inter Christianos vix eveniet extrema necessitas, cùm in auxilio Dei, *qui volatilia* pascit, & piorum hominum confidere oporteat, non apparet excusatio tam strictæ obligationis; consentit Gobat *cas.* 16. *num.* 24. Hæc etiam ratione confirmans: Aut uxor diù negavit debitum ob illud periculum paupertatis, aut non diu? Si diu: Exponit maritum ingenti periculo incontinentiæ, & sic delinquet mortaliter ex sententia omnium. Si non diù: ergò frustrà: concipiet enim probabilissimè primo congressu tanto

tanto avidiùs semen rapiente matrice, quantò diutiùs caruit illo velut alimento. Quare non memini (ait *ibidem num.* 625.) me unquam impertiisse absolutionem præferenti animum negandi debitum marito seriò petituro ob metum difficultatis in prole enutrienda. *Sic ille. Sic ego.* Quòd si tamen res eo loco esset, ut ob prolis multiplicationem, vel parentes ipsi, vel vivis parentibus liberi in extremam inopiam (casus certè rarus inter Christianos) redigendi essent, omninò fatendum est, ac fatetur *Layman* citatus, debitum justè negari posse. Et quæso te confessarie, an peccati damnabis miseram uxorem, quæ, marito omnia obligurienti, ipsa cum liberis famem & ærumnas tolerans, ne amplius multiplicetur miseranda proles, debitum negat, prìusquam se emendet? Quoniam absolutè non improbabilis, & benè consideratis circumstantiis, in praxi tuta videtur sententia opposita, nimirùm ob paupertatem, ne multiplicatâ prole nimia molestia, vel mendicitas sustinenda sit, posse negare debitum, vel sine omni culpa: ut cum *Ledesma*, & aliis vult *Sanchez* citatus, & Diana *part.* 9. *tract.* 7. *resol.* 3. vel saltem sine culpa mortali, ut volunt *Sotus*, *Rodriq. Sa.* alii apud *Layman* citati. Consultissimum videtur confessario inducere conjuges ad dictum pactum.

§. IV.

§. IV.

Petenti licitè saltem ex parte copula.

517 LIcitè, servatis nimirum omnibus conditionibus Assertione præcedenti explicatis, scilicet *debito jure: debito fine: debito modo & circumstantiis: atque intra terminos honestatis naturalis.* Si quidpiam horum desit, plerumq; cessabit obligatio reddendi, quin etiam sæpe licitè reddere non poterit, quando nimirum petitur illicitè *ex parte copulæ*, seu quando copula petita est illicita per culpam vel circumstantiam tenentem se ex part e copulæ: ut si petatur in loco sacro; cum periculo pollutionis, prolis, conjugis, &c. quia tunc reddens cooperaretur ad peccatum directè. At verò quando copula est illicita ex parte solius petentis, jus tamen petendi retinentis; ut si petat voto castitatis adstrictus, vel petat ex mera lascivia ad aliquem finem malum, &c. conjux, nisi facilè possit avertere, adhuc licitè reddere potest, ac sæpè petenti ac jure suo uti volenti, etiam reddere tenetur, juxta communem sententiam apud citatos omnes. Quare non semper in usu matrimonii, seu debito conjugali, quando petere illicitum & peccatum est, etiam reddere peccatum est; sed illicitè petenti, sæpè licitè reddi potest, & quandoq; debet: pro quo dignoscendo ex *Coninck*, *Sanchez*, Layman citat. *c.* 1. *n.* 7. aliis communiter rursùs pono tres regulas.

518 *Regula prima.* Quando petere debitum est tan-

tantùm culpa venialis, undecunq; reddere debitum nulla est culpa, nisi reddens facillimè avertere posset, utpote si maritus petat debitum cum variatione situs, solius voluptatis gratiâ, aut cum tactibus extraordinariis, uxor nisi facillimè absq; ulla displicentia posset impedire, non peccat reddendo ita debitum, vel tales actus. *Ratio est;* quia licèt alter ita petendo & copulando peccet venialiter ob defectum debiti finis, & justæ causæ, conjux tamen ita reddendo excusatur à peccato, & culpabili cooperatione ob justam causam & honestum finem, ne scilicet displiceat viro, vel eum offendat; ideóque culpa manet ex parte solius petentis, imò eo casu plerumq; obligatur ad reddendum, quia & alter jure suo exigit, & uxor sine peccato reddere potest. Quamvis contra sentiant alii cum *Bonacina* supra citato. Et prudenter monet Gobat *cas.* 16. *n.* 635. caveat confessarius, ne scrupulum injiciat nobilibus aut valde ingenuis matronis, quandò non parent maritis exigentibus ex mera petulantia, ac stantibus, &c.

Regula secunda. Quando petere est culpa mortalis, sed culpâ vel circumstantiâ tenente se ex parte solius petentis; utpote, quia petit voto castitatis adstrictus, &c. tunc reddere nulla culpa est. *Ratio est;* quia cùm actus ille ex naturâ sua non sit illicitus, sed solùm ex culpa vel circumstantia tenente se ex parte petentis, jus tamen petendi retinentis, hinc idem actus ut se tenet ex parte conjugis reddentis, in qua, vel 519

quo

quo non reperitur aliqua culpa, vel circumstantia vitians actum, erit licitus; imò etiam debitus ex justitia: Excepto solo casu, quando conjux petens per culpam suam amisisset jus petendi debitum, utpote per affinitatem contractam per incestum, tunc enim non tenetur reddere, imò cùm commodè avertere possit, saltem ex charitate, tenetur non reddere. Absolutè autem posse reddere, contra alios probabiliter docent Sanchez *l. 9. disp. 6. n. 12.* Diana *parte 9, tract. 8. resol. 32.*

520 *Regula tertia.* Quando reddere est peccatum mortale ex culpa, vel circumstantia tenente se ex parte ipsius actûs copulæ, ut si petatur in loco sacro, cum evidenti periculo abortûs, cum incæptione extra vas naturale, &c. tunc etiam reddere est peccatum mortale, nisi ignorantia vel metus incussus excuset à totò, velà *tanto*; quia tunc verè & propriè esset cooperari ad peccatum mortale: etenim quandò ipse actus de se est illicitus, utpote quiâ reverentiæ loci sacri, saluti prolis, aut naturali honestati repugnat, tunc eâdem malitiâ, & pravâ circumstantiâ afficitur & petitio & redditio.

SECTIO IV.

Peccata conjugum contra matrimonium, nimirum de adulterio, & restitutione inde debitâ.

SUMMARIUM.

521. *Adulterium quid, & quotuplex?*

521.

522. *Adulterium mentale tantùm quale & quotuplex peccatum & qualiter in confessione explicandum?*
525. *Adulterium formale tantùm quale peccatum?*
528. *Adulterium reale peccatum mortale gravissimum,*
529. *Multiplicis malitiæ, &*
530. *Maximorum damnorum causa,*
531. *Meritò gravissimas trahens pœnas.*

ADulterium definitur communiter, *violatio tori alieni; concubitus illicitus in alieno toro; species luxuriæ, quâ violatur fides tori conjugalis.* Fit tripliciter; aut enim est concubitus conjugati cum conjugatâ, aut conjugati cum solutâ; aut soluti cum conjugatâ. Pro plena autem notitia in ordine ad confessionem, advertendum, adulterium quatruplex distingui posse. 1. Mentale tantùm, quo solo actu interno violatur fides tori. 2. Formale, quo vountate cum actu interno violatur fides tori, revera tamen non cum aliena, explicationem habebis infrà. 3. Materiale tantum, quo reipsâ cognoscitur aliena, at esse aliena invincibiliter ignoratur, & hoc quoad malitiam non differt à simplici fornicatione, de quo proin nihil hîc speciale dicendum est. 4. Reale & simpliciter dictum adulterium, scilicet materiale & formale simul, quando nimirum scienter & voluntariè reipsâ cognoscitur persona ligata: & de hoc nobis sermo est. Præmissâ tamen brevi confessario necessariâ explicatione adulterii mentalis & formalis tantùm. 521

Ad-

Adulterium mentale tantùm.

§221. QUicunque vel quæcunque efficaciter proponit, consentit, desiderat, vel concupiscit cognoscere alienam, vel non suam etsi effectu quacunque causâ non secuto. 1. Peccat mortaliter contra nonum Decalogi præceptum: *non concupisces uxorem proximi tui*, quo omnis illicita concupiscentia, & maximè efficax ad alienam, vel non suam prohibetur. 2. Peccat peccato adulterii formalis juxta clara verba Christi Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* 3. Et consequenter tenetur explicare in confessione, & se esse ligatum, si sit, & circumstantias alterius personæ concupitæ, an soluta, vel etiam ligata, consanguinea, affinis, sacra, &c. certum apud omnes. *Ratio est*; quia actus internus efficax sumit suam specificationem à toto actu externo prout à parte rei fieret, vel fieri posset, ideóque totam ejus malitiam ex objecto & circumstantiis participat: quæcunque ergo malitia speciem mutans in actu externo admmissa necessariò explicanda est in confessione, etiam erit explicanda in actu interno efficacis propositi, consensûs, vel concupiscentiæ ad alienam.

§223. II. Conjugatus (& eadem ratione conjugata) si solùm morosè delectetur de copula cogitata cum altera absque animo complendi, utique peccat mortaliter contra nonum præceptum. Sed numquid etiam peccato adulterii mentalis

mentalis; adeò ut talis obligetur in confessione explicare se esse conjugatum? Affirmat Vasquez 2. *parte tom.* 1. *disp.* 112. cum aliis. Ratio est; quia fides matrimonii obligat, non solùm corpus, sed etiam mentem ad aliud objectum turpe non collocare: ideóque talis morosè delectans, non tantùm peccat peccato luxuriæ, sed etiam adulterii mentalis: quemadmodum omnium consensu Religiosus, Sacerdos, vel alius voto castitatis adstrictus in confessione delectationis morosæ venereæ tenetur explicare circumstantiam voti, vel statûs sui; quia non solùm contra castitatem, sed etiam verè contra votum, & virtutem Religionis delinquit. Probabilis & sine dubio tutior sententia. Negat verò non improbabiliter Hurtad. apud Tambur. *lib.* 10. *Decalogi n.* 6. his verbis: Docet Vasquez conjugatum, qui venereè delectatur de fornicatione cum non sua, non tantum peccare peccato luxuriæ contra castitatem, sed etiam peccato adulterii contra fidem matrimonii. Id tamen difficile, & absque sufficienti fundamento probatum, quia difficile & absque fundamento dicitur in matrimonio præstari fidem conjugi non collocandi mentem in aliam. *Hæc Hurtad.* Sanè probabiliter. Certè absque sufficienti fundamento & urgenti necessitate, aut ratione non est gravandum Sacramentum Pœnitentiæ. Alia est ratio de voto castitatis adstricto: nam vovens castitatem DEO inspectori cordium, sine dubio principaliter vovet, & obligat se ad castitatem etiam inter-

nam, ſine qua nihil valet externa; at contrahens matrimonium cum homine ſine fundamento aſſeritur ei etiam obligare mentem, ne in aliud objectum libidinosè tendat.

524 III. Univerſaliter conjugatus, vel quis alius delectando morosè de copula cogitata, vel alia turpitudine, peccat mortaliter peccato ejusdem ſpeciei cum peccato cogitato, quoad ſubſtantiam ex objecto, ſecundùm omnes. Sed nunquid etiam quoad circumſtantias, ita ut quis in confeſſione teneatur explicare circumſtantias perſonæ cogitatæ, vel imaginatæ in ejusmodi delectatione venereâ morosâ, an ſolura, ligata, conſanguinea, ſacra? Multi affirmant abſolutè, præſertim veteres. Abſolutè verò negant alii cum Vaſquez *loc. cit.* & cum eo Tamburin. *cit. l.* 10. *c.* 2. *n.* 4. Sed rectiùs ex communi, & receptâ ſententiâ apud Azor. *l.* 4. *c.* 6. *q.* 3. Sanch. *lib.* 1. *moral. c.* 2. *n.* 11. ita diſtinguendum eſt; quando delectatio moroſa fertur in objectum ſecundùm totam ejus malitiam, ita ut ipſæ etiam circumſtantiæ directè volitæ & intentæ ſint; ut ſi in propoſito delecteris in copula cum conſanguinea, ſacra, &c. quatenus tales ſunt (quod certè rarum) utique neceſſariò explicandæ in confeſſione erunt circumſtanriæ illæ, non tam ut circumſtantiæ, quàm ut objectum partiale. At verò, quando delectatio fertur in objectum, non ſecundùm totam ſuam malitiam, ſed ſecundùm partem, vel ſecundùm ipſum objectum nudum tantùm: ut ſi delecteris de cogitata copula cum alie-

alienâ fœminâ, apprehensâ præcisè ut fœmina non tua, minimè autem ut alteri nuptâ, consanguinea, vel sacra est, tunc quia non sortitur totam operis externam malitiam, sed ad speciem simplicis fornicationis, vel impudicitiæ reducitur, circumstantias illas explicare necessarium non est. Ratio fundamentalis data est in materia *de actibus humanis* parte 1. Decal. c. 3. n. 20. Et rursùs supra de Pœnitentia; *cùm de circumstantiis confitendis àn.* 405.

Adulterium formale tantùm.

525 COmmititur. 1. Cùm quis revera cognovit suam, tamen credens, vel putans esse alienam, vel non suam. Quo in genere valdè lepida contigisse novimus; & hoc præter mortalem malitiam præterea nihil importat. 2. Cùm quis scienter cognoscit suam, sed imaginando sibi aliam carnaliter dilectam; vel saltem efficaciter affectans, & desiderans loco suæ eam habere; de quo jam suprà *Assert.* 3. *Sect.* 4. sufficiens mentio facta. 3. Cùm quis ita impudenter affectans hîc & nunc accedit ad suam, ut omninò etiam accederet, etiamsi esset non sua. 4. Cùm conjuges peccant contrà naturam, aut Sodomiâ. Secundùm communem cum Sanchez *lib.* 6. *disp.* 10. *n.* 4. *&* 5. Aut mollitie, ut dum conjuges vel mutuò se polluunt, aut se seorsim. Juxtà dicta supra suo locô. Ratio ibidem data est; quia matrimonium non dat conjugibus facultatem, nisi ad copulam & seminationem aptam generatio-

ni; qualis minimè est illa in Sodomia vel mollitie. Et deinde sic verissimè dividitur eorum caro contrà fidem matrimonii.

526 Conjuges ergò rei Sodomiæ & mollitiei, necessariò accusare se debent, & se esse conjugatos, & factum esse cum propriâ conjuge. Ratio primi patet ex dictis. Ratio secundi est; quia aliàs nunquam explicabunt peccatum à se commissum. At nunquid. 1. Satis esset, hoc scelus ita confiteri: *Peccavi contrà naturam cum conjugata?* Respondetur, non est satis, sed necessariò addendam fuisse propriam conjugem. Sanchez *citat. n. 5. Pontius, Castro-Palaus*, alii cum Tambur *lib. 7. Decalog. c. 3. §. 2.* Ratio est; quia explicares peccatum, quod non commisisti; per illa enim verba: *peccavi contrà naturam cum conjugata*, significares, quòd alius maritus injuriam esset passus. 2. Quid si addam: *Peccavi sic cum conjugata viro consentiente?* non est satis: Quia sic significas injuriam esse factam contrà tuam propriam uxorem, quasi abusus fuisses uxore alterius consentientis, & non tuâ propriâ. 3. Addam ergò: *peccavi sic cum conjugata uxore mea consentiente?* Nihil est. Sic enim dupliciter decipis confessarium; nam per hæc verba adhuc significas uxorem alterius viri turpitudinem passâ esse, & propriæ uxori impingis peccatum, quod non fecit, nimirùm illam consensisse, & cooperatam esse cum peccato uxoris alterius viri. 4. Dicendo apertè: *peccavi contrà naturam cum propria conjuge*: fœdam notam infa-

miæ

miæ apud confessarium in uro uxori meæ? Servetur doctrina communis, & Regula data de Pœnitentia, de causis excusantibus ab integritate materiali confessionis. His præmissis, jam ad aliam materiam pergamus, nimirùm adulterium reale, quo scilicèt quis scienter peccat cum aliena & non sua: & econtrà.

Adulterium Reale.

ASSERTIO V.

527 *Adulterium reale est peccatum mortale gravissimum multiplicis malitiæ, & maximorum plerumque vix compensabilium damnorum causa, meritò gravissimas secum trahens pœnas.* Est certum apud omnes.

§. I.

Peccatum mortale gravissimum.

528 NAm imprimìs ipsum adulterium nominatim solum tanquam damnosissima species Luxuriæ expresso nomine prohibetur sexto præcepto Decalogi, naturali, ac positivo: *Non mœchaberis.* Deinde gravitas peccati maximè exaggeratur, & gravissimè damnatur passim in Scripturis utriusque Testamenti. Levit. 2. Deut. 22. & 27. Tob. 3 1. & latè Proverb. 6. Ecclesiast. 33. 1. ad Corinth. 6. ait Apostolus: *Nolite errare, neque fornicarii, neque adulteri, neque molles regnum DEI possidebunt.* Alibi passim.

§. II.

Multiplicis Malitiæ.

529 NAm adulterium semper involvit essentialiter duplicem malitiam, unam luxuriæ contrà continentiam, quatenùs acceditur ad non suam; alteram contrà fidem Matrimonii & Justitiam, quatenùs acceditur ad alienam; nam quatenùs ligatus peccat contrà fidem datam in Sacramentali contractu matrimonii, quo corpus suum soli conjugi promisit, & tradidit, peccat contrà Justitiam, seu jus corporis sui acquisitum conjugi: juxta illud Apostoli 1. Corinth. 7. *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir &c.* Quatenùs verò peccatur cum persona ligata, peccatur contrâ Justitiam & jus acquisitum tertii, scilicet conjugis alterius personæ ligatæ. Itaque

Gravitatis peccati hujus hi sunt *gradus* 1. *Gravis*, cùm persona soluta peccat cum ligata: quia præter fornicationem solùm cooperando peccat contrà jus tertii. 2. *Gravior*, cùm persona ligata peccat cum soluta, quia præter fornicationem peccat contra fidem à se datam propriæ conjugi, & quia violat jus acquisitum conjugi in ejus corpus. 3. *Gravissimus*, cùm persona ligata peccat cum ligata, quia præter fornicationem, peccat & contra fidem à se datam conjugi, & contrà jus propriæ conjugis & contra jus tertii scilicet complicis ligatæ conjugis, ubi præter fornicationem & fidem violæ-

violatam duplex committitut injuſtitia & injuria, & in propriam conjugem, & in conjugem complicis adulterantis : quæ duæ injuriæ etſi ejusdem ſpeciei, tamen diſtinctæ numero neceſſario explicandæ ſunt in confeſſione, ſicut & peccatum perſonæ ſacræ cum ſacra ; non enim ſufficit ſimpliciter dicere : commiſi adulterium, vel ſacrilegium carnale, ſed omninò explicandus eſt ſtatus utriusque. Juxtà communiſſimam DD. & latè Lugo *ſect.* 5. *n.* 38. Ratio : quia tunc duo ſunt commiſſa peccata, unum in perſona propria, alterum cooperando ad peccatum perſonæ alterius : duo jura violantur in adulterio mutuo, duo corpora DEO ſacra profanantur in horribili ſacrilegio mutuo. Inſuper adulterium committitur à conjugato in omni prorsùs ſpecie luxuriæ ſaltem externæ non tantùm naturali cum ſoluta, ligata, conſanguinea, ſacra, &c. ſed etiam contrà naturam, beſtialitate, ſodomia, mollitie, itémque oſculis & tactibus impudicis etiam cum ſolutis : ideóque talia agens conjugatus vel conjugata tenetur explicare ſtatum matrimonii ſui. Communiſſima DD, Sanchez *Lib.* 9. *diſp*, 18. *n.* 4. Lugo *loco citato.* Tamburin. *citat. c.* 3. §. 1. Ratio eſt: quia in his omnibus ſemper fit injuria conjugi, juxta Apoſtolum citat. *Vir non habet poteſtatem corporis ſui, &c.* Et econtrà.

§. III.

Maximorum damnorum cauſa.

DAmna denique maxima ex adulterio cum 30

ligata provenientia, & plerumque incompensabilia sunt; quòd proles inde nata in alienam curam, alimenta, hæreditatem transeat, & irrepat cum maximo damno mariti, & prolium legitimarum; quæ damna, quia ordinariè irreparabilia sunt, ut patebit, in immensum augent malitiam adulterii: quanta enim malitia & injustitia est, voluntariè, & causare talia damna, & simul se præcipitare in impossibilitatem ea compensandi. Quapropter in confessione necessariò distinctè explicanda, & à confessario examinanda sunt illa damna: utpotè 1. An proles inde nata sit, & adhuc vivat. 2. An ex communi re familiari, vel sumptibus innocentis conjugis alatur. 3. An inter liberos, vel hæredes legitimos hæreditatē, nacta, vel nactura sit ex bonis paternis vel matrimonialibus ad solos legitimos hæredes pertinentibus. Hæc enim adulterio commissio novam & omninò distinctam speciem injustitiæ, & injuriæ in conjugem innocentem & hæredes legitimos superaddunt, atque inducunt gravissimam obligationem. De qua mox.

§. IV.

Meritò gravissimas trahens pœnas.

531 PRæter pœnam Juris naturalis, scilicèt obligationem restitutionis pro damnis ex adulterio consecutis marito, & prolibus legitimis, de quibus statim, Jure positivo variæ pœnæ adulterio decretæ, & jure meritissimo. *Prima pœna* est mors infligenda à Judice adulteræ: non ta-

tamen adultero. Sed hæc nihil ad nos. *Secunda Pœna* est, quòd dos, vel donata propter nuptias amittatur propter adulterium, de hoc dixi satis cum de contractibus. *Tertia Pœna* est, quòd propter adulterium conjux adulterans privetur jure petendi debitum, ut communiter solemus loqui. Et hæc, quidem ad nos, sed jam satis explicata suprà. *Quarta Pœna* est, quòd propter adulterium possit fieri divortium ad petitionem innocentis. Sed hæc tota spectat ad forum externum, nihil ad confessarium; si tamen nosse velis, nervosè, & optimè tradit Layman *Lib.* 5. *trac.* 10. *c. ultimo.*

SUBSECTIO.

De Restitutione ex adulterio debita.

SUMMARIA.

532. *Quid ex adulterio restituendum.*
533. *I. Pro injuria?*
536. *II. Pro infamia vel dedecore?*
537. *III. Pro damno temporali?*
538. *IV. Pro sumptibus hospitalis?*
539. *Adulter obligatur ad restitutionem pro damnis marito & liberis legitimis.*
540. *Utpotè pro infamia, & alimento prolis sibe suaserit.*
542. *Sibe non suaserit eam marito supponi.*
543. *Adulter in dubio, sitne proles sua, nec ne? probabiliter adhuc obligatur restituere pro rata dubii.*
544. *Sed æquè probabiliter ad nihil obligatur.*
545. *At quid si duo vel plures cum eadem adulterium commiserunt?*
547. *Etiam adultera per se obligatur ad restitutionem*
548. *Omnium damnorum ex adulterio per se consequentium marito ac filius legitimis,*

552. *Omnimodo commodo, & moraliter possibili.*
553. *Non tenetur regulariter crimen suum manifestare marito, vel proli spuriæ.*
554. *An & quando filius teneatur credere matri asserenti ipsum esse spurium?*
556. *Adultera non tenetur manifestare suum crimen, & prolis illegitimationem. I. quando ipsa compensat.*
557. *II. Quando præsumit id nolle alios.*
558. *III. Quando nihil proderit.*
559. *IV. Nec cum periculo vitæ,*
560. *V. Vel infamiæ suæ majoris.*
562. *VI. Aut cum detrimento propriæ famæ.*
563. *His verò cessantibus tenetur.*
564. *Solvuntur fundamenta contraria.*

QUatuor hìc explicanda sunt. 1. Pro quo restituendum? 2. Ad quid obligetur adulter? 3. Ad quid adultera? 4. An hæc aliquando teneatur se propere propter damna avertenda?

§. I.

Quid, & pro quo restituendum ex adulterio?

132 TItius nobilis & opulentus commisit adulterium cum Caia uxore Sempronii similiter nobilis & divitis viri; eo adulterio natum filium spurium bonus Sempronius tanquàm legitimum filium, & quidem primogenitum, statui suo summis sumptibus competentibus educavit, & cum aliis liberis postèa natis ei hæreditatem reliquit, & insuper tanquàm primogenito fideicommissum seu præcipuum contulit, posthabito vero suo primogenito filio, pri-

primùm post illum spurium nato. Quæritur, quid, & pro quo teneantur restituere Titius adulter, & Caia adultera tantorum malorum causæ? Generaliter tria hìc distingui debent. *Primum* est ipsa injuria per adulterium illata Sempronio ab adultero, & adultera, secluso omni alio damno famæ vel fortunæ: *Secundum* est infamia & dedecus illatum Sempronio cornuto ex adulterio divulgato. *Tertium* est damnum temporale Sempronii in alenda prole spuria, & liberorum legitimorum, in hæreditate ab illo spurio participata, & similia. Huc etiam referri debent sumptus hospitalis, si talis proles spuria exposita esset, & in eo educanda. De singulis breviter seorsim.

1. *Pro injuria.*

PRo ipsa sola injuria adulterii secluso omni damno, in honore, fama, vel fortuna, vel bonis temporalibus nihil restituendum est. Ita contrà *Rebell.* & alios RR. apud *Molinam* communissima DD. quos latè citant, & sequuntur *Molina & Lugo.* Ratio communis est: quia obligatio restitutionis non oritur præcisè ex injuria, sed ex damno permanente injustè illato; atqui in proposito supponimus ex adulterio occulto permanente, nulla prole suscepta, vel aliundè educata nullum prorsus oriri damnum in honore, fama, vel bonis temporalibus conjugis vel aliorum liberorum: ipsum autem adulterium in se non est damnum, 533

sed

sed mera injuria transiens, quâ transactâ, nullum remanet damnum: ergò nulla indè restitutio debita: Quia tamen posset quis contendere ex adulterio semper remanere aliquod damnum, scilicèt maculam aliquam tori conjugalis (etsi occultam) tamen aliquo modo æstimabilem, ideò. Ratio melior est; quia damna illata in uno genere bonorum non debent ex obligatione per restitutionem reparari in alio genere bonorum: undè in communi sententia homicida pro injuria, & damno naturali ipsius occisionis seu mortis hominis, secluso alio damno temporali nihil debet restituere per pecuniam, vel quidvis aliud: cùm ergò injuria adulterii, & qualecunque damnum illud naturale permanens, vel transiens non sit in genere pecuniæ, vel boni temporalis, sed in alio superiori genere bonorum, nimirùm circa corpus conjugis, consequens est, quòd adulter non teneatur pecuniis compensare injuriam, vel damnum illud. Adde, quòd opposita sententia sit contrà sensum & praxin omnium fidelium, & confessariorum, qui etiam doctissimi & optimi talem obligationem nunquam agnoverunt.

534 *Dices*: Maritus vir honestus mallet carere centum aureis, quàm pati injuriam adulterii præcisè, secluso omni alio damno in honore, fama, vel pecunia: ergò pro illa injuriâ præcisè est obligatio restituendi æquè, imò major, quàm pro furto centum aureorum. *Respondetur* negando

gando consequentiam. Nam etiam occidendus mallet carere mille aureis, quàm vitâ, & tamen non sequitur tuum illatum: solum ergò utroque casu sequitur majorem esse injuriam, & graviori pœnâ dignam, quàm sit furtum centum, vel mille aureorum; non potest autem sequi obligatio restituendi propter impotentiam compensandi ad æqualitatem, cùm sint diversa genera bonorum, ut dictum est.

Dices rursùs: Qui utitur re aliena v.g. equo, 535
invito Domino, tenetur non solùm reddere equum, sed etiam pretium æquivalens pro usu præterito illius equi, vel rei alienæ: ergò similiter, qui usus est uxore aliena, tenetur non solum uxorem relinquere viro suo, sed etiam aliquid quasi pretium æquivalens dare pro usu corporis. *Respondetur* iterùm negando consequentiam & paritatem. Quia usus equi est in eodem genere bonorum cum pecunia, scilicet boni temporalis, fortunæ, atque adeò potest & debet pecuniâ compensari; at verò usus uxoris, sicut & ipsa uxor sunt in alio altiori genere bonorum; quare sicut qui occidit uxorem Sempronii, non tenetur ei pecuniam restituere pro ipsa uxore præcisè secluso alio damno temporali; ita neque ille, qui usum uxoris habuit invito marito: quia hic usus ad aliud bonorum genus spectat, quæ æquivalente pecunia compensari nequeunt. Undè etiamsi maritus sciat adulterium, exigat satisfactionem pecuniæ pro ipso adulterio, certum est, adulterum posse recusa-

re,

re, quia id ob ſpeciem lenocinii, pudicitiam vendere, prohibitum eſt in jure. *L. Tranſigere Cod. de Tranſact.* Quòd ſi tamen adulter loco pœnæ velit ſatisfacere in pecunia, poterit maritus in conſcientia illam accipere & retinere, quia tunc non adeſſet lenocinium, ut ſuppono: Leges autem ſolum in foro externo illam ſatisfactionem vetant, ne detur anſa lenociniis, ut bene obſervat Tamburin. *Lib. 6. Decalog. c. 1. §. 4. num. 2.*

II. Pro infamia, vel dedecore.

536 CErtum eſt, quòd ſicut pro infamia, vel dedecore, quòd ex injuſta detractione, vel contumelia oritur, compenſatio fieri debet per reſtitutionem, juxta dicta alibi; ita etiam infamia & dedecus, quod maritus patitur ex injuria adulterii, ſi adulterium ad aliorum notitiam perveniat, ſi fieri poſſit, reparari debere ex obligatione Juſtitiæ. Dico tamen, *ſi fieri poſſit*; plerumque enim erit impoſſibile eam infamiam, vel dedecus miſeri cornuti auferre. Dedecus tamen aliquando compenſari poterit ab adultero honorando vel elevando ad altiorem gradum, ut videatur nullam, vel modicam honoris jacturam incurriſſe. Deinde ſermo eſt tantùm de marito injuriam paſſo, ſed ſi maritus ipſe adulterium commiſiſſet, non videtur ex hoc obligatus ad reſtituendum uxori, quia has ex mariti adulterio nullum dedecus, vel infamiæ incurrere communiter exiſtimatur; ait Lugo *Sect. 1. diſp. 22.*

III. Pro-

III. Pro damno temporali.

CErtò restituendum est marito pro expen- 537
sis, quas facit in aliena prole alenda: Itémque pro iis, quæ pater putatitius tali proli spuriæ donat, & post mortem relinquit hæreditate, fideicommisso, &c. Itémque aliis filiis, vel hæredibus legitimis, juxtà dicenda §. 2. & 3. ac etiam pro iis, quæ consanguinei mariti ejus intuitu donant, vel relinquunt tali proli putatitiæ, aliàs proli legitimo donaturi. Addit Molina *tract.* 4. *disp.* 101. etiam restituendum esse pro iis, quæ mater plus insumit, vel minùs lucratur bonis communibus, quàm alias insumptura, vel lucratura fuisset. Verùm hoc nimis rigorosè dictum meritò censet cum aliis Lugo *ibidem num.* 3. nunquid enim si uxor ex culpabili causa ægrotet, & sic minùs lucretur, vel plus insumat, tenebitur posteà restituere? nunquid econtra culpabiliter ægrotus maritus? Lege ipsummet, si curiosus es.

IV. Pro sumptibus hospitalis.

QUando proles ex adulterio suscepta expo- 538
nitur alenda in hospitali ad id fundato, saltem quando parentes adulteri divites sunt, & solùm ad tegendum crimen suum prolem ita exponunt, etiam ipsi hospitali pro sumptibus alendæ prolis restituendum esse ab ijsdem parentibus, docet communis DD. Plurimisque citatis Sanchez *Lib.* 1. *Consil. c.* 5. *disp.* 64. *n.* 7.

Azor.

Azor. *l. 2. tract. 2. c. 5.* loquentes universaliter de exponentibus, prolem sive spuriam, sive legitimam: & in specie de prole adulterina, Molina *citatus disp.* 101. Lugo citatus *Sect. 1. n. 4.* Herincx *disp. 6. q. 7. n.* 96. Ratio est: quia sumptus illi & reditus hospitalis fundati & relicti sunt, ut subveniatur pauperibus; ergò injuste agit, qui cùm dives sit, & possit, ac teneatur filiis alimenta præstare, absque necessitate ingerit, & cogit illum ali ex bonis pauperum; consequenter eos sumptus ex Justitia tenebitur refundere, & certè semper commodè poterit, si non per se ipsum ob metum infamiæ, certè per aliam personam fidelem, aut ipsum confessarium. Quamvis oppositum sentiant, & satis bene suadeant aliqui, quos refert & approbat Diana *part. 2. tract. 5. Miscel. resolut.* 40. Quem vide, non enim libet rei raræ praxis immorari.

§. II.

Obligatio adulteri.

539 CErtum est adulterum, si moraliter certus sit, prolem esse suam ex suo adulterio genitam, obligari ad restitutionem pro damnis consecutis marito & liberis legitimis, modis posteà declarandis. *Communissima* apud mox citandos. Ratio generatim est: quia omnis injuste damnificans proximum tenetur ad restitutionem; sed adulter verè injustè damnificat, & verè injusta causa est damnorum illorum, quando eam injustam actionem exercuit, ex qua suâpte naturâ prolis generatio conjuncta cum damno mari-

mariti, & liberorum legitimorum consequi potest, & solet: ergo & ipse tenetur ad restitutionem, seu compensationem illorum damnorum in foro omni, etiam conscientiæ maxime: intellige tamen per se loquendo, nisi scilicet excusetur in toto, vel in parte, sive quia damnum ab ipsa adultera jam compensatum sit, vel compensandum credatur; sive quòd restitutionem præstare nequeat ob impotentiam, vel physicam vel moralem ob periculum vitæ, gravis dispendii, famæ &c. juxta causas generales excusantes à restitutione. Et in simili dicam infrà de ipsa adultera. In particulari ergo quoad adulterum tria hic certa sunt; duo autem valdè dubia & controversa.

1. Certum est, inprimis adulterum debere re- §40
stituere marito pro infamia vel dedecore ex adulterio diffamato subsecuto; quando ea mala possunt vel in toto, vel in parte reparari, juxta paulò superiùs dicta. 2. Certum est, in integrum debere solvere vel compensare marito alimenta proli adulterinæ, cùm ipse sit verus pater, & ipsi incumbat alere filium. Sed intellige à tertio anno ætatis prolis; nam usque ad tertium ætatis annum, seu in primo triennio ipsa mater sola debet alere filium, ut habetur utroque Jure *c. 2. De convers. Infidel. & L. 9. nec filium, &c. C. De Pat. Potest.* 3. Si adulter suasit adulteræ, ut prolem adulterinam marito supponeret, tanquam ex ipso genitam, & consequenter tanquam suam educandam, certùm est apud omnes

eum obligari ad compensanda damna indè secuta, & marito in sumptibus & liberis legitimis, vel hæredibus in diminutione hæreditatis, & similibus, quia tunc fuit vera moralis & voluntaria causa illorum damnorum, atque hoc simul cum adultera æquè primò & æquè immediatè, & non solùm secundò loco in defectum adulteræ; quia quando consilium datum est in commodum utriusque, & consultoris, & executoris, uterque tenetur æquè primò pro rata, & singuli in solidum in defectu alterius. Ut ex communi notat Lessius *lib. 2. c. 10. n. 5.* Et ex eo Lugo *disp. 13. Sect. 2. n. 1. in fine.* Tenebitur ergo tunc restituere adulter aut in parte rata, etiam majori, etiam in toto, prout ipsa adultera multum, parum, aut nihil ad restitutionem cooperari vel contribuere potuerit: similiter & econtrà dicendum de adultera. Et hæc tria certa sunt.

571 II. Dubium & controversum primum est, an ex adulterio præcisè, quandò adulter postea adulteræ nihil suasit, nec ullo modo procuravit, quòd proles adulterina marito supponeretur, teneatur tamen saltem ex parte pro rata sua ad restituendum liberis legitimis, vel hæredibus pro damnis, utpotè pro hæreditate diminuta vel ablata, pro majoratu, vel fideicommisso, aliove præcipuo, tali spurio tanquam legitimo collatis? Negavit ante omnes Sotus *lib. 4. de justitia c. 7. a. 2.* Et post eum *Henriq.* Barthol. *à Fausto*, & Diana *parte 2. tract. 3. Miscel. resol. 25.* aliique RR. teste Lessio *loco citato* non-

negante hujus sententiæ probabilitatem. Fundamentum est: quòd tunc adulter non sit causa propria illius damni, sed sola uxor adultera, quæ sola supponit marito prolem alienam pro sua, quod adulter, ut supponimus, nec intendit, nec consulit, nec procurat: ergò sola mater est, quæ damnum infert ideóque ea sola tenetur reparate. Quemadmodum, si eo casu adultera procuret abortum, non ideò adulter esset causa abortûs, si illum nec suasit, nec procuravit, licèt illius occasionem dederit suâ copulâ adulterinâ: ergò similiter non erit causa illius suppositionis prolis alienæ, si eam nec suasit, nec procuravit, licèt illius occasionem dederit. Item si ego tibi furatus sum tuam suppelectilem, tu verò ad eam compensandam fureris ab alio tertio pecuniam, non ideò ego debeo tertio restituere peccuniam, sed solum tibi pro tua suppellectili: ita in proposito adulter est quidem reus adulterii, non tamen illius suppositionis, & damnorum, quæ uxor adultera supponendo prolem alienam infert marito, & filiis legitimis: consequenter ille à restitutionis debito immunis erit. Sententia non omninò improbabilis.

Sed vera est sententia affirmativa communis §42
DD. quos latè citant & sequuntur Molina *tract.* 4. *disp.* 104. Layman *lib.* 3. *Theolog. moral.* *tract.* 3. *part.* 3. *c.* 14. *n.* 4. Lugo *disp.* 13. *sect.* 2. *n.* 11. Less. *lib.* 2. *De justitia c.* 10. *dub.* 5. Herincx *disp.* 6. *q.* 7. *n.* 93. Ratio communis est: quia licèt mater sit, quæ immediatè supponit

prolem illegitimam marito, adulter tamen est causa illius suppositionis & damnorum consequentium, quatenùs ipse facto suo conjecit matrem in necessitatem ita faciendi, nè prodat suum delictum: certè enim regulariter saltem non poterit aliter facere: quia tamen aliquando saltem posset non ita supponere, sed extra familiam alere prolem spuriam, quo casu *Vasqu.* apud Lug. cit. fatetur posse locum habere sententiam Soti. Ratio generalis est: quia adulter etiam est vera, proxima, & immediata causa illorum damnorum sicut & mater adultera, hæc enim non aliter concurrit ad illa damna, nisi quatenus filium illegitimum talem permittit esse in domo, & familia mariti, ut maritus & alii credant esse filium legitimum, sicut reliquos, neq; enim ad hanc causalitatem necesse est, quòd mater positivè dicat, eum esse filium legitimum *patris*, neque ita dicere solent, sed solum permittit eum sic domi manere & decipit maritum ac alios putantes eum esse filium legitimum: atqui eodem modo multò magis concurrit adulter, qui cùm sit verus pater prolis, ipse deberet eam alere, educare, & illius curam habere; eo ipso, quòd filium suum relinquat in aliena domo apud alium putatitium patrem, à quo videt eum pro filio legitimo haberi & educari &c. est causa non minus, quàm mater illius deceptionis & damnorum consequentium mariti & liberorum legitimorum: ut sanè perpendenti luce meridianâ clariùs apparebit, & latius prosequitur Lug.

Lugo citatus *n.* 14. ergò &c. Diversa est planè ratio in exemplis allatis de abortu, & furto; quia, ut dixi, ad suppositionem prolis concurrit adulter etiam imediatè ponendo eam in utero adulteræ, & tenendo in aliena domo: ad abortum autem nullo modo concurrit immediatè, sed nudam occasionem præbet ipsius liberæ electionis: & furans tibi tuam suppellectilem nullo modo concurrit ad tuum furtum pecuniæ respectu tertii, sed meram occasionem præbet, ex qua liberè eligis furari ab altero tantundem: Et neuter in necessitatem ita agendi regulariter conijc.tur. Quòd si tamen in casu singulari alicui furto auferas sua, sciens & volens conicere in necessitatem furandi alteri tertio, certè etiam injurius eris in illum tertium, ideóque in defectum prioris furis restitutioni obnoxius: quo ipso tamen onere te liberas restituendo tuum primum furtum, de quo alibi latiùs.

III. Dubium controversum alterum & diffi- 543
cilius est. Dixeram initio adulterum, *si moraliter certus sit*, prolem esse suam, obligari ad restitutionem. Id autem in proposito moraliter certum censetur, quod prudenter ita creditur, ut contrarium nullo modo videatur probabile: talia enim passim humano modo certa dicuntur, ait Less. citatus *lib.* 2. *c.* 10. *dub.* 6. *num.* 39. ab omnibus communiter receptus. Ut si in proposito tempus partûs correspondeat cum tempore conceptionis & adulterii commissi, & tunc matitis fuit absens, vel infirmitate impo-

tens, vel aliàs filios nunquàm genuit, aut aliundè meritò credendum sit adulteræ asserenti se ex adultero concepisse, non ex marito. Quid si ergò adulter non sit ita moraliter certus, prolem esse suam, sed verè & probabiliter dubitet in utramque partem, sitne proles ex se genita, nec ne? Adhuc adulteruum obligari ad restitutionem dictorum damnorum saltem pro parte secundùm quantitatem dubii, sanè non improbabiliter docent cum multis Molina *cit. tract. 4. disp.* 103. Layman *citat. c.* 14. *num.* 2. Fundamenta sunt. 1. Quia licèt ipse adulter dubius sit, an proles sit sua, tamen æquè etiam dubium est, an sit mariti? atqui in dubio uter duorum pater sit prolis, æquitas non patitur, ut unus eorum omnes expensas subeat in ea alenda & educanda, alter verò omninò immunis sit, sed oportet eos contribuere secundùm proportionem dubii, juxtà communem sententiam: ergò licèt adulter non sit certus de prole sua, tamen debet esse certus de compensatione damni pro ratâ sua. 2. Generaliter: quandocunque constat delictum esse admissum, ex quo damnum sequi solet, præsumptio solet esse contrà nocentem, ut ipsi incumbat probatio, nihil ex suo delicto damni evenisse, quod aliàs suâpte naturâ solet sequi, cùm in dubia causa potius favendum sit innocenti, quàm nocenti: at hic constat adulterum commisisse delictum, ex quo tale damnum, scilicèt prolis alienæ suppositio sequi solet: ergo in dubio, an revera ita sit, debet adulter

liter in conscientia præsumere contrà se, & credere se esse debitorem damni restituendi, saltem secundum quantitatem dubii. 3. Molina *citat.* ita ferè arguit; quia adulter non est possessor bonæ fidei in tali casu, cui in dubio favendum sit, nam malâ fide appposuit causam, undè damna illa sequi nata erant: nam si quis injustè sagittam projecit, & constat posteà eò loci servum Petri sagittâ interfectum esse, etsi non certum sit, sed dubium, an illâ eâdem sagittâ interfectus sit, non erit æstimandus possessor bonæ fidei, sed obligandus pro quantitate dubii, & verisimilitudinis restituere damnum: ergò similiter cùm adulter suo facto causam injustam sufficienter appposuerit ad ea damna, debebit restituere pro quantitate veri similitudinis & dubii. 4. Ergò malè quidam videntur arguere: filius in illo dubio legitimum se reputare potest: ergò & adulter. Negatur enim consequentia, & paritas; quia filio innocenti, & in possessione filiationis legitimæ manenti omni jure debebitur præsumptio, ut habeatur legitimus, quousque demonstretur illegitimus. Ad verò adultero nocenti, & injustam causam præbenti, undè tale damnum suâpte naturâ sequi solet, nulla debetur præsumptio pro se, sed potiùs contrà se, ut dictum est; ergò &c. Audésne huic sententiæ negare probabilitatem? Ego autem

IV. Dico simpliciter: adulter non obligatur ad ullam damni compensationem in dubio, nisi §44

ei moraliter certum sit, eam esse suam prolem. Ita *Sot. Navarr.* aliisque congestis *Less. lib. 2. c.* 10. *dub.* 6. *n.* 39. Lug. *citat. sect.* 2. Dicast. *tom.* 2. *tract.* 2. *de justitia disp.* 7. *dub.* 11. Tambur. *lib.* 7. *Decalog. c.* 3. §. 4. *n.* 3. Ratio valida optimè traditur à Less. citato his verbis: Qui in dubio melior est conditio possidentis. nemo enim tenetur aliquid solvere, & re sua se spoliare, nisi constet se debere. Consentiunt fere in hoc DD. quamvis enim quidam dicant, illum teneri, quando probabiliter credit esse suam prolem, hoc tamen non est ita generatim intelligendum, sed quando ita credit, ut non habeat rationem dubitandi de contrario. Fieri enim potest, ut quis probabiliter credat esse suam prolem, & etiam probabilitatem habeat non esse, quo casu certum est, non teneri. Hæc Less. *Jam subsumo*; atqui quamdiu adulter non est moraliter certus, sed verè dubium est, an proles sit sua, tamdiu non constat ipsum esse debitorem; & licèt non sit bonæ fidei in ordine ad adulterium, est tamen bonæ fidei in ordine ad bona sua legitimè possessa, nec illis spoliari debet, donec probetur filium esse suum: & insuper in eo dubio adest præsumptio juris, filium esse legitimum; ut constat ex *L. filium ff. de his, qui sunt sui vel alienis juris. L. quia semper ff. de in jus vocando.* Et pluribus locis apud Lugo: *citat. n.* 17. Idque generaliter in utroque foro locum habere plurimis relatis docent *Lug. & Less. l. c.* Quia cum ratione matrimonii filius inve-

nia-

niatur in possessione legitimæ filiationis, non debet propter hoc dubium possessione sua privari: ergo etiam adulter eam prolem legitimam mariti, & non spuriam suam, sicque se à restitutione immunem præsumere, & reputare potest. Alioquin certè talis filius dubius melioris conditionis esset, quàm alii filii ejusdem mariti, non dubii; ille enim ratione præsumptionis juris de sua legitima filiatione posset accipere & retinere totam portionem hæreditatis paternæ, & insuper posset recipere partem, quam adulter ei deberet dare propter alimenta pro ratione dubii. Fatendum ergo est, titulum illum, qui sufficit ad hoc, ut filius accipiat portionem integram filii legitimi, sufficere eodem modo ad liberandum adulterum ab obligatione eum alendi etiam ex parte. His benè perceptis liquidò ruunt fundamenta oppositæ sententiæ, quia ex una parte adulter revera non probatur debitor; & ex altera parte omnis præsumptio contra ipsum ratione adulterii commissi eliditur per contrariam præsumptionem juris, de legitima filiatione prolis; qualis præsumptio contraria certa non adest in *Molinæ* exemplo de emissa sagitta; ideóque non ad rem.

At quid si duo vel plures mœchi eodem ferè 545
tempore commiserant adulterium cum Berta uxore Titii in iis circumstantiis, ut certum sit moraliter ab alterutro, vel uno illorum, prolem esse genitam, non à marito: tenebuntúrne tunc ambo vel omnes restituere marito & filiis legiti-

mis pro damnis ex prole adulterina suppositâ marito, pro rata suâ parte? Responsio est affirmativa. Communis. *Molina*, *Vasq.* alii cum Lugo *citat. disp.* 13. *sect.* 3. *num.* 24. Herinck. *disp.* 6. *q.* 7. *n.* 19. Ratio est: quia ex una parte certum est prolem ab uno eorum esse genitam: ex altera autem parte licèt incertum sit, quisnam eorum genuerit, uterque tamen sua actione injusta fuit in causâ, ne certus damni auctor agnoscatur, à quo certò compensatio fieri debeat; ideóque uterque certò injuriam & damnum intulerat, utpote vel ob prolem illegitimam, vel ob incertitudinem auctoris, qui solvere teneatur ea damna & consequenter uterque pro rata suâ ex ea injusta actione restituere tenebitur; quemadmodum si duo seorsim vel casu sagittas projiciant, quarum una interficit certò servum Petri; licèt ignoretur cujus sagittâ interfectus fuit servus, singuli tamen debent compensare illud damnum pro rata & quantitate dubii, quia nimirùm uterque certum damnum intulit, vel occidendo servum, vel causando incertitudinem auctoris damni, & sic privando Petrum jure & facultate exigendi restitutionem ab occisore certo sui servi, quarè uterque debet restituere certam partem pretii. Idem prorsus est in nostro proposito.

§. III.

§. III.

Obligatio adulteræ.

ASSERTIO.

546 *ADultera per se obligatur ad restitutionem omnium damnorum ex adulterio per se sequentium marito & filiis legitimis, modo commodo & moraliter possibili, regulariter tamen ad ea damna avertenda non tenetur prodere suum delictum, neque marito, neque proli illegitimæ ex adulterio susceptæ.* Est tota communissima. Ratio generalis obligationis manifesta est; quia ipsa adultera est per se immediatè causa, cur maritus & filii legitimi credant, illam esse veram & legitimam prolem, atque idcircò ea damna patiantur. Reliqua explico particulatim.

I. Per se obligatur ad restitutionem.

547 NImirum nisi adsit justa causa excusans, nam sicut in omnibus aliis, ita etiam in hoc casu sine dubio excusat impotentia physica vel moralis, ut si non possit restituere sine periculo mortis, aut infamiæ, alteriusve gravioris mali, quàm sit damnum inde secutum; de quibus latiùs §. *seq.* Idq; si non omninò ad omittendam, saltem ad differendam restitutionem; quousque talis impotentia, vel pericula durant. Absolute ab onere restitutionis adulteram liberant duæ causæ. *Prima*, si & ipsa adultera non sit moraliter certa, prolem hanc esse ex adulterio genitam: tunc enim excusabitur à restitu-

tione

tione eâdem ratione, quâ modò §. præcedent de adultero probatum est. Quamvis autem n rò id mater ignoret, tamen contingit reverà, propter vicinitatem copulæ cum adultero d cum marito prorsùs ignoret, vel saltem ambi gat, ex quo proles concepta sit. *At quid,* adultera commisso adulterio (ut reverà solent de industria citò petat copuam à marito, ut i incertus evadat conceptus prolis? Respon nem non inveni apud meos AA. respondeo t men cum distinctione; si ita faciat præcisè ad gendum suum crimen, ne fortè natâ prole a quando innotescat, censeo adhuc liberam à r stitutione damnorum secutorum: quia ex una parte usa est jure suo, ex alterâ autem parte re verà proles manet dubia. Si verò ita faciat directa intentione, ut proles posteà nata mari to innocenti supponatur, cum ejus & legiti morum filiorum damno, non possum eam à re stitutione damnorum consecutorum liberare; quia reverà jam est voluntaria causa illorum damnorum; imò propè certa, cùm regulariter saltem ex priori præsertim extraordinario libi dinoso concubitu proles concipi soleat. *Secun da causa* omninò excusans est, si pater, vel li beri legitimi liberè remittant eam obligationem & res clara est, si remittant expresè cognito jam crimine, & prole adulterinâ: quin etiam sæpe tacitam ejusmodi remissionem potest præsume re mater, & sic se non manifestare, ut §. *seq.* dicam. *Dixi autem si liberè remittant.* Quæ-

dam

dam sic se liberavit: habebat tres filios, quorum unus erat ex adulterio, & quia ab illis nihil sibi timebat, eos ita allocuta est; unus vestrum non est legitimè natus, si eum nominem, ab hæreditate ampla necessariò depelletur; quid vultis faciam? his auditis; timuit quisque sibi, ne spurius nominetur: quare omnes rogârunt matrem, ut fileret; spuriúmque, quicunque ille sit, sibi invicem remittentes, in partem hæreditatis admiserunt. Hoc tamen remedium meritò non approbat *Covarruvias* apud Layman cit. *n.* 42. quia tunc filij non liberè & sponte, sed timore gravi & metu injusto adacti remiserunt spurio, cum reverà ipsi reliqui duo nullum habeant periculum illegitimitatis. Posset tamen remedium hoc admitti, si omnes verè & ex animo sponte feciissent, non ex metu: idque explicitè declarâssent, ac protestati essent, se non ex metu, sed ex amore ac benevolentia erga matrem, vel erga se se invicem simul in eadem domo educatos remittere velle, remissuros etiam omninò, si scirent, quis esset illegitimus. Uti sapienter admittunt Lugo *citat.* & Tamburin. §. 4. *n.* 12. *in fine.*

II. Omnium damnorum ex adulterio per se consequentium marito ac filiis legitimis.

OMnis enim, qui ponit causam aliquam, dicitur etiam causa effectuum, qui ex illa causa per se oriuntur, seu qui per se connexi sunt cumilla causa posita, non autem omnium effectu- 548

ctuum, qui ex illa causa quomodolibet per accidens consequuntur; & possunt esse innumeri nec prævisi, nec prævideri debiti, ut latius docetur in materia *de restitutione, de injust. damnificatione ex homicidio, &c.* Sic uxor in proposito adultera supponendo filium illegitimum est solùm causa illorum damnorum, quæ illa suppositione marito & filiis legitimis per se consequuntur, non autem eorum, quæ inde mere per accidens, & quasi fortuitò sequuntur, & consequenter pro illis tantùm, non autem pro istis damnis tenetur uxor adultera. Pro clara resolutione pono claram bipartitam regulam.

§49 I. Adultera tenetur restituere marito & filiis legitimis pro damnis in illis tantùm bonis, quæ filiis legitimis debentur, & conferuntur spurio: utpotè. 1. Marito pro alimentis & expensis in educanda prole spuria (sed hoc post triennium primùm simul cum adultero, & in defectum hujus in solidum, juxta dicta §. præced.) 2. Filiis legitimis pro diminutione hæreditatis, seu portione hæreditatis collata spurio. Item pro majoratu, fidei commissо, aliáve prærogativa aliàs filio legitimo primogenito conferenda, modò autem collata filio putatitio illegitimo. Itémque hæreditas avi, avunculi, aliorúmque ascendentium vel consanguineorum, quæ debebatur filiis legitimis, & per istum errorem conferuntur, vel occupantur à spurio. Communissima DD. Et latè Lugo citat. *Sect. 3. n. 39.* Ratio data est; quia hæc omnia damna per se con-

connexa sunt, & per se oriuntur ex suppositione prolis adulterinæ.

II. Uxor adultera non tenetur restituere fi- 550
liis legitimis pro his damnis in illis bonis, quæ filiis legitimis non debebantur, & illegitimo conferuntur: ut si consanguineus vel amicus mariti putans hunc esse verum ejus filium, vel alius quicunque illum spurium suum hæredem instituat, aliquid ei leget, vel liberaliter donet, sumptus ad studia, ad nuptias, ad doctoratum tribuat, quod fortè certè non dedisset, imò dedisset vero filio, si veritas constitisset. Hujusmodi enim sunt damna non per se, sed solùm per accidens provententia veris filiis, quia ad ejusmodi liberales collationes jus nullum habebant. Ita contrà *Molin.* certè in hac re nimis rigidum plurésque sequaces, ex communi Lugo *citat. n.* 37. Tamburin. *c.* 3. §. 4. *n.* 8.

At quid de ipso filio illegitimo, qui ejusmodi 551
per errorem collata, vel donata liberaliter, recipit sciens, se esse illegitimum? (nam si ignoret bonâ fide excusari omnes scimus) Respondet rectè Lugo *citat. n.* 38. ipsum in rebus majoris momenti debere restituere *ex re accepta*, quoniam error isti causat in donante involuntarium saltem in rebus majoris momenti. Alia est ratio de ipsa matre adultera, quæ non obligatur *ex re accepta*, cùm ipsa nihil acceperit, sed solùm obligaretur propter causam à se positam talis erroris: quæ causa cùm per se non influat in illas donationes, meritò à restitutione excusatur.

III.

III. *Omni modo commodo, moraliter possibili.*

552 MAnet ergo adulteræ gravissima obligatio compensandi omnia damna per se consequentia & marito, & filiis legitimis maxime, quantum in se est, quantumq; omni modo moraliter possibile est: utpote. 1. De bonis suis propriis paraphernalibus, ac liberis, de quibus sine mariti ac legitimæ prolis præjudicio liberè disponere potest, largiendo, legando vel testando marito ac liberis legitimis usque ad æqualitatem damnorum ratione prolis illegitimæ acceptorum. De hoc iterum aliquid §. *seq.* 2. Si ejusmodi bona propria non habeat; vel non sufficiant, debet curari supplere aliis modis, utpotè rem familiarem diligentius administrando, imminuendo sumptus alioquin concessos in cultu corporis, recreationibus, donationibus, quantùm commode potest attentâ conditione sui statûs, valetudinis, &c. Item extraordinariâ diligentiâ adhibitâ, quidquid propriâ industriâ sine detrimento, vel præjudicio familiæ acquirere, & sibi retinere potest, familiæ applicando. Less. *c.* 2. *n.* 47. 3. Addit Molina *disp.* 102. *num.* 15. Debere eam etiam occultè accipere de bonis spurii, quæ adipsum devenerunt, vel deventura sunt, quantum tutò poterit, ut ex illis restituat, & occultè compenset iis, qui damnum propter spurium injuste patiuntur. 4. Quòd si prædictis modis, vel similibus parum aut nihil compensare possit adultera, tenebitur hæc, quantùm potest per

persuadere spurio alium statum, religiosum, vel Ecclesiasticum assumere, renuntiatâ hæreditate; aut promovere eum ad aliquod officium vel artem, aut quoquo modo ita accomodare, ut sine hæreditariis bonis, filiis seu hæredibus legitimis relictis, honestè vivere possit. *Communissima DD. cum Scoto infrà citando. Molina, Less. Layman. Lug. sect. 3. n. 49.* Quamvis quoad Religionem contrà sentiat *Scotus*, eò quòd filius non teneatur ingredi Religionem, quantumvis suasus. Sed contra. *Ratio est*: quia licet filius qantumvis suasus non teneatur ingredi Religionem, eò quòd ipsi hoc gravissimum onus sit, id tamen filio suadere non est grave onus matri, quare cùm mater debeat reparare illa damna omni modo possibili moraliter, si nimirùm possit absque gravissimo suo onere vel incommodo, non est mirum, quòd ipsa obligetur ad tentandam etiam hanc viam, in qua ipsi non est grave onus, etiam respectu filii, & longè facilius respectu filiæ spuriæ, ut observat Lugo *num. 41. in fine.* Quòd si denique nullo dictorum modo compensatio fieri possit, dicimus tandem

IV. Regulariter ad ea damna avertenda non tenetur adultera suum crimen manifestare, neque marito, neque proli spuriæ.

COmmunis DD. *Scot. in 4. dist. 44. S. Antonin. Cajetan. Covarruv. Navarrus uterque. Vasq. eósque citans Layman lib. 3. tract. 3. part. 3. c. 14. n. 1. & plerique DD. §. seq. allegandi.* 553

di. Sumitur satis evidenter *ex c. officii. de pœnitent. & remiss.* ubi Pontifex Innocentius consultus respondet, non esse pœnitentiam denegandam fœminæ, quæ finxerat partum, prolem alienâ suppositâ, & posteà timens iram mariti noluit rem manifestare; *sicut nec illi deneganda est pœnitentia, quæ ob similem timorem prolem ex adulterio conceptam non vult marito fateri.* Sic ibi. ubi manifestè supponitur, saltem regulariter, non esse tunc obligationem manifestandi: alioquin enim fœmina nolens manifestare non esset capax pœnitentiæ, & absolutionis sacramentalis. Et ineptè diceretur cum aliquibus, quòd ibi non sit sermo de pœnitentia Sacramentali, sed pœnitentiâ Ecclesiasticâ externâ & publicâ; quomodo enim Pontifex voluisset talem fœminam agere pœnitentiam publicam pro crimine, quod ita anxiè à marito celare conabatur? *Ratio* autem sufficientissima est; quia talis obligatio regulariter saltem est nimis difficilis, parùm utilis, plùs nociva: ergo nulla. Nam secundùm communem DD. restitutio damnorum in bonis fortunæ ordinariè, seu regulariter facienda non est cum detrimento, vel periculo bonorum altioris ordinis, scilicet famæ, vel vitæ: atqui in proposito adest certum periculum infamiæ adulteræ, imò & prolis spuriæ hactenus legitimæ putatæ; insuper est periculum perpetui odii, divortii, & sæpe etiam vitæ adulteræ: ergo regulariter saltem pro damno illo in bonis fortunæ marito, vel filiis legitimis compen-

60

do, vel avertendo, non tenetur se prodere adultera, neque marito, neque proli illegitimæ.

Non quidem ipsi marito ob rationem modò dictam; hoc enim esset periculosissimum, quia sic adultera præter sui infamiam, præcipitaret maritum in pericula iræ, tristitiæ, divortii, homicidii, aut adulteri, aut adulteræ, aut utriusque; adeóque & se ipsam in periculum vitæ præcipitaret: & plerumque est inutile, aut enim non credet maritus adulteræ, quæ fortè eam prolem malè affectat, aut si credat; quomodò poterit eam prodere, hactenùs in foro externo omnium opinione legitimam habitam eam exhæredare? quomodò poterit ad eum finem adulterium uxoris publicare, se ipsum infamiæ & dedecori exponere, opprobrium hominum facere tanquam cornutum? Et innumera similia sequerentur.

Neque etiam proli spuriæ, nam, ut rursùs rectè arguit Scotus *cit. n.* 38. aut filius credet matri, aut non credet? si credat tunc utiq; tenebitur hæreditatem, & similia accepta relinquere, tanquam jam incipiens esse possessor malæ fidei: at certè non tenebitur cum certo tanto famæ dedecore à familia tanquam spurius recedere, & hæreditatem relinquere; nec rursus est probabile præsumendum, eum id sponte facturum, quia pauci reperiuntur tam perfecti, ut propter justitiam in foro DEI servandum dimittant magnas possessiones, quas possunt tenere in foro externo. Si verò non crederet, sicut revera re-

gulariter non tenetur credere, ut mox dicetur tunc essent duo mala, quia & ipsa esset diffama ta, & ipse nihilominùs teneret hæreditatem, sicut priùs, inquit Scotus l. c. *Regulariter* semp dixi. Jam ut videamus in particulari, an quandò teneatur adultera proli spuriæ aper suum crimen, necessariò priùs expedienda multùm scrupulosa

QUÆSTIO INCIDENS

An, & quando filius teneatur credere matri asserenti: ipsum esse ex adulterio genitum, illegitimum, spurium.

554 QUoad forum externum apud omnes Jur peritos & Canonistas certum est, in hoc non stari dicto matris, nisi liquidis, & indubit argumentis id probetur, sed semper præsumi tur proles legitima, si tempore conceptionis uxor cum marito habitârit, nisi constet eum fuisse impotentem, vel alia ratione prolem esse adulteram liquido demonstretur: unde Jurisco veteres irrident juvenem primogenitum, q credens Reginæ matri dicenti, quod ipse co ceptus sit non legitimè ex Rege, sed adulter ex milite, cessit fratri natu minori Regnum.

Quoad forum autem internum conscient aliter docent graves DD. apud Lug. *citat. d* 13. *sect.* 3. *num.* 61. *Hostiensi. Panormitan. A dina*, eósque citans Molina *disp.* 101. dicen quandò filius nullam habens rationem dubit di, id meritò sibi persuadet, eò, quòd mater

digo

dignissima fide, attentâ ejus probitate, timore Dei, amore in eundem filium, & maximè, si testetur ipsi in mortis articulo, teneri ei in conscientia filium omninò credere, & hæreditate abstinere. Eodem modo loquuntur *Adrian. Sotus*, eósque sequitur *Vasq.* apud Lug. *citat.* etiamsi filius in judicio publico contradictorio declaratus esset hæres, non tamen posse tunc in conscientia retinere hæreditatem. *Toletus* autem & *Julian.* apud eundem dicunt in aliquo casu teneri filium credere soli matri cum juramento in articulo mortis post Eucharistiam susceptam. His & similibus probationibus hâc sententiâ in sua probalitate relictâ.

Dico absolutè: filius vel filia hactenùs in 558
possessione legitimorum natalium perseverans minimè tenetur credere matri fatenti, vel ei etiam juratò asserenti, ipsos esse ex adulterio susceptos, & illegitimè natos, nisi ea liquidis & indubiis argumentis, etiam in foro externo valituris id ostendat; ut si mater testibus vel alio modo evidenter probet toto tempore conceptûs & partûs abfuisse maritum, fuisse impotentem &c. Ita Glossa in *supra citato c. offic. de pœnit. & remiss.* & Canonistæ communiter. *Covarruv. Alphons. à Castro, Sa*, aliisque citt. Lessius *lib. 2. de justitia, c. 10. dub. 7.* Layman *citat. c. 14. num. 1.* & re ipsâ Lug. *citat. sect. 3. n. 62.* Ratio: quia jure gentium boni communis causâ ad plurimas hominum astutorum fraudes evitandas introductum est, ut nemo unius quantumvis mini-

mè ſuſpecti hominis teſtimonio credere teneatur in ſuum præjudiciũ, præſertim tam grave, ut eſt in propoſito. Undè in ſimili docet Navar. *c. 22. num. 82.* Quòd conjux non teneatur credere uni teſti quantumvis amico & juratò dicenti, ſubeſſe impedimentum matrimonium dirimens, niſi id certis argumentis demonſtret. Placet ergò regula tradita à Cardin. *de Lugo* his ferè verbis: Tunc ſolùm filius tenetur credere in foro conſcientiæ, quandò motiva, quæ habet ad credendum, ſi in foro externo proponerentur & probarentur eodem gradu & modo, quo ipſi probantur, judex propter illa motiva ita propoſita illum pronuntiaret illegitimum. Quandò verò notitia illorum motivorum cum eodem gradu probationis, quo filio proponuntur, non ſufficeret in foro externo ad talem declarationem, neque ad vincendam præſumptionem contrariam, & poſſeſſionem legitimitatis, idem credo omninò eſſe in foro interno. *Ratio eſt*; quia quoties forum externum non innititur præſumptioni falſæ, ſed in eo conſtant omnia, quæ conſtant in foro interno, non eſt, cur recedamus à ſententia juſta fori externi, imò prudenter illam amplectimur, ſi ea non diſcordat à jure naturæ, ſi omnia etiam motiva in contrarium adducta non ſufficiunt, ut judex amoveat filium à poſſeſſione filiationis legitimæ, quam habet. Cur eadem motiva abſque ullo alio, nec magis clarè probata ſufficient, ut filius ipſe proferat ſententiam contrà ſe, & relinquat filiationem legiti-

legitimam, quam possidet &c. Quia non est, cur eadem motiva habeant plùs vel minùs efficaciæ in uno foro ad probandum, quàm in alio, si æquè in utroque probentur; poterit ergò tunc filius consulere Advocatos doctos & prudentes per interpositam personam, & tacito suo nomine, ut sciat in conscientia, quid judex externus judicare deberet cum tali & tanta notitia motivorũ: & juxta id, quòd in foro externo judicandum esset, poterit etiam judicare in foro interno circà obligationem credendi matri in talibus circumstantiis. Hactenùs *Lugo*. Meo judicio sapienter, & sufficienter confessario ad dirigendum pœnitentem in hoc difficillimo casu.

§. IV.

An aliquandò saltem teneatur adultera manifestare suum crimen, prolisque illegitimationem.

PErcurremus priùs in particulari casus, vel modos, in quibus certò aut probabiliter non tenetur ad id adultera, ut tandem appareant casus & circumstantiæ, in quibus tenetur.

1. Non tenetur, quando ipsa compensat.

QUandò scilicèt mater ex suis propriis bonis, aliisve modis suprà indicatis posset, 556
vellétque compensare sufficienter omnia damna maritò, filiisque legitimis de se provenientiâ ex suppositione adulterinæ prolis: Sic enim jam habent filii legitimi æqualiter id, quod accepit spurius, & spurius jam justè retinebit hæreditа-

ditatem, etiam paternam. Quia jam non habet illam verè à patre putativo, sed à matre, quæ suis bonis facta compensatione à filiis legitimis redemit illam partem hæreditatis, & dedit eam, quasi spurio filio suo.

Nec obstat, quòd spurius natus ex coitu damnato jure communi non possit succedere patri, imò nec matri ex testamento, vel ab intestato: per hoc enim non redditur unquam incapax accipere aliquid à matre per viam donationis, ut bene observat Lug. *citat. num.* 36. reverà enim tunc spurius accipit portionem hæreditatis, non tanquàm à patre per modum successionis, cujus utique est incapax, sed suscipit à matre per viam donationis tanquam jam sufficienter compensatam filiis legitimis, quibus solis jure necessariò ea portio spurii debebatur. Quod notandum est valde.

II. Non tenetur, quandò præsumit id nolle alios.

557 EXcusatur, adultera à manifestando crimine, quandò prudenter credere potest, maritum id nolle, & potiùs velle pati ea damna, quàm manifestari crimen suum cum infamia tanta, ac dedecore tanto: Et sanè nisi aliquid multùm grave obstet, & damna immodica essent, facilè potest præsumere ejusmodi remissionem adultera, & sic nihil manifestare marito, aut filiis legitimis: nam maritus potiùs censetur velle nesciri adulterium conjugis non solùm aliis, sed etiam sibi, ut prudenter notavit Mo-

lina

lina apud Lug. *num.* 58. & potiùs magna parte facultatum privari, eámque relinquere ſpurio, quàm reſcire adulterium conjugis cum tanto ſuo dedecore, dolore, periculo invadendi adulterum, vel adulterã. Similiter filii ſaltem ingenui præſumuntur malle, & reverâ multi ſunt, qui mallent conſortem hæreditatis habere filium ſpurium amittendo aliquid fortunarum, quàm matrem tanta obligatione urgeri, ut propriæ matris crimen detegatur, ex quo etiam non parum dedecoris in filios redundet, uti prudenter obſervant *Lugo* & *Tamburin. citat.* Et hinc ulteriùs infert Lugo ibidem *num.* 59. quandò mater ſcit, quòd, ſi rem filiis ſuis manifeſtaret, aliquem ex ipſis eſſe illegitimum ex adulterio conceptum, ipſos libenter & ſpontè ſibi invicem remiſſuros, & ſpurium, quicunque ille ſit, in ſocieratem hæreditatis recepturos in gratiam matris, & eo animo, ut etiamſi certi eſſent de perſona in particulari, adhuc ei remitterent, poſſe prudenter matrem ab eo onere, ſe ſe filiis manifeſtandi, liberare, & omninò tacere; quia tunc certum eſt, illos multò gratiùs habituros rem omninò ignorari, quàm re cognitâ debitum remittere, nam re non cognitâ, vitabunt ad minùs dolorem & dedecus illud, quod ex notitia illa habituri eſſent.

III. Non tenetur, quandò nihil proderit.

557 QUandò manifeſtatio nihil proderit ad damna illa reſarcienda: idque, vel quia filius non credet matri, vel licèt credat, non reſti-

tuet, sive quia non potest, sive quia non vult, tunc liberam esse matrem ab obligatione manifestandi se, habendámque tanquam debitricem impotentem restituere, si alia via non suppetat compensandi, docent, & supponunt communissimè DD. quia cessante fine, cessat ratio fugendi propter finem, nec tenetur mater se frustra diffamare. Addit Less. *lib.* 2. *c.* 10. *dub.* 7. *num.* 50. non teneri matrem ad manifestandum se, si non sit moraliter certa damni avertendi; quia in dubio, de fructu manifestationis, melior est conditio possidentis suam famam. Addit insuper ipse, & Molina *disp.* 102. tum plerumque non posse adulteram absque peccato crimen suum manifestare; quia absque fructu speratо dat ansam filio peccandi contrà justitiam, si detineat hæreditatem, quandò matri credidit, vel credere tenebatur; atque etiam marito, vel consanguineis, qui excandescerent in odium adulterorum, & alia peccata tali occasione committerentur. Atque hanc communem sententiam omninò veram censet Lugo *cit. disp.* 13. *sect.* 3. *num.* 32. quandò filius non credet, nec tenetur credere: sicque manifestatio revera inutilis esset: quoties enim manifestatio mea non prodest ad proximi malum avertendum, non ille invitus, nec curat, quòd manifestem, vel non manifestem. At verò quandò filius putatur matri crediturus, vel tales sunt circumstantiæ, ut credere teneatur, etsi fortè tunc crediturus non sit, tunc teneri matrem filio manifestare

veritatem, quandò aliundè non imminet periculum, infamiæ majoris, aus ſcandali aliorum; cum *Adrian. Paludan. Vaſquez*, aliis rectè docet Lug. *ibidem num.* 31. Ratio eſt; quia reverà tunc manifeſtatio non eſt inutilis ad compenſanda illa damna, ſi filius credat, vel teneatur credere; etſi enim pro tunc non credat, nec reſtituet, poſteà tamen fortè conſcientiâ ſtimulatus mutabitur, & reſtituet hæreditatem: atqui mater tenetur ponere omnia media apta ad reſarcienda, & non continuanda damna legitimorum filiorum, niſi aliundè ſit excuſatio (qualis certè non adeſt, quandò non ſubeſt periculum infamiæ gravioris aut ſcandali inter cognatos aut alios) ergò tunc tenetur mater aperire veritatem filio ſpurio. Vide latè *Lugo cit.* Sed nondùm habemus caſum determinatum particularem, in quo mater teneatur manifeſtare crimen filio, cùm adſint adhuc cauſæ excuſantes, periculum vitæ, vel infamiæ ipſius matris. Itaque,

IV. Non tenetur cum periculo vitæ.

COmmuniſſima, & veriſſima ſententia DD. 552
non obligat matrem ad manifeſtandum ſuum crimen cum periculo vitæ ſuæ, vel adulteri, vel filii ſpurii. Ita paſſim omnes & multis congeſtis Lugo *num.* 42. Et hoc caſu maximè intelligendus Innocentius Papa ſuprà citat. *c. offic. de pœn. & remiſſ.* Ratio eſt; quia in extrema neceſſitate, & periculo ipſius vitæ licet

cui-

cuivis non solùm non restituere, vel compensare damna illata, sed etiam accipere de bonis aliorum, quantùm opus est ad eam necessitatem sublevandam, ut suo loco dictum; quia nimirum in extrema necessitate omnia sunt communia, & alii non possunt esse rationabiliter inviti, sibi tunc non restitui, vel res suas alteri extremè necessarias sibi auferri: ergo à fortiori in proposito non erit obligatio adulteræ se manifestandi ob compensanda damna illa cum periculo vitæ suæ, vel alterius: & reverà maritus, vel filii legitimi non essent rationabiliter inviti, quòd mater cum tanto suo detrimento non restituat. Ab hac communissima doctrina excipitur unicus, & rarissimus casus, quo agitur de successione in regno vel provincia, & filius spurius pro primogenito legitimè habitus successurus esset hæreticus, vel pessimis moribus imbutus, à quo Respublica, vel Ecclesia magnum detrimentum acceptura videatur; filius autem legitimus, cui successio jure debetur bonis moribus præditus Reipublicæ multùm utilis speretur, tunc enim non quidem propter restitutionem hæreditatis & ex justitia, sed potiùs ex charitate propter damnum commune Reipublicæ avertendum, quod multò plus valet, quàm vita unius privatæ personæ, teneretur se mater exponere periculo vitæ, si spes sit impediendi illa damna manifestando proprium adulterium. Quamvis ea obligatio, ut jam innui, & recte notat Less. *cit. dub. 7. num. 54.* ex charitate potiùs

potiùs sit, quàm ex justitia commutativa. Unde quandò ea manifestatio solùm deserviret ad successionem Regni legitimo hæredi asserendam, seu non impediendam, non tenebitur manifestare se mater cum periculo vitæ, quia vita cujuslibet personæ præponderat quibuscunque bonis temporalibus, ut benè probat *Vasquez* apud Lugo citat *num.* 43. *in fine.* Vides rursùs hunc casum non spectare huc, sed ad materiam charitatis.

V. *Non tenetur cum periculo etiam suæ infamiæ majoris.*

560 ETiamsi manifestatio profutura sit ad illa damna compensanda, non tenetur tamen manifestare se adultera cum periculo gravioris suæ infamiæ, quando nimirùm infamia, quam mater ex manifestatione incurret, talis ac tanta est, ut multùm præponderet detrimento, quod maritus, vel filii legitimi patiuntur ex suppositione prolis adulterinæ. Ita (contra *Adrian. Hostiens. Paludan.* alios paucos) communissima DD. quos latè citant, & sequuntur Molina *disp.* 112. *num.* 10. Lugo *citatus num.* 45. Et sumitur ex eodem *c. offic.* ubi Pontifex dicit, *non esse negandam pœnitentiam fœminæ nolenti manifestare suum crimen ob timorem mariti*: quod immeritò aliqui restringunt ad solum metum mortis; quia in eo textu nihil dicitur de timore mortis, sed in genere de metu manifestandi crimen marito. Ratio

tio autem constat ex generali doctrina de Restitutione, & causis excusantibus ab illa : Quod debitor, quandò non potest restituere absque longè majori suo detrimento, præsertim in bono altioris ordinis, ut est in proposito, possit licitè differre, & aliquandò etiam omninò omittere restitutionem, quandò nimirùm illud detrimentum semper occurret : ita est in proposito : ergo &c.

561 *Dices* : non licet furari ad conservandam famam, vel vitandam infamiam, si enim te aliquis vellet justè, vel injustè certò infamare, nisi des illi mille florenos ; & ipse non habeas, non licet tibi eos furari ad impediendam eam infamiam : sed idem videtur esse furari, ac non restituere alienum, retentio enim injustâ rei alienæ censetur eadem continuata ablatio, adeoque furtum continuatum : ergo mater ob suam infamiam vitandam non liberatur ab obligatione se manifestandi ad compensandâ illâ damna. *Respondetur. Neg. min.* Quia furari est contrà præceptum negativum, quod obligat semper & pro semper, nisi necessitas, vel alia gravissima causa excusat : non restituere alienum autem actu positivo est contrà præceptum affirmativum tantùm, quod non obligat pro semper, sed certis conditionibus, quando nimirùm restituere quis commodè potest absque graviori suo detrimento, præsertim in bono altioris ordinis, ut est est in proposito : Ideóque longè facilius excusatur *non restituere*, quam

furari.

furari. Ut benè notant *Molina* & *Lugo* citati, & nos alibi suo loco.

VI. Non tenetur absolutè cum detrimento propriæ famæ.

ITa satis communis DD. *Scotus sup. Rich. S.* 562
Anton. Cajetan. Medina, Alphons. à Castro, Covarruv. Navarr. Vasquez; & ipse *Molina* apud *Lugo citat.* & meus Layman c. 14. Ratio communis est: quòd damna in bonis inferioris ordinis non sint restituenda cum detrimento bonorum altioris ordinis: at in proposito damna, quæ patiuntur filii legitimi, vel maritus ex suppositione prolis adulteræ sunt tantùm in bonis fortunæ, damnum autem adulteræ ex sui manifestatione esset in bono famæ, quod est altioris ordinis secundùm omnes: ergò &c. Alia fundamenta mox infrà dissolvam.

Hìc benè observandum, valdè diversa esse 563
hæc duo; quòd pro detrimento in bono unius ordinis non sit obligatio restituendi in bonis alterius ordinis, quod verissimum est: sic enim in homicidio pro ipso damno natutalis vitæ per se incompensabili non est restituendum in pecunia, &c. juxta communissimam sententiam. Aliud longè est, quòd damnum illatum in bonis unius ordinis non debeat reparari cum detrimento in bonis alterius ordinis, quod in rigore simpliciter falsum est. Ratio disparitatis est; quia in casu primo non potest Justitia consequi suum finem scilicet æqualitatem, ut nimirum habeat læsus idem formaliter, vel æquivalenter

quod

quod ei ablatum est, ut consideranti patet: in secundo verò casu, quando non potest restituere, nisi cum detrimento bonorum alterius etiam altioris ordinis, adhuc potest Justitia consequi suum finem, scilicèt æqualitatem, quod latro recuperet, quod ei ablatum est: ergo differentia illa bonorum per se nihil facit ad excusandum restitutionem, sed recurrendum est ad aliam regulam communem: quòd debitor non debeat restituere cum suo detrimento longè majori pro debito longè minori: quâ ratione vere locum habet excusatio *N. præced.* allata. Quando ergò damnum in bono alterius etiam altioris ordinis non est evidenter majus, quàm tuum damnum ex restitutione secuturum; corruit tota vis argumenti allati à communi sententia. Sit ergo tandem

Conclusio.

Obligatur

564 QUandocunque ergò ex una parte manifestatio profutura est ad reparanda illa damna marito & filiis legitimis, ex altera autem parte damnum infamiæ, quod adulteræ imminet ex manifestatione sui criminis, nihil vel non multùm præponderat damno filiorum legitimorum, omninò tenetur adultera aperire veritatem non obstante detrimento illo famæ suæ. Ita *Tolet. Sotus, Ledesma, Covarruv. Valentia*, aliisque communiter. Lugo *citat. Sect. 3. n. 45.* Ratio solida est, quia injustè damnificans tenetur resarcire dam-

damnum illatum, quoties sine majori suo damno proprio & detrimento potest : atqui in casu nostro adultera maximè injustè damnificat maritum, & proles legitimas, & quidem manet in continua actuali fraude, quò continuò maritum & cæteros decipit, supponendo illis pro filio legitimo prolem spuriam cum tanto illorum damno : ergò strictissimè obligatur resarcire illa damna omni modo & medio possibili, moraliter saltem, quando potest sine notabiliter graviori damno : ergo ulteriùs tenetur etiam manifestare ad eum finem suum crimen, quando ea manifestatio profutura est, & damnum infamiæ suæ non multum superat damnum mariti & filiorum legitimorum.

Nec obstat I. Quòd damnum ipsius sit in 564
bono altioris ordinis scilicèt famæ & honoris. Nihil enim obstat bonum altioris ordinis in prudenti æstimatione æquiparari vel superari à bono inferioris ordinis : Sicut enim parum auri prudenti æstimatione & adæquatur, & superatur à multo argento; ita & bonum famæ, vel honoris non ita magnum potest adæquari, vel superari à magno bonæ fortunæ, vel divitiarum : si ergò hoc modo adæquetur, vel superetur fama adulteræ nocentis à bonis fortunæ, quæ liberi legitimi innocentes amittunt causâ adulterii, & prolis spuriæ, non est excusanda mater ab illa obligatione restituendi, & compensandi damna illata, etiam, si ita opus & utile sit, sese manifestando præsertim soli filio spurio credituro.

Nec obstat hîc 2. sæpè dictum capit. *Offi-*
um. Adulteram non teneri manifestare suum
crimen, sed absolvi posse, etsi nolit manifestare
ob metum mariti. Id enim intelligi debet de ti-
more justo & recta ratione excusante ab illa ob-
ligatione, quando nimirùm timet malum longè
præponderans damno aliorum.

565 Nec obstat 3. Illud Proverb. 22. *Meliùs est*
bonum nomen, quàm divitiæ multæ. Nam in-
ter varias explicationes illius textûs, placet plana
& facilis explicatio Cardinalis de *Lugo n.* 55. Illa
verba intelligi de bono nomine vero, seu vera
bona fama fundata scilicet in virtute & justa vi-
ta; hæc enim verissimè præstat omnibus divitiis,
non autem de bono nomine falso, & ficto, fun-
dato in hominum ignorantia & deceptione, a-
pud quos ideò aliquis bonum nomen habet, quia
vitia ejus ignorantur. Et sic est in proposito.
Ad hanc enim falsam existimationem bonam
adeò diligenter procurandam, & diligendam,
non est verosimile sacram Scripturam tam seriè
nos adhortari, cum plerumque obtineatur per
hypocrysin, nec multum conducat ad salutem
animæ, nisi quatenùs evitaret scandala aliorum.

566 Ex dictis tria mihi certa sunt. 1. Obligari
matrem rem filio spurio manifestare, quando
non est alia via restituendi & impediendi damna
illa, & verosimiliter speratur filium crediturum
vel ex Dei timore, vel ex suasu & precibus ma-
tris bonis illis cressurum, aut Religionem ingre-
diendo, aut alio modo; nec est timor ulterior
in

infamiæ, quia filius apud se rem secretam servaret (ad quid deserviret rem priùs confessario revelare cum licentia eam manifestandi filio sub eodem sigillo; & rursùs eâ de re cum matre loquendi, &c.?) His enim circumstantiis concurrentibus non est, cur ob modicam illam infamiam apud filium solum excusetur mater, & ideò eam obligationem omnes admittunt, ut fatentur Adversarii, etiam *Vasquez* apud Lug. *citat.* n. 6. Quod idem dicendum esset de obligatione manifestandi se marito ijsdem circumstantis concurrentibus: Sed certè respectu hujus rarò concurrent, & longè difficiliùs, longè majus periculum, ut ex se constat. Caveat hic confessarius, vel Parochus. 2. Idem dicendum, si adultera sit fœmina vilis, & abjectæ conditionis, ut ipsius fama prudentum judicio parvæ sit æstimationis respectu hæreditatis opulentæ, quâ filius legitimus privandus esset. 3. Qualis & quantacunque sit mala adultera, si tamen famâ illius, vel filii illegitimi jam anteà læsa fuit, ut si jam magna suspicio concepta erat, filium ex adulterio esse gentium, tunc matrem ob infamiam non excusari ab obligatione manifestandi suum crimen, si id utile & necessarium sit ad compensanda illa damna: consentiunt fetè omnes, nominatim mei, *Molina*, *Lessius*, *Layman*, *Lugo citati*. Quando enim in ea re jam communiter suspecta erat, & parvi æstimabatur in eo genere, non dicitur propriè & simpliciter amittere famam, quippè quam integrè

saltem non habebat. Meritò autem monet *Lugo* ibidem *n.* 57. tunc non sufficere quamlibet suspicionem, vel rumorem circà famam talis personæ, sed debere suspicionem talem esse, ut vulgò jam circà honestatem malè audiat; nam alioquin magna jactura esset ex suspicione quacunque levi, vel rumore incerto in certitudinem propriâ confessione transire. Et de his hactenus

CAPUT III.

DE RELIQUIS PECCATIS

Contrà 6. Præceptum.

DUas præcipuas species, *adulterium*, *concubitum innaturalem conjugum*, jam explicatas habes præced. *c. Sect. 3. & 4.* De reliquis 6. erunt Sectiones. 1. *De fornicatione simplici.* 2. *De stupro & raptu.* 3. *De Sacrilegio carnali.* 4. *De incestu.* 5. *De peccatis contra naturam*, & speciatim *mollitie.* 6. *De impudicitia interna & externa.*

SECTIO I.

De *fornicatione simplici.*

SUMMARIUM.

569. *Fornicatio est peccatum mortale*
570. *Ex natura sua intrinsecè,*

571. *Et indispensabiliter.*
572. *Excusabiliter tamen per ignorantiam invincibilem.*
573. *Specialia ex parte ipsius actus explicandi in confessione.*
574. *Ut si non servatur debitus modus, vel situs.*
575. *Si copula solùm inchoata, non tamen absoluta.*
576. *Licitè potest, & debet abrumpi, etiam cum effusione seminis extra.*
577. *Cum infideli est speciale peccatum contra Religionem.*
578. *Fornicatio ex parte viri an sit gravius & speciale peccatum?*
580. *Quid concubinatus?*
581. *An virgo prima vice peccans committat speciales malitias, vel indecentias?*
582. *An & qualiter deinde peccet amissam Virginitatem futuro marito celans?*
583. *Virgo, & quævis fœmina pro usu corporis licitè recipit mercedem.*
584 *Quid si Virgo fictè promittens hunc usum, pretium, vel munera accipiat?*

Fornicatio est concubitus naturalis illicitus, quorum scilicèt neuter est aliquo vinculo 568
speciali ligatus sive homini, sive DEO: Ideóque præcisè est contrà virtutem continentiæ, seu Castitatis, & nulli alii virtuti adversatur; est ergò inter tales personas, quæ possent statim matrimonium contrahere, ideóq; proles indè nata non spuria, sed naturalis dicitur, & secutis nuptiis eo ipso legitimatur. Dicam 1. Breviter de hujujus malitia, dein commodè addam, & congeram specialia in ordine ad confessionem, sed fornicationi, & aliis speciebus luxuriæ ferè communia.

§. I.

Malitia fornicationis.

569 FOrnicatio est peccatum mortale ex natura sua intrinsecè, & indispensabiliter: attamen excusabiliter per ignorantiam invincibilem. *Communis* DD. ut patebit.

I. *Est peccatum mortale.* Certum de fide ex *Clementina ad nostrum. De Hæreticis.* Et hoc constat ex Scripturis Deuteron. 22. *Si non inventa in puella Virginitas, ejicient eam extra fores patris sui, & lapidibus obruent, quoniam fecit nefas in Israël, ut fornicaretur in domo patris sui.* Et alibi. Apertissimè autem & sæpissimè inculcatur in nova Lege. *Rom.* 1. Fornicatio recensetur inter gravissima peccata Gentilium, propter quæ in reprobum sensum dati sunt. *Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione &c.* Ad Ephes. 5. *Omnis fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in Regno Christi & Dei.* Ad Galat. 5. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Quoniam qui talia agunt Regnum DEI non consequentur*; Similia habentur *Colloss.* 3. *Hebræor.* 11. *&c.* Et *Apocal.* 21. dicitur: *fornicatoribus pars erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.*

570 II. *Ex natura sua intrinsecè.* Fornicatio non mirùm ex natura sua, & intrinsecè mala est, atque ipsâ lege naturali prohibita, & non tantùm lege positiva Divina, vel humana. Ita communissimè

nissima DD. contra *Durandum, Martin. à Magistris*, & novissimè *Caramuel* apud Tambur. *Lib. 7. c. 1. §. 2.* Ratio communiter assignata est; quia naturalis instinctus, etiam brutis animantibus, multò magis hominibus ratione utentibus inditus dictat, opus generationis non esse exercendum extrà fœdus matrimoniale; cum congrua prolis conceptio, nutritio, educatio necessariò exigat certi parentis curam, cohabitationémque, qui naturæ instinctus est naturalis lex, cùm versetur circà materiam gravissimam, utique obligabit sub mortali, ut habet communis DD. *in 4. dist.* 33. Atqui huic naturali instinctui penitus adversatur fornicatio simplex, quâ proles exponitur manifesto periculo malæ conceptionis & educationis ob incertitudinem, vel malitiam parentis nolentis agnoscere prolem suam; indè enim ad evitandam infamiam tot horrenda remedia impediendi conceptionem vel procurandi abortum; indè infantes exponuntur cum periculo mortis vel pravæ educationis, & sæpè æternæ damnationis; eáque mala sequuntur ex naturâ actûs fornicationis inter solutos; esto per accidens aliquando absint, & provideatur debita educatio, tamen ipso actu fornicationis prolem tali periculo exposuerunt, ergò fornicatio ex natura sua intrinsecè mala, ipsâ naturæ lege prohibita, & peccatum mortale est.

III. *Et indispensabiliter*, adeò nimirùm for- 571
nicatio intrinsecè mala est, ut nec per Divinam

dispensationem licitè fieri posset. *Communis* DD. cum D. Bonavent. *in* 4. *dist.* 33. *tit.* 2. 2. Ratio est; quia fornicatio significat accessum viri ad fœminam non suam, seu cujus potestatem corporis non habet, quo stante repugnat clarè, licitè accedere, ideóque nec subesse potentia DEI cadere potest. Quòd si autem DEUS corporum Dominus, alicujus mulieris potestatem faciat viro, tunc eo ipso accedet ei aliquo modo suam, seu cujus potestatem accepit; undè Deus non dispensavit cum Osea, ut fornicaretur, sed præcepit, ut acciperet mulierem fornicariam, & hoc ipso mandato fecit eam esse ejus uxorem, Propheta utique consentiente, vel fortè DEO ejus consensum supplente, etsi alii, & RR. communiter contrarium sentiant in materia de legibus.

572 IV. *Attamen excusabiliter per ignorantiam invincibilem.* Sicut enim in aliis nonnullis naturæ legibus & peccatis oppositis, ita etiam circà hoc præceptum non fornicandi posse dari ignorantiam invincibilem excusantem, fatetur apud Barbaros, & incultos, docent DD. communiter cum *Azor. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 9. Ratio est; quia id non admodùm manifestè deducitur ex primis principiis luminis & Legis Naturalis. Certè ratio à nobis allata *N. II.* id clarè non convincit: adeò ut teste Tambur. *citat.* §. 1. hac certissima veritate fateri cogamur, dari quidem rationem naturalem id probantem clarè & certò, eam tamen à priori nondùm clarè co-

ce

ceptam esse, prout etiam in aliis pluribus respondere cogimur. Veruntamen ejusmodi ignorantia invincibilis vix locum habere potest apud Christianos, nisi fortè in locis, ubi permissa sunt lupanaria publica & meretrices publicæ; posset enim tunc simplex homo nesciens distinguere inter licitum sine culpa, & permissum sine pœna tantùm, credere, quòd accedere ad tales non sit peccatum, uti experti sunt confessarii talium locorum, & testantur *Filliuc.* & Jacob Marchant. *in 6. Præcepto.*

§. II.

Specialia ex parte ipsius actûs confessionis.

I. QUi commisit fornicationem, vel illicitam copulam quamvis, non satis explicat dicendo: se peccâsse contrà castitatem; sed addere debet, se copulam habuisse, ut benè notat Lugo *disp.* 16. *de Pœnitent. Sect.* 5. Quia aliàs non explicatur malitia propria fornicationis, sed alterius speciei, quæ sine dubio diversa est à malitia quacunq; contra castitatem; Insuper quando frigidus vel Eunuchus cum aliqua peccat, debet fateri se esse talem, uti benè probat Sanchez *Lib.* 9. *De Matrim. disp.* 19. *n.* 8. Ratio; quia tunc non solùm adest malitia fornicationis, sed etiam malitia contrà naturam, scilicet frustratio finis naturalis seminis, quod inutiliter provocatur à frigido, vel Eunucho. 573

II. Quando quis in copula non servat debitum modum & situm naturalem, sed vel stan- 574

do, jacendo à latere, à tergo brutorum modo, vel viro ſuccubo copulatur, modò ſervetur vas naturale, non eſt circumſtantia neceſſariò explicanda in confeſſione, minùs interroganda a confeſſario, quia id eſt accidentale copulæ, & in conjugibus ad ſummum veniale eſt, ut ſuo loco diximus. Vide Sanchez *diſp.* 29. *Sect.* 16. *n.* 3. Cæterùm ſi ita faciant ſive ſoluti, ſive conjugati ex intentione, etſi erronea, ut tali modo, etſi rectè ſuſcepto ſemine, tamen conceptæ prolis impediatur, ea intentio utique mortalis in confeſſione explicanda erit.

575 III. Qui ſolùm incipit copulam, ſed non abſolvit, nec ſeminat, debet id ipſum explicare, quia licèt tunc ſit fornicatio inchoata, & in affectu, non eſt tamen fornicatio re ipsâ; ſed eſt actus impudicus, & extremus impudicitiæ. Ut notat Sanchez *diſp.* 19. *n.* 1. Multò magis, qui eandem copulam incipit, & excitatâ jam naturâ reſilit, ſeménque diſpergit, explicare debet, quia jam adeſt duplex malitia, nimirùm fornicatio inchoata & in affectu, & mollities conſummata, ut per ſe patet. Verùm id intelligendum, quando peccans ita facit in peccato perſeverans, ac voluptati conſentiens: Nam aliàs

576 IV. Quicunque inchoavit fornicariam copulam, vel quamvis illicitam cum aliqua, & licitè poteſt absque novo peccato, & debet ſe retrahere, quamvis propter naturæ irritatæ impetum ſemen ſit emittendum extrà vas naturale: imò etiam poſtquàm perſona complex jam ſeminavit;

minavit: ita (contrà meum Sanchez *citat. disp.* 19. *n.* 7. docentem esse etiam probabile licere, imò teneri fornicantem ad prosequendam & complendam copulam, quandò fœmina jam seminavit, vel inevitabiliter seminabit.) Aversa, aliisque relatis Diana *part.* 9. *tract.* 8. *& part.* 6. *tract.* 6. *resolut.* 37. Ratio est; quia fornicans omni tempore ante completam fornicationem tenetur desistere, & eam non consummare, cùm omni tempore teneatur desistere à peccato: desistendo autem à copula, desistit à peccato, quòd semper licitum & debitum est; ergò si tunc sequatur pollutio extrà, sequetur ex opere licito, & præter intentionem, consensúmque ipsius: adeóque eo casu censetur pollutio non voluntariè causata, sed permissa tantùm ob justissimam causam desistendi à peccato cœpto fornicationis, vel similis. Nec refert, quòd altera pars seu fœmina jam seminaverit, vel certò seminabit, hoc enim non tollit obligationem desistendi à peccato, & non consumandi actum malum.

Cùm fornicans durante copula imaginatur sibi aliam personam, dic eodem modo, & distingue, sicut *c. præced. de conjugato.*

§. III.

Specialia ex parte complicis.

I. FIdelis peccans carnaliter cum persona in- 577
fideli peccat speciali peccato contrà Religionem, & reverentiam Sacramenti Baptismi.

Ut

Ut cum aliis docent Sanchez *l.7. disp.5. n.10.* Et Lugo *disp.16. de pœnit. sect.6.* Ratio est; quia Ecclesia, dum damnat conjugium Fidelis cum Infideli, prohibet etiam quamcunque communicationem, cùm sit idem motivum reverentiæ nostræ Religionis, & Sacramenti Baptismi, & videtur talis conjunctio damnosa tam ipsi Fideli, quam proli educandæ. Quamquam id negent *Azorius*, eúmque secutus Tamburin. *citat. c.1. §.1. n.7.* Cæterùm quid sit dicendum de fornicatione cum virgine, cum filia confessionis, cum sponsa alterius, partim patebit infra suis locis, partim patuit suprà.

578 II. Fornicationis peccatum ex parte viri plerumq; aggravatur speciali malitia scandali, cum scilicet is fœminam etiam corruptam, & aliàs paratam, tamen hìc & nunc ad peccatum inducit. Certè & gravius, si aliàs nolentem, & invitam sollicitat precibus, promissis, blanditiis, donis, &c. persuadet, eáque in confessione explicanda est malitia, juxta communem doctrinam in materia de scandalo cum Sanchez *lib.1. moral. c.6. n.14.* Etsi rursùs probabiliter negent *Vasq. Joan. Sanchez* & Lug. *citat. disp. 16. sect.3. n.141.* Eò quòd eadem sit malitia cooperationis ad peccatum, etsi gravior sit, quàm si cum volente peccet. Quòd si tamen quis sollicitavit, sed dein ad opus processum non est, vel certè multo tempore posteà, utiq; debebit confiteri; quippe peccatum sollicitationis est distinctum ab ipso opere, ut omnes fatentur: at sta-

statim secuto opere, in idem peccatum coalescit. Eadémque ratione qui se periculo ejusmodi peccati exposuit v. g. ingrediendo domum suspectam, & comperti periculi, & eâ vice non peccavit, sed longè postea, tenebitur confiteri; non item, si eadem vice statim peccavit: quando enim hæc duo exponere se periculo, & actu peccare simul concurrunt, coalescunt in unum numero peccatum: secùs si notabilis mora, vel contraria intentio revocans interceserit, ut habet communis doctrina in materia de peccatis. Denique de his, qui fœminam vi, vel metu cogunt ad peccatum, aut fraude, vel dolo deceptam inducunt videbimus. *Sect. seq.*

III. Qui committit v. g. tria peccata fornicationis, vel alterius speciei, cum tribus fœminis ejusdem rationis, non tenetur in confessione dicere, fuisse tres fœminas, sed satis est dicere: ter fornicatus sum, &c. uti cum *Bonacina* & aliis docet Tamburin. *citat. c.* 1. §. 1. *num.* 3. Ratio est; quia eadem est malitia, sive cum tribus, sive ter cum eadem fœmina forniceris, quantum est ex hoc capite peccati fornicationis; nam ratione scandali, si tres fœminas, saltem alioquin nolentes & invitas solicitando in peccatum induxisti, in communi & nostrâ sententiâ omninò numerum personarum, utpote multiplicantem malitias, explicare teneberis, sicut & econtra teneberis fateri, te cum eâdem fœminâ toties peccâsse, si cum illa persona sis in occasione proxima, aut ad eum finem confessa- 579

rius

rius te interroget, ut occasio proxima tollatur, quæ ex illa frequentia cum eadem persona timeri potest: & maximè hoc verum est de concubinaria, de quo breviter annoto.

580 IV. Concubinatus est concubitus frequentatus viri cum fœmina soluta, quam velut uxorem domi retinet, vel alibi ad eum usum consuetudinarium asservat, ita ut ad eam consuetudinariè, ut libet, accedat, vel accedatur; & si quidem vir sit solutus, ipse quoque erit concubinatus simplex; si ligatus erit concubinatus adulterinus; si Clericus, erit concubinatus sacrilegus. Malitia aggravans peccatum concubinatûs est perseverantia voluntatis in peccato, quòd nimirùm concubinarius non tantùm peccet peccato fornicationis toties, quoties, sed etiam in continuo saltem virtuali aut habituali proposito peccandi perseveret. Unde concubinarius absolvi non potest, nisi è domo ejiciat concubinam, aut si alibi habitet, firmiter proponat, ad eam ampliùs non accedere, additâ experientiâ per aliquantum temporis, juxta prudentis confessarii arbitrium. In hos concubinarios Concilium Trident. *sess. 25. c. 14.* decernit sententiam excommunicationis post trinam admonitionem ab Episcopo ferendam; & si Clericus sit, suspensioni subjacet, attamen post sententiam Judicis Ecclesiastici. Vide Tolet. *Lib. 5. c. 46.* Et Clavem regiam *lib. 8. c. 7.*

§. IV.

§. IV.

Specialia ex parte virginis.

1. PLacet resolutio generalis. Virgo, seu mas; 581
seu fœmina prima vice fornicando virginitatem perdens, non peccat peccato speciali diverso à simplici fornicatione; quare sufficiet posteà confiteri se fornicatum esse; nec tenebitur explicare circumstantiam virginitatis perditæ, nec consequenter ea circumstantia à confessariis examinanda est. Ita universaliter cum aliis Tamburin. *lib. 7. Decalog. c. 1. §. 1. n. 5.* Ratio sufficiens est; quia non apparet, unde hoc esset peccatum speciale, non enim continet specialem malitiam in genere luxuriæ ex hoc capite, ut manifestum est: nec continet aliam speciem peccati contra justitiam, vel aliam virtutem per se loquendo: quod ex parte viri clarum, & omnes fatentur. Ex parte virginis autem primò fornicantis verum quidem est, eam committere speciales indecentias; utpote. 1. Amittit integritatem carnis, violando signaculum virginitatis, quod censetur inæstimabilis pretii. 2. Hoc ipso minùs aptam se reddit ad honestum sibíque & suo statui competens matrimonium, atque etiam ad statum religiosum. 3. Peccat contra pietatem parentum consentiendo in stuprum cum eorum & familiæ dedecore, & aliquali injuria, cum claustrum virginitatis suæ speciali curæ parentum commissum vendere censeatur (propter hæc communis sententia DD.

apud

apud Filliuc. *tract. 30. c. 3. q. 7.* docet virg
nem, non autem virum primò peccare
committere peccatum ſpeciale in confeſſ
explicandum, ſanè, ut vides, probabiliter
qui primum & ſecundum nihil ſpecialis pec
inducit, cùm virgo habeat jus, & libertate
corpus & membra ſua, ut eo vel nunquam
poſſit ad carnalem generationem, vel uti
ut ipſi placet. Tertium verum eſt, ſed om
nò per accidens, & non niſi in publica violat
ne virginitatis locum habet; ergo per ſe loqu
do etiam virgo primò fornicando non comm
tit ſpeciale peccatum in confeſſione explica
dum, & conſequenter multò minùs ſolùm co
ſentiendo actu interno in peccatum. Con
quenter ulteriùs idem dicendum de quovis a
primo peccato luxuriæ ſive contra caſtitate
virginis, viri, vel fœminæ, ut ſi morosè delec
tur, ſe polluat, peccet contra naturam, &c. ſo
lùm ſimplex peccatum erit mollitiei, ſodo
miæ, &c.

582 II. Cùm virgò ſemel violata minùs aptam
reddat ad matrimonium ſibi aliàs competen
peccatne puella ſignaculo virginitatis occ
violato, ſi medicamentis, glutine piſcis, alio
mediis utatur, ut defectum iſtum celet, atq
ut virgo matrimonio collocetur. *Reſpondeo*
1. Si prababiliter credatur, quòd maritus fu
rus nunquam hoc vitium cognoſcat, tunc n
ipſa, nec parentes ad id cooperantes peccabu
Uti cum *Navarro* & aliis docet Sanchez *de m*
trim

trim. disp. 27. *n.* 8. Bonacina, aliique citati cum Tamburino *cit. l.* 7. *c.* 5. §. 2. *n.* 5. *Ratio est*; quia sic nullum infertur marito damnum; sed neque puella illa mentitur, non enim ità agit animo simulandi falsum; & virum decipiendi; sed solùm animo dissimulandi verum; quod ob causam sæpè licet; & occultandi suum vitium, quod manifestare non tenetur, nec potest sine sui diffamatione. 2. Quòd si verò credat fore, ut vitium suum in mariti notitiam veniat, qui id egerrimè ferret, sanè peccabit graviter contrà charitatem; sic enim præbet occasionem innumeris malis, præsertim magnæ aversionis, & discordiæ inter ipsam & maritum toto ferè vitæ tempore. Attamen neque tunc 3. peccabit contra justitiam; quia non solent conjugandi vitia sua occulta manifestare: & sicut maritus sua occulta non manifestat, ità nec sua manifestare tenetur uxor, esset que nimis grave & intolerabile obligare puellam, vel ad se infamandum, vel ad omninò abstinendum à nuptiis, vel ad nubendum homini inferioris, & infimæ fortis; alia est ratio de venditione, in qua vendens tenetur manifestare vitium mercis, quia in eo contractu ità consuetudo obtinet, non ita in contractu matrimonii.

III. Virgo; & quævis fæmina etiam corrupta, etiam meretrix qualiter licitè possit pro usu corporis sui exigere, recipere; retinere mercedem; ex professo dictum est in septimo Præcepto. *p.* 5. *Decal. c.* 5, *à n.* 134. ubi *de acceptis ob turpem causam.* 583

Accipe hîc compendiô. 1. Ante patratum ſtu-
prum vel peccatum debet virgo reſcindere con-
tractum, quippe de actu illicito, & con-
quenter pretium jam acceptum reſtituere, cu-
ipſa promiſſis ſtare nequeat. 2. At verò poſt p-
tratum jam ſtuprum poteſt licitè & juſtè exige-
ac retinere in conſcientia; non enim eſt pr-
tium pro peccato formaliter, ſed pro uſu co-
poris ſui materialiter, quatenùs alteri bonu-
utilis, ac delectabilis, ac conſequenter pre-
æſtimabilis eſt. 3. Virgo pro primo uſu ſui co-
poris, imò & quælibet fœmina honeſta pot-
petere & accipere pretium, quantum ipſi p-
ceet; quia in his rebus, quæ pretio ſtatuto
rent, nec ſunt neceſſitati communi neceſſar-
tanti res poteſt vendi, quanti eam æſtimat ve-
ditor: at virgo, vel puella honeſta poteſt ſ-
plurimi ſuam virginitatem, vel honeſtat-
amittendam æſtimare: unde tales metu, vel dol-
ſeductæ, etiam ex hoc ſolo capite juſtè exigunt
matrimonium ipſum à ſtupratore juxta mox d-
cenda. At verò meretrix non poteſt juſtè pe-
re, vel accipere, niſi quantum plus minus
ipſa à cætetis conquirere. Uti cum Lug-
aliis docet Tambur. *cit. c. 5. §. 3. n. 25.* Qu-
vide.

584 IV. At quid ſi virgo fictè promittat co-
lam, ſeu uſum corporis, aut ſaltem ſpem p-
tiundi faciat amaſio, & ſic pretium, vel mu-
ra accipiat? praxi valdè communi, & voca-
vulgo: *procos dusere in fune fatuo.* Reſpo-
de-

detur. 1. Si ejusmodi munera vel pretia accepit ex pacto futuræ copulæ, quam procus pacisci-tur, & illa seu fictè, seu verè promisit, nec recipere; nec retinere potest, sed omninò restituere tenetur rescisso pacto, ut modò dictum fuit. 2. Quòd si verò secluso pacto ex sola liberali donatione proci accepit, & ei certè mortaliter constat de prava & libidinosa proci intentione, adhuc peccat mortaliter virgo, vel puella ejusmodi munera accipiendo, regulariter loquendo; quia sic fovet impurum ejus amorem, desiderium, & spem copulæ aliquando obtinendæ: & quamvis dicat puella, se quidem accipere, sed nolle consentire in aliquid turpe, adhuc tamen alter dans semper putabit admisso munere à puella, eam facilius expugnari posse, sicque impugnare perget, adeóque adhuc peccabit scandali peccato. Quòd si tamen in raro casu id non esset; sicut etiam, si puellæ non constaret de libidinosa affectione donantis, tunc utique licitè reciperet. 3. Attamen eo casu munera sic liberaliter donata à proco, & quamvis illicitè accepta à puella, non tenebitur hæc restituere, sed retinere poterit, ut post alios benè censet Tamburin. *citat. num.* 53. Ratio est; quia recipiendo non peccabat contrà justitiam, jam enim liberaliter ea dedit amasius, sciens, puellam ea non acceptâsse cum pacto copulæ, ut supponimus; quantumvis eam sperabat; quarè si sua spe frustratur amasius, sibi suæque imprudenti credulitati imputet; sicut quando quis gratis servit,

munera dat, vel largitur Principi &c. intentione ac spe acquirendi, vel obtinendi beneficium ac officium pingue, & posteà spe frustrata Principem vel Episcopum nullo jure ad restitutionem coget, sed suam inanem spem merito deplorabit.

Ex dictis ordinis gratiâ consultò præmissis jam patet, quid sit dicendum de stupro respectivo passivo ex parte virginis sponte consentientis, quod esse nimirum per se solùm peccatum simplicis fornicationis ex dictis N. I. Nunc de ipso stupro velut activo ex parte stupratoris, ejusque malitia, & obligatione restitutionis pluribus agendum erit.

SECTIO II.

De stupro & Raptu.

SUMMARIUM.

585. *Stuprum quid?*
586. *Ejus malitia duplex cum onere restitutionis.*
587. *Si fiat cum Virgine invita.*
588. *Imò probabiliter etiam si fiat cum virgine consentiente.*
589. *Probabilius tamen cum tali est solùm simplex fornicatio.*
590. *Ad nullam restitutionem obligans per se loquendo.*
591. *Etiam in dubio, an Virgo consenserit, nec ne.*
592. *Aut si nullum aliud damnum passa sit;*
593. *Vel non amplius fuit Virgo.*
594. *Stuprator Virginis invitæ sine promissione matrimonii, tenetur illam ducere vel dotare.*
598. *Deflorator Virginis cum promissione matrimonii, veræ,*
599. *Seu fictæ, tenetur eam ducere.* 601.

600. (*Niſi accedat alia juſta cauſa excuſans.*)
601. *Non obſtante voto caſtitatis.*
602. *Quæ ſint cauſæ excuſantes?*
603. *Raptus quid?*
604. *Culpa & pœna raptoris.*
605. *Specialia quoad fœminam raptam, vel vi oppreſſam.*

STuprum propriè dictum *eſt concubitus viri cum virgine invita ſeu non conſentiente*: ſtrictiſſimè hîc quandoque accipitur pro concubitu viri cum virgine per vim coacta & compreſſa tantùm. Latiùs, & ſatis uſitatè accipitur pro concubitu viri cum virgine quacunque, quo ejus virginitas violatur, ſive ea conſentiat, ſive non. Latiſſimè autem etiam in Sacra Scriptura & Jure quandoque accipitur pro quavis ſpecie luxuriæ, ſeu quovis concubitu ſive naturali, ſive innaturali, ac contrà naturam facto cum virgine, fœmina, vel maſculo. De hoc ultimo hîc non eſt nobis ſermo, ſed de ſtupro primo & ſecundo modo accepto. 585

§. I.

Stupri malitia.

I. STuprum proprè dictum ſcilicet defloratio virginis invitæ, ſeu non liberè conſentientis, ac contrà ſuam liberam voluntatem, præter peccatum mortale fornicationis, eſt peccatum contrà juſtitiam graviſſimæ ſcilicet injuriæ illatæ virgini & ejus parentibus, ideóque neceſſariò in confeſſione explicandum, & inducens obligationem compenſandi omnia damna virgini inde conſequentia, juxtà modos infra aſ- 586

signandos. *Est omnium* extrà controversiam, ratio manifesta est: omnis enim per injus damnum inferens alteri peccat contra justitia atqui cùm virginitas, seu integritas claustri ginalis sit donum quoddam sumi pretii & a mationis apud homines, tum in se, tum in or ne ad status in Ecclesia suscipiendos, scilicet matrimonii, aut Religionis, gravissimum I infert virgini injuriam, ac damnum, qui invit seu non liberè consentientem stuprando con ejus voluntatem liberam, claustrum, seu integ tatem virginalem violat, & eripit: ergò con justitiam graviter delinquens restitutioni ob xius manet.

587 II. Censetur virgo autem invita, non lib rè consentiens, ac contrà suam liberam volu tatem stuprari. 1. Maximè, quando vi, violentiâ physicâ coacta, oppressa, vel subac est. 2. Quandò metu gravi in constantem puel lam cadente v. g. mortis, infamiæ, atrocium verberum, vel alterius gravis damni ad stuprum adacta est. 3. Quandò etiam metu reverentiali adigitur, aut per conjunctam minis precum im portunitatem, cui puella non facilè resist (nam solas preces importunas, secluso mi vel metu reverentiali, non sufficere, contrà al quos apud Dianam *part. 2. tract. 16. resolu* 48. non dissentientem, verius docent Vasquez & alii cum Tamburin. *cap. 5. §. 3. num. 26.* 4. Quandò dolo ac fraudibus seducta est, promissionibus fictis & fraudulentis matrimo-

nii, magnæ dotis, vel remunerationis, promotionis ad aliud pingue matrimonium. Cæterùm his cauſis invitam puellam reddentibus ſecluſis.

III. Etiam ſtuprum latè ſumptum ſeu defloratione virginis conſentientis, ac liberè volentis eſſe peccatum ſpeciale in confeſſione explicandum à ſtupratore cum aliqua obligatione reſtitutionis: docet ferè communior DD. præſertim antiquorum *D. Thomas*, *S. Antonin. Cajetan. Navarr. Sylveſter*, *Armilla*, *Azor. Filliuc.* ſuprà citatus, & ſane probabiliter, rem æſtimando moraliter: nam communis ferè omnium eſt perſuaſio, eum, qui virginem etſi conſentientem, tamen induxit ad ſtuprum, ultrà fornicationem communem ſimplicem, committere ſpecialem deformitatem, & aliquam inferre injuriam, & ipſi puellæ, quam inducendo, etſi non invitam, privat magno bono integritatis corporis, & multò magis parentibus, vel tutoribus, ſub quorum cura vel cuſtodia virgo conſtituta erat, ſi contrà eorum voluntatem & diligentiam virginem defloravit; ſaltem hæc erit circumſtantia aggravans, quæ à confeſſario meritò expendi debeat. Quarè ſicut in foro externo defloratus virginis, etiamſi volentis, cogitur à Judice eam dotare, lege ſic ſtatuente ob bonum commune, ut notat Leſſ. *lib. 2. c. 7. n.* 44. aut ſaltem ſolet condemnari ad pœnam, ſeu mulctam parentibus ſtupratæ ſolvendam; ita in foro conſcientiæ confeſſarius pœnitentem ſtupratorem ad ejuſmodi pœnam per modum pœnitentiæ, ſaltem ſi 588

crimen aliis notum sit, obligare meritò potest, ut notat *Layman* citandus. Tamen

599 IV. Probabilius & verius est, stuprum, seu defloratioñem virginis consentientis, non esse peccatum speciale distinctum à fornicatione simplici, consequenter nec explicandum in confessione, neque per se ullam parere obligationem restitutionis in foro conscientiæ. Ita cum Scoto *in 4. dist. 18. q. 2.* communis Rel. Petrus *Navar. Suar. Pasq.* aliis citatis, *Lay.* citat. Sanchez *lib. 7. Matrim. disp. 14.* Layman. *lib. 3. part. 3. c. 13.* Tamburin. *citat. c. 5. §. 3. num. 5.* Ratio est eadem, quæ suprà data de virgine in stuprum consentiente: non enim hoc est speciale peccatum contra castitatem, quia supponimus concubitum fieri modo naturali intrà vas debitum: neque est peccatum speciale contrà justitiam: non enim infertur injuria ipsi virgini stupratæ sic volenti, & liberè consentienti in stuprum, & consequenter in quodcumque damnum consequens, juxtà notissimum illud: *Volenti non fit injuria*: ergò ut dicitur, *L. 2. ff.* De injur. *Nulla est injuria, quæ in volentem fiat:* neque tamen infertur injuria parentibus virginis, quia hæc sui corporis, quoad hoc, domina est, ut possit eo vel nunquam uti, aut uti legitimè, aut etiam illegitimè abuti absque ulla injuria cujusvis alterius: ergò &c. Restat ergò nunc explicanda obligatio restitutionis ex stupro.

§. II.

§. II.

Stuprator Virginis consentientis.

590 1. HIc ad nullam in conscientia, per se loquendo, restitutionem obligatur, neque ipsi puellæ, neque ejus parentibus faciendam, multò minùs puellam stupratam ducere obligatur. Hæc jam probata est *n. præced.* quia scilicèt tunc stuprator non peccavit contrà justitiam, cujus solius justitiæ violatio inducit obligationem restitutionis in conscientia. Sed *dico* 1. *In conscientia*; nam in foro externo ob bonum commune, & impedimenta stupra puellarum naturâ suâ facilè inducibilium, Lege ita statuente, defloratur virginis etiam consentientis à judice cogitur illam dotare, aut mulctam parentibus solvere, ut paulò suprà notatum est. 2. *Dico per se loquendo*; per accidens enim defloratur virginis etiam consentientis potest fieri injuriosus & restitutioni obnoxius; ut si domui paternæ vim intulit, si crimen cum puella consentiente occultè commissum ipse stuprator promulgavit, non sine infamia & damno ipsius puellæ ac parentum, utique tenebitur damnum indè secutum compensare puellæ, & ejus parentibus, modis infrà assignandis. Item si tali modo sollicitaret consensum puellæ, quo facilè credatur communiter, eam consensum præbuisse; ut si noctu per fenestram in ejus cubiculum irrepas aliis videntibus &c. vide Tambur. *citat. num.* 6.

591 II. Quandò dubium est, an virgo, vel pu-
la spontè consenserit, an verò stuprator
metu, vel fraude adegerit, nec ne, ad nihil
obligabitur, juxtà communem DD. Ra-
quia in eo dubio possidet certa libertas stu-
toris, cùm debitum sit incertum: & speciali-
delictum in dubio non præsumitur, sed dem-
strari debet. Et: nemo præsumitur delictu-
fraudis commisisse. L. 3. ff. de dubiis. Econ-
verò quando certum est, stupratorem vi,
fraude, aut promissione matrimonii vel do-
puellam aliàs invitam ad stuprum adegisse,
dubitatur, an ipsa fuerit virgo inventa, nec
omninò judicandum est fuisse virginem, & pu-
læ id asserenti fides adhibenda erit, & conseque-
ter ducenda, vel dotanda à defloratore, aut a-
ter ei damnum compensandum, juxtà infrà de-
cenda. Ita cum aliis Lugo *citatus disp. 12. sect.*
1. num. 3. Ratio; quia in dubio illud possidet
quod priùs est; atqui prior est virginitas, quip-
pè qualitas naturalis, quàm non virginitas: ergo
illa possidet in dubio, nec ejus possessio vinci p-
test, nisi ex aliis potentioribus conjecturis co-
trà illam colligatur præsumptio, qualis esset,
ipsa habitasset in prostibulo, vel illud freque-
tâsse doceatur.

592 III. Cæterùm universaliter hìc suppone-
dum est, quandò virgo per illatum stuprum qu-
modocunque etiam per vim, metum, fraude-
vel dolum, nullum aliud damnum passa e-
ad nihil, seu nullam restitutionem obligari st-

prato-

pratorem in conscientia antè judicis sententiam : utpotè si defloratà crimine omninò manente occulto, æquè honestum ac utile matrimonium consecuta est, vel consequi certò possit. Communis DD. *Navarr.* uterque. *Corduba*, *Vasq.* alii cum *Less. Layman*, *Lugo.* citt. *Ratio est*, quia pro injuria sola, secluso omni damno, nulla debetur restitutio, sed tantùm satisfactio per sententiam judicis : atqui in proposito puella defiorata nullum damnum compensabile passa supponitur præter violationem claustri virginei, quod est damnum irreparabile, & altioris ordinis, neque ullâ pecuniâ vel pretio æstimari, ac compensari potest, adeò, ut quandò à judice stupratori indicitur pecuniaria pœna puellæ vel ejus parentibus pro eo damno applicando, procedatur potiùs per viam justitiæ vindicativæ in satisfactionem injuriæ, quàm commutativæ in compensationem damni.

Quòd si tamen puella defiorata ob periculum deinceps non benè nubendi aliquid accepit à defloratore, quamvis illa deindè optimè nupserit, poterit in conscientia illud acceptum retinere : quia periculum illud non benè nubendi pretio fuit æstimabile.

IV. Et hinc, quando quis etiam vi, vel metu, aut dolo cognovit puellam putatam virginem, quam tamen certè non comperit esse virginem, & copula occulta mansit, ad nullam ei obligationem sive restitutionem obligabitur. Uti cum aliis rectè docet Lugo *disp.* 12. *sect.* 1. *n.* 15. 593

Ratio,

Ratio; quia ex una parte clauſtrum virgin non ipſe, ſed alius abrupit, & ex altera p nullum novum damnum huc ſpectans ever puellæ poteſt ex illa alia copula occulta man te. At ſi per ſtupratoris culpam patefacta viola tio, unde difficultas major exorta ad nuptias, utique reſtitutio debebitur: ut cum & aliis docet rectè *Lugo* ibidem. His ita ſuppoſitis & ſepoſitis.

§. III.

Stuprator virginis invitæ, metu, vel fraude, ſine ulla promiſſione matrimonii.

594 HIc tenetur ſub disjunctione vel puellam uxorem ducere, ſi ipſa & ipſe velit; ſi ipſa, vel ipſe nolit, aliter damnum ſufficienter compenſare, utpotè ſufficientem dotem vel pecuniam præbendo, vel aliter procurando, ut æquè bonas nuptias ſortiri poſſit, ac ſi non corrupta, ſed intacta fuiſſet; quare ſi malit deflorator puellam tali modo dotare, vel compenſare, non tenetur eam ducere, ante judicis ſententiam, quantumvis puella vel ejus parentes cupiant, petant, & urgeant. Ita *Molina*, *Vasquez*, aliisque citatis Leſſ. *lib.* 2. *c.* 10. *dub.* 9. Layman. *citat. c.* 13. *n.* 2. Tambur. *c.* 5. §. 3. *n.* 2. Contra *Azor.* & alios quosdam. Ratio eſt, quia in alternativis debitis debitoris eſt electio; atqui ſtuprator ſecluſa omni promiſſione matrimonii non tenetur abſolutè & determinatè ad ducendam puellam, cùm matrimonium debeat eſſe

eſſe liberum; ſed ſolùm indefinitè tenetur ad compenſandum damnum illatum, adóque disjunctivè, vel alternativè; ut vel ipſe eam ducat, aut ſufficienter docet, vel aliter ad æquè bonas nuptias promoveat; ergò ipſius debet eſſe electio modi compenſandi, non virginis, vel ejus parentum. Unde neque in externo foro cogi ſolet ſtuprator ad matrimonium, ſi illud non promiſit, ſed aliter compenſare poſſit, ac velit. Quòd ſi ergo puella violata dotem vel aliam compenſationem reſpuat, ſibi ipſi imputare debet.

595 II. At quid ſi ſtuprator pecuniâ, vel aliâ viâ careat, quâ damnum vitiatæ virgini compenſet, obligatúrne tunc ſaltem eam ducere, adeóque invitus? *Reſpondet* rectè *Lugo* citat. ſi non eſt magnus exceſſus & inæqualitas inter ipſum & ipſam, omninò obligabitur: quia juſtitia urget omnibus viis moraliter poſſibilibus compenſare damnum: at hìc eſt via moraliter poſſibilis: ergo &c. At verò ſi magnus ſit exceſſus, & inæqualitas, aut aliud grave quid occurrat, quæ aliàs ſolent ſponſalia dirimere, non obligabitur defloratot eam ducere, ſed ſolùm tenebitur alias vias compenſandi quærere, ſi ſpes ſit illas inveniendi. Ratio eſt: quia nec in aliis debitis obligat ſolutio, quando longè plùs expendere opus eſt, quàm ſit valor ipſius debiti; prout eſt in propoſito.

596 III. At quid ſi deflorator omninò depereat, & petat ducere puellam defloratam, ſed ipſa nolit, aut parentes, aut omninò contradicant, prout non

non rarò contingere solet. *Respondetur* adhuc puellæ dote vel pecuniâ damnum compensandum esse. Communis apud citatos. Ratio est nam quia ex una parte virgo invita vitiata non debet sine debita compensatione remanere ex altera autem parte non potest ipsa cogi ad matrimonium, quod omnes Canones clamant debere esse omninò liberum. Accedit iniquissimum fore, eam puellam, quæ passa est injuriam stupri, obligari ad subeundam aliam injuriam majorem involuntarii, seu inviti matrimonii. Denique stuprator invitus tenetur reddere, quod abstulit: sed abstulit libertatem duc nè nubendi; ergò hanc debet reddere: adeoque necessariò vel ducere, vel si nolit, aliter dotare.

597 IV. Quid si procus solùm violenter osculatus, vel violenter, vel invitam tetigit puellam cum ejus infamia & nocumento simili, an quid obligatur? *Respondetur*, debere resarcire quantitatem damni; undè si sufficienter refecit damnum dando modicam pecuniam supra dotem puellæ antè habitam, non tenetur eam integrè dotare, multò minùs ducere; nam propterea defloratam etiam vi, defloratór ducere velit, neque consentiat, satis jam injuriam reficiet; nec erit pecunia superaddenda. Quòd verò ex Extr. di 22. refertur c. 1. de adulter. *Si fidanzerit quis virginem nondum desponsatam, dormierit cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem*, lex antiqua & pœnalis est, neque obligans ante

dict

dicis sententiam, teste etiam Navar. *c.* 16. *num.* 16. Nos autem hactenus in foro conscientiæ locuti sumus. Quid in his agendum in dubio, vel quandò virgo defloratа indè nullum damnum passa est, consulto jam præmisimus §. *præced.*

§. IV.

Defloratorvirginis cum promissione matrimonii seu vera, seu fictâ.

1. QUi defloravit virginem persuasam verâ & seriâ matrimonii promissione, multò magis si etiam juratâ, sine dubio in utroque foro obligatur eam ducere, cum ea matrimonium celebrando, & consummando, nisi legitima intercedat excusatio. Certum apud omnes. *Ratio:* quia tunc fit contractus onerosus, facio ut facias, in hunc modum: promitto conjugium, si des usum corporis: ergò si illa hac promissione acceptatâ usum corporis concessit, tu omninò conjugium perfectum exequi obligaberis, neque tunc poteris uti privilegio primi bimestris, ac deliberare de Religione ingredienda, nec eam ingredi (etiamsi vovisses, de quo inferiùs) sed debebis, eâ petente, matrimonium consumare, juxta comuniſſimam DD. Mei omnes contrà *Basil. Pont.* Quia regulariter promissio matrimonii hoc importat; ad quid enim utilis esset conjugi consensus de præsenti, seu matrimonium ratum tantùm, si ea deinde relinquenda esset. *Dico* tamē 598

regu-

regulariter, quòd si enim in raro casu per fid matrimonium ratum, & non consumm totum damnum puellæ violatæ resarcie tunc utique locum habet sententia Pontii aliorum apud Dian. *part. 3. tract. 4. re* 203. Et Lug. *disp. 11. Sect. 3. n. 49.* fat nimirùm tunc matrimonium ratum tam imò tunc defloratòr, si Religionem vovit, retur non consummare, sed votum implere Religionem ingredi; sed casus iste erit ra mus. Deniq; consentiunt DD. apud Lugo 32. Etiamsi vir virgini deflorandæ serio pro tens matrimonium sit altioris dignitatis; ve tûs, adhuc eam debere ducere non obstante excessu: quia tunc ratione veræ promis debitus est etiam ille excessus, nisi accedere causa excusans ex infrà enumerandis. Secus dicemus in promissione ficta matrimonii.

599 II. Qui virginem stupravit etiam fide pro mittens matrimonium sine intentione se obli gandi, ac implendi promissum, tenetur ea ducere in conscientia, etiamsi nulla alia p missionis probatio. (Etsi tunc non in foro terno.) Communissima cum D. Th. *in 4.* 48. *a. 2. ad 4.* Sanchez *lib. 1. matrim. disp.* alii passim. Ratio est; quia (præter certissim obligationem ex delicto damni injustè illa quod aliter compensari non possit) adhuc s sistit contractus onerosus innominatus ille; go enim promissione fictâ pro vera accep conditionem suam implevit, & stuprator ill

conditionem, seu usum corporis acceptando, ipso facto de novo censetur consentire in futurum matrimonium, quamtumvis antè fictè promiserit: ergò obligatur ad eam ducendam in conscientia, & ad hoc ipso modo avertenda damna puellæ ex admisso stupro secuta; nec sufficit compensare dote, vel aliâ viâ æquivalenti, quia promissio personalis fuit de danda sua persona: ergò in ipsam personam puella jus acquisivit, & consequenter injuria fieret puellæ, si non ipsa persona, sed aliud, etsi damno æquivalens, daretur. Sicut si tibi jus est in hunc numero equum, non sit justa compensatio in pecunia, vel alio æquivalenti.

Excipe rursus, nisi accedat alia justa causa ex- 600
cusans, ex infrà enumerandis: Et specialiter hic excusat, quandò fœmina se ipsam decepit sciens scilicèt, & advertens promissionem esse fictitiam; ut si tantus excessus dignitatis sit inter stupratorem & fœminam, ut hæc facilè potuisset dignoscere fictionem illam. Item si scivit esse impedimentum dirimens inter ipsos non facilè dispensandum. Item si vir stuprator iis verbis ambiguis utatur, ut facilè appareat illum fingere & velle decipere, ut notant DD. citati omnes, tunc enim misella volens decepta sibi ipsi damnum imputare debet. Insuper etiam, quando fœmina ignoravit illum excessum viri fictè promittentis, non erit is obligandus præcisè ad eam ducendam, sed tantùm ad resarciendum damnum per æquivalens: uti cum aliis docent *Sanchez*

chez & Lugo citt. Tambur. c. 5. §. 3. n. 47. I-
tio est; quia ex una parte non obligatur is c
promissionis, quia ficta & nulla fuit: & ex a
parte, si fœmina excessum illum dignitatis
cognovit, non consensit in copulam viro
ratione tantæ dignitatis: ergo non potest mu
moniũ tam dignum exigere pro copula, sem
enim haberet plùs, quam ei deberetur; sed
ergò si ei alio modo damnum compensetur.

601 III. Deflorator virginis seu vera seu
promissione matrimonii deceptæ tenetur
ducere, non obstante voto castitatis sive p
sive ante illam promissionem emisso, juxta
munem DD. apud cit. Lugo (nec audien
Diana de voto priùs emisso oppositum pro
bile censens *part. 5. tract. 14. resol. 33.*) Ra
est; quia obligatio voti est ex sola gratuita pro
missione, & virtute Religionis tantum; obliga
tio autem promissi matrimonii virgini defloratæ (imò etiam viduæ honestæ & bonæ famæ)
servari debet ex Justitia, eáq; duplici, & ex con
tractu oneroso, ut dictum, & ex delicto injus
damnificationis: atqui ordine Justitiæ debi
onerosa, & debita ex delicto præferenda sunt de
bitis ex promissione gratuita tantum, etiam
DEO, vel Ecclesiæ factæ; in communi
omnium Sententia: ergò, &c. Sicut si centum
florenos v. g. promittas Ecclesiæ, & centum
aureos debeas alteri ex contractu, vel delicto a
teà, vel posteà facto, priùs debes reddere deb
tum ex contractu, vel delicto, quàm solvere vo
tum

tum Ecclesiæ; ita dic in nostro casu proposito. Nec excusabitur semper tunc à matrimonio deflorator ex eo, quòd suum votum fuerit cognitum fœminæ, quia potuit illa credere, illud votum, ut fieri solet, fore dispensandum, quamquàm in nostro casu nulla opus est dispensatione illius voti Castitatis ad contrahendum matrimonium, & debitum reddendum (jam enim audivisti non esse obligationem servandi hæc vota in concurrentia dictæ promissionis matrimonii, idque in favorem virginis violatæ) sed solum ad hoc, ut vir possit petere debitum, & post mortem uxoris aliam ducere.

IV. Causæ porrò excusantes, ut deflorator non teneatur ducere puellam defloratam, seu verâ, seu fictâ promissione matrimonii inductam, vel deceptam, sunt sequentes. 602

I. Si superveniat impedimentum dirimens indispensabile: Ut si deflorator posteà aliam duxit uxorem, si Religionem professus est: nam ad impossibile nemo tenetur. Si verò supervenit impedimentum dirimens dispensabile v. g. affinitas ex alia copula cum consanguinea illius puellæ, certè tenebitur dispensationem implorare deflorator; quia debitor semper tenetur adhibere media saltem ordinaria ad solvendum debitum creditori: eodémque modo dicendum, si tale impedimentum dirimens præcessit promissionem stupratoris. Vide Sanchez *lib. 1. de matrimon. disp.* 10. & *lib.* 5. *disp.* 5. Tambur. §. 5.

n. 27. Et generatim dicta suprà *c.* 1. *De ... dissolvendi Sponsalia à n.* 232.

II. Causa excusans est, si ex tali matri... prævidetur vel probabiliter timetur ori... magnum scandalum, vel malus exitus tali... trimonii; sicut enim hæc dissolvunt spon... ita etiam promissionem matrimonii in ... casu. Lege eundem Sanchez *cit. lib.* 1. *d...*

III. Causa excusans est, si fœmina de... posteà fornicetur cum alio; vel simile qu... gnum divortiô committat. Si enim hæ... trimoniô jam contractô separationem ... dit, multò magis concedet non contractô.

IV. Causa excusans est, si virginem se fi... na finxit, tunc enim fiet compensatio, ... fœmina virum promittentem matrimo... decepit fingendo se esse intactam, sic & ... lit non servando promissionem matrimon... ctam. Quòdsi vir proprio errore decep... didit eam esse virginem; & ideò etiam ver... seriò promisit matrimonium, adhuc ... erit obligandus ducere; quia ipse virginem ... bat, & sub ea conditione promisit, non ... Neque eo casu, saltem copula manente ... ta, erit aliquod damnum compensandum ... næ jam anteà corruptæ. Ad summum er... debitur ei solvere pretium pro copula ipsi... quam in gratiam viri consensit puella.

V. Causa excusans est, si promittens ma... monium pro usu corporis ipsam copulam ... cunque de causa non obtinuit, sed solum ...

& tactus quantumvis impudicos, cùm enim ipſe promiſerit conjugium propter copulam, ut ſupponitur, non debebit ex ſolis tactibus. At quid ſi ejusmodi oſcula & tactus veniant in cognitionem aliorum cum infamia & damno virginis? Diſtinguendum eſt. Vel enim promiſiſti matrimonium pro copula ſimul & tactibus illis, copulam autem non obtinuiſti, tunc rursùs non obligaberis ad nuptias, cum non ſit adimpleta principalis conditio: obligaberis tamen puellæ compenſare damnum, ut ex ſe patet: vel promiſiſti ſeriò matrimonium pro ſolis illis oſculis & tactibus impudicis: & tunc Tambur. *cit. n.* 41. cenſet te obligari ad eam ducendam propter pactum initum. Secùs dicendum, ſi fictè ſolùm promiſiſti, juxta dicta *N. I. & II.*

VI. Cauſa excuſans defloratorem, ſeu verè ſeu fictè matrimonium promiſerit, eſt, ſi is quidem velit puellam defloratam ducere, ſed ipſa jam renuat: tunc enim ſimpliciter nihil debebit puellæ, cùm ille matrimonium tantùm promiſerit, & nihil aliud. Ex communi Lugo *diſp.* 14. *Sect.* 3. *n.* 28. Excepto tamen uno caſu, quando deflorator finxit ſe melioris notabiliter conditionis, quàm ſit mulier tunc enim puella decepta modò indignum compertum jure reſpuit; ergò tunc deceptor tenebitur ei damnum ratione deceptionis reſarcire. At quid ſi puella quidem non renuat ipſi nubere, ſed abnuant efficaciter parentes? *Navarr. Sylveſt.* alii apud *Sanchez* citand. non improbabiliter obligant

adhuc ſtupratorem ad aliâ viâ compenſan
damna puellæ; quia æquum non videtur virg
nem ſine ſua culpa incompenſatam manere.
certè æquè & magis probabiliter ipſe San
lib. I. diſp. II. n. 15. & Lugo *cit. n. 29.* cu
aliis docent etiam tunc ad nihil obligari ſtup
torem, quia ipſe ſolùm obligatur ad id, q
verè, vel fictè promiſit: atqui ſolùm conjeg
promiſit, & nihil aliud: ergò ad hoc tantùm
netur, & ad nihil aliud.

Nota tamen ad dicta in iſta cauſa excuſan
ſi ſtuprator vel parentes inducere poſſit ad co
ſenſum vel per ſe, vel per interpoſitam per
nam, obligari ipſum ad eorum conſenſum obt
nendum; quia qui aliquid promittit, etiam im
plicitè promittit adhibere ordinaria remedia
implendam promiſſionem ſuam.

§. V.

Appendix.

De raptu & oppreſſione violenta.

603 *Raptus eſt violenta abductio fœmin*
ſonæ cujusdam de loco ad locum ad exer
dam libidinem; quo patet differentia à ſtup
nam ſtuprum ſolùm fit cum virgine invita,
cum ſola violentia, vel fraude; raptus aute
cum quacunque fœmina, etiam viduâ, co
jugata, aliàs corruptâ, imò & puero (qui rapt
omnium damnatiſſimus) & præter violentia
addit abductionem de loco ad locum. Un
vides raptum virginis ſecuto turpi effectu,
mil

nisi valdè accidentaliter differre à stupro, & eadem prorsùs ratione culpæ & obligationi restitutionis obnoxium esse, juxta omnia dicta hac Sectione. Differt etiam raptus hîc definitus à raptu, prout est impedimentum dirimens matrimonium jure novo Concilii Tridentini. Et *est abductio violenta puellæ cujusvis è domo vel potestate paternâ, vel quasi paternâ ad alium locum ad contrahendum matrimonium sub potestate raptoris*; de quo jam suo loco c. 1. actum.

Culpa & pœna raptoris.

RAptus est peccatum mortale luxuriæ spe-604
ciale: nam ultrà malitiam fornicationis contrà virtutem continentiæ, addit specialem malitiam violentiæ contra Justitiam; gravissimam enim injuriam infert raptor, sicut & quilibet violentus stuprator, seu oppressor fœminæ, seu virginis, seu non virginis, ipsam contra voluntatem suam violenter cogendo ad exercendam libidinem, esto illa constanter involuntaria (quod tamen valdè rarum, ut mox audies) non formaliter, sed materialiter tantùm peccet, ideóque hoc peccatum & circumstantiam raptûs, seu violentiæ in quocunq; actu libidinoso cum alia persona in confessione necessariò explicandam esse, quippe speciem mutantem, apud omnes in confesso est.

Pœnæ raptoris tum in sacris Canonibus, tum in Concil. Trident. *Sess. 24. c. 6. De reformat. Matrim.* decretæ hæ sunt. 1. Ut raptor alienæ

ſponſæ publicâ pœnitentiâ puniatur. 2. idem non poſſit ampliùs cum ulla alia matrimonium contrahere. Hinc raptus numeratur inter impedimenta criminis impedientia tantùm matrimonium, ſed hodie conſuetudine abrogata. 3. Ut tùm ipſe raptor, tùm ejus adjutores ipſo facto excommunicati ex Trident. cit. Ex eodem, ut donec rapta eſt in poteſtate raptoris, non poſſit inter illos validè contrahi matrimonium, de quo ſuo loco. Pœna capitis, aliæ civiles nihil ad nos.

Specialia quoad fœminam raptam, vel oppreſſam.

605 FOemina vel perſona quævis rapta, vel vi oppreſſa, ſicut & virgo violenter ſtuprata, ad hoc ut ipſa ſit innocens à culpa & omni peccato immunis maneat, duo neceſſariò requiruntur. 1. Conſtans & efficax voluntas contraria, ut demirùm omnem conſenſum in illud opus impurum ejúsq; delectationem conſtanter excludat; quamprimùm enim quocunque modo conſenſerit, jam ceſſavit violentia, & incipiet voluntarium atque peccatum: nam ut optimè notat D. Thomas 1. 2. *q.* 6. *a.* 5. *Licèt, qui nolens patitur, non conferat agendo, confert tamen volendo patienti.* 2. Eſt, ut etiam efficaciter reſiſtat poſitivè, impediat exteriùs motu, agitatione, totoque conniſu corporis, etiam clamando, ſi ſpes ſubſidii impetrandi, quantùm utiliter poteſt, & rationabiliter debet, alioquin eo ipſo, quo quan-

tum

tùm potest & debet, non impedit, censebitur saltem interpretativè consentire, adeóque peccare: ideò enim *Exod.* 22. stuprata in domo jubetur lapidari, in agro non; quia nimirùm in domo utiliter clamare potuisset & debuisset, quod cùm non fecerit, spontè consensisse meritò præsumitur. Et sanè hoc ipso, si quieta permaneat, jam cooperatur peccato alterius (esto certissima esset se propriæ delectationi non consensuram) nihil enim ille alter à fœmina quærit, quàm ut quieta & accomoda congressum suum admittat. Quòd si propter suum motum & resistentiam semen viri dispergatur, invadenti imputabitur, non ipsi jure resistenti. Et rectè monet *Layman* mox citand. ipsam quamvis viro seminante, tamen quantùm potest, suæ seminationi resistere debere, nec posse voluntariè seminare, quia ad id nullum jus habet. *Dixi* autem: *quantùm utiliter potest, & rationabiliter debet*, utique sine periculo vitæ, vel famæ suæ, neque enim tunc tenetur invadentem occidere, mutilare, vel vulnerare, esto jure possit, sed retenta constanti voluntate contraria, passivè se habere potest: ut alibi de injusto aggressore dixi. Quando ergò fœmina vel simpliciter, vel ita rationabiliter resistere non potest, consensu constanter excluso, utique à peccato immunis erit; juxta communem DD. & optimè Toletus *lib.* 5. *c.* 11. *n.* 12. dicens: Si fœmina cogeretur ad turpem actum, dummodò ista interiùs non consentiat actui, quamvis pateretur ab altero, & sentiret

etiam delectationem, sed sine consensu in ipsam non peccabit, nam agens absque consensu non agit, cum consensu autem est mortale. Tolet.

Ex quibus vides rarum esse miraculum, fœminam raptam vel oppressã violenter manere illibatam ab omni culpa: *mulierem fortem quis inveniet?* Uudè sapienter monet Lugo *disp.* 10. *sect.* 2. *n.* 199. his verbis: In praxi difficulter credendum esse violentam oppressionem esse absq; omni culpa ex parte fœminæ, rarissimum enim est, quòd si velit, non possit aliquo modo resistere, ut violentiam impediat, sed ob metum, ob animi imbecilitatem, & aliquando etiam ob latentem lasciviæ affectum, quem manifestare erubescunt, consentiunt fœminæ, saltem invitè, qui tamen consensus, licèt ex parte involuntarius sit, sufficit ad peccatum grave: quem consensum, fœdum & congressum ipsum, debuisset virili fortitudine impedire; Et rarissimè contingit virum delectationem turpem ab invita omninò & reluctante capere velle. *Hæc Lugo.*

605 *Petes* hîc incidenter, quale peccatum sit copula (de pollutione dicam infrà suo loco) habita cum fœminâ (vel etiam masculo) dormiente, plenè ebriâ, sensibus destitutâ, aut per potionem medicam mente motâ &c supponoque quòd ipsa anteà mentis compos, vigilans, &c. in id non consenserit ullo modo, vel nec providerit? *Respondetur.* Non esse quidem proprie raptum, ad quem requiritur violenta abductio

loco

loco ad locum, ut alia taceam, & indicat Diana *part. 9. tract. 8. resol. 2.* Nec consequenter raptûs pœnis subjectum; attamen præter fornicationis, aut alterius speciei luxuriæ malitiam esse speciale peccatum contrà Justitiam; quia etiamsi ea copula non sit cum vi, vel violentiâ, certè tamen est cum insigni fraude, adeòq; cum malitia contrà Justitiam, ac proin speciatim in confessione aperienda. Sic Tamburin. *citat. §. 2. num.* 17.

SECTIO III.

De Incestu.

SUMMARIUM.

607. Incestus quid?
608. Quæ ejus malitia?
609. Probabiliter omnes incestus sive inter consanguineos, sive affines, in quocunque gradu, vel linea, sunt ejusdem speciei.
610. In incestu inter consanguineos explicandus est primus, & secundus gradus.
611. Inter affines primus.
612. Incestus in cognatione legali, & spirituali gradus quadruplex.
613. Quale peccatum?

INcestus est peccatum luxuriæ commissum cum persona conjuncta. 607 Aliàs dicitur *concubitus illicitus inter personas consanguineas, vel affines usque ad 4. gradum*; sed nimis arcta definito. Incestus enim non concubitum illicitum solùm, sed quodvis peccatum luxuriæ, etiam mollitiem, impudicos tactus, oscula, &c.

inter

inter personas conjunctas continet, ea circu-
stantia in confessione necessariò explicanda; u
inter conjunctas consanguinitate, vel affini
tantùm, sed etiam spirituali, vel legali cogn
tione, & publica honestate, ut patebit.

§. I.

Malitia,

608 INcestum esse peccatum mortale gravi-
mum, nimis certum est; indè enim *Lev.* 20. pœna mortis decernitur incestuosis in o
nibus ferè gradibus cum addito: *quia nefa
scelus, tantum nefas commiserit.* Et Apo
lus 1. *ad Corinth.* 5. horrendè exaggerat inc
stum cujusdam cum noverca, seu uxore pa
sui; *omninò auditur inter vos fornicatio, qua
nec inter gentes.* Ratio; quia incestus prae
peccatum mortale fornicationis, aut adulte
speciei luxuriæ specialem addit, & continet ma
litiam & speciem peccati contrà virtutem pie-
tatis, ac reverentiæ naturali jure debitam perso-
nis conjunctis, ac jure sanguinis: quia enim co
sanguinei aut sunt ipsi principium nostrum, u
parentes, aliique ascendentes, aut fundantur
principio ortûs nostri, sicque nobiscum refer
tur ad principium ortûs nostri, ut omnes co
sanguinei & affines, ideo ipso naturali instinc
& jure naturæ debetur eis à nobis specialis rev
rentia, cui directè repugnat actus generationis
ut exemplis à natura petitis pulchrè ostendi
Lessius *lib. 2. De justitia. c. 10. dub. 11.*

Diff

Difficultas hîc tota est ex opinionum varietate de diversitate peccati incestûs ex distinctione conjunctionum & graduum, utrum nimirùm incestus factus in consanguinitate differat specie ab incestu facto in affinitate, aut alia conjunctione. Item an incestus factus in uno gradu & linea talis conjunctionis differat ab incestu facto in alio gradu, & linea consanguinitatis vel affinitatis, & ideò in confessione necessariò explicandum sit, in qua conjunctione, & in quo gradu & linea incestus factus sit. Communis & tutior sententia est affirmativa. Sed sit

RESOLUTIO.

PRobabilis opinio est omnes incestus factos 609
sive inter consanguineos, sive inter affines, & in quocunque gradu & lineâ esse ejusdem speciei; atque adeò illam diversitatem, conjunctionem, & gradum non esse necessariò explicandum in confessione, ut sufficiat dicere: *commisi incestum.* Ita citandi. Quare 1. incestum inter consanguineos & affines non differre specie in genere moris, docet ipse S. Thomas 2. 2. q. 154. a. 9. Cajetan. *ibidem*, & alii cum *Nugno.* 2. Similiter incestus in uno gradu utriusvis lineæ non differre specie ab incestu in alio gradu & linea, cum *Nugno* & aliis docet Filluc. *tract.* 20. *c.* 5. *n.* 97. dicens, esse opinionem *D. Thomæ, Cajetani, Soti*, & vere Thomistarum. 3. Ideóque non necessariò esse explicandum in confessione probabiliter docent varii, eósq; citat

tat Diana *part. 1. tract. 7. resolut. 31.* Ra
omnium est; quia in omnibus istis una & ea
species & deformitas est contra eandem vir
tem Pietatis, & reverentiæ debitæ conjunc
neque enim illa diversitas conjunctionis con
guinitatis & affinitatis ac graduum diversor
quidquam aliud afferunt, nisi majorem & mi
rem conjunctionem: magis & minus aute
non variant speciem etiam in re morali, nisi
liundè probetur esse contrà particularem virt
tem, vel contrà speciale rationis dictamen, qu
hîc invenire difficile est; similiter quòd copu
in tali conjunctione & gradu aliquando illic
sit ex natura rei intrinsecè, ut in primo grad
consanguinitatis; aliquando vero tantum
præcepto Ecclesiæ, ut in cæteris omnibus: s
hoc autem nihil specie diversum necessariò in
fertur; nam præceptum Superioris aliquid pra
cipientis ponit materiam præceptam *in eadem*
specie virtutis, ratione cujus seu ex cujus motiv
vo illam præcipit: nunc autem Ecclesia prohi
bet congressum in illis conjunctionibus & gra
dibus propter eandem Pietatis virtutem & re
verentiam conjunctis debitam: ergò manet eadem
dem speciei transgressio. Cùm igitur ulterius
probabilis sit sententia plurimorun & gravium
DD. in materia de pœnitentia relata, circumstan
tias speciem non mutantes, sed intra eandem
speciem aggravantes tantùm, non esse necessa
riò explicandas in confessione, manet sanè pro
babile, etiam in incestu non esse necessario
ex-

explicandam illam diversam qualitatem conjunctionum & graduum; adeò ut si in quavis conjunctione, & quovis gradu, etiam primo consanguinitatis rectæ & transversæ lineæ v. g. cum matre vel sorore propria quis peccavit, sufficit in confessione dicere: commisi incestum; peccavi cum persona conjuncta toties. Et certe si pœnitens hanc probabilem sententiam secutus nolit se amplius explicare, tenebitur etiam confessarius se eidem conformando, absolutionem ei impertiri juxtà dicta suo loco. At verò non sufficit sistendo in nostra communi probabiliori & tutiori, sententia ibidem asserta & probata, nimirùm: etiam circumstantias aggravantes tantum, notabiliter augentes malitiam substantialis actûs, ideóque valde alterantes judicium sacramentale esse necessariò explicandas in confessione. Pro hujus intelligentiâ nunc breviter percurramus incestus singularum conjunctionum & graduum.

§. II.

Incestus in consanguinitate.

NEcessariò explicandus est primus gradus li- 610
neæ rectæ: hujusmodi meritò omnium gravissimus incestus est patris cum filia, matris cum filio, &c. tam horribilis deformitatis, ut neq; ad tale matrimonium contrahendum in prima necessitate propagationis generis humani divina Sapientia unquam dispensaverit. Et probabilissimè etiam explicandus est secundus gradus, qui-

avi cum nepte, aviæ cum nepote, & eccon
etiam grandis deformitatis nunquàm dispe
tus, & uterque prohibitus distinctissimè *Le*
20. De tertio & quarto gradu vix contingit
sus; & tutò posse omitti consentiunt DD. I
nea autem transversa in nostrâ sententiâ simi
necessariò explicandus est primus gradus,
tris cum sorore jure naturali prohibitus,
quam dispensatus; nisi jure poli in prima
sitate propagationis generis humani. De sec
do gradu sententiæ utrinque probabiles, &
De tertio & quarto gradu non necessariò e
cando ferè consentiunt DD. cùm hi neque
facto affinitatem matrimonium dirimentem
ducant per copulam illicitam, nec auferun
petendi debitum conjugi ità incestuosè a
ranti. Ratio dictorum est; qui licèt diver
illa graduum, & lineæ non adferat diversitate
specificam peccati incestûs; ut dictum est; ta
men nimiùm quantùm augent malitiam sub
stantialem sceleris incestûs, scilicet impietat
& irreverentiæ ergà sanguine junctos, sicut e
longè major debetur reverentia matri, quàm
rori, & sorori, quàm consobrinæ, &c. ità
comparabiliter major & gravior est incestus
lii cum matre, vel filiæ cum patre, quàm
fratres & sorores, & inter hos, quàm inter co
sobrinos, & patrueles, &c. Itaque si pœnitens
cestum nudè confiteatur, solùm interroget co
fessarius, an in primo, vel secundo gradu? de
ro taceat.

§. III.

§. III.

Incestus in affinitate, & honestate publica.

IN incestu, seu concubitu illicito inter per- 611
sonas affines in communi nostrâ sententiâ necessariò explicandus est primus gradus, & lineæ rectæ, ut inter patrem & privignam; matrem & privignum; aut econtrà inter filium & novercam; filiam & vitricum; & probabilissimè etiam transversæ, ut inter fratrem & uxorem fratris, qui specialiter prohibentur jure divino *Levit.* 20. eâ phrasi: *non revelandi turpitudinem patris, vel fratris sui.* Non item secundus gradus, etsi graviter prohibitus jure Ecclesiæ: minùs tertius, & quartus gradus. Quare in omnibus sufficit dicere: *commisi incestum, vel peccavi cum affine extra primum gradum.* Cæterùm (jam alibi audisti) quando conjux incestum, vel adulterium commisit cum consanguinea persona conjugis in primo & secundo gradu, & copulâ completâ, incestuosus duas pœnas ipso juro incurrit. 1. Amittit jus petendi debitum, de quo suo loco. 2. Etiam post mortem conjugis non potest matrimonium contrahere cum ulla alia persona, secundum Canones antiquos, quod etiam numeratur inter impedimenta criminis impedientia tantùm matrimonii. Sed certè id ampliùs non est in usu: ut ex *Navarro*, & aliis notat Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 17. *n.* 8. quando quis peccat aut-

cum consanguinea in primo gradu sponsæ futuro, &c. aut cum consanguinea sponsi verba de præsenti in matrimonio rato tant usque ad quartum gradum inclusivè, etsi non ibi affinitas, cùm nulla ibi copula interven ut supponimus: certum tamen erit commi re speciale peccatum incestûs carnalis, ut p alios bene probat Lugo *sect. 6. citat.* est enim talis copula pro conjugio prohibita gravi ab Ecclesia propter eandem reverentiam c junctis debitam, constituendo in ea impedi tum dirimens publicæ honestatis: quare ut speciale peccatum incestûs necessariò explica dum erit in confessione, ut non sufficiat fo vel fornicationem tantùm, vel adulterium t tum. An verò etiam necessariò explicari debe gradus, vel qualitas personæ, cum qua peccat puta, utrum cum matre, vel sorore, vel filia spon sæ, aut econtrà cum patre, vel fratre, vel filio sponsi, sic de cæteris dic eodem modo (ut de prà de consanguinitate) omninò probabilius & tutiùs, quòd sic; nec improbabile, quòd non

§. IV.

Incestus in cognatione legali, & spiritu

612 QUi peccat carnaliter cum persona conjecta cognatione legali (cujus quadruplex est gradus. 1. Inter adoptantem personam adoptatam, ejúsque descendentes. 2. Inter adoptatum & filios legitimos adoptantis. 3. Inter uxorem adoptati, & ipsum adoptantem. 4.

ter uxorem adoptantis & adoptatum.) sine dubio committit speciale peccatum incestûs, ut tale necessariò confitendum, cùm inter easdem personas, ob sæpè dictam reverentiam conjunctis debitam, Ecclesia constituat impedimentum dirimens matrimonium. Utrùm autem incestus iste sit explicandus, ut distinctum peccatum ab aliis incestibus suprà dictis; & an etiam explicari debeat illa modò dicta diversitas graduum seu personarum? rursùs probabiliùs ac tutiùs, quòd sic; & satis probabile, quòd non.

Qui autem peccat cum persona conjuncta 613
cognatione spirituali contractâ ex Sacramento Baptismi, & Confirmationis (cujus duplex est gradus, seu species, *Paternitas Spiritualis* inter baptizantem, & confirmantem. Item inter patrinos ex una parte, & baptizatum & confirmatum ex altera parte; & *compaternitas spiritualis* inter eosdem, baptizantem & confirmantem, ac patrinos ex una, ac parentes baptizati, vel confirmati ex altera parte; nam *fraternitas spiritualis*, inter baptizatum & confirmatum, & filios baptizantis, vel patrinorum exolevit) is omninò committit incestum distinctum ab omnibus prædictis in consanguinitate, affinitate, vel legali cognatione, ideóque specialiter explicandum in confessione; quia addit specialem malitiam irreverentiæ Sacramenti, ratione cujus reducitur ad genus quoddam sacrilegii. Utrum autem etiam explicari debeat, an factum sit ex Sacramento Baptismi, vel Confirmationis: Item

an in paternitate, vel compaternitate? probabilissimum quòd non; quia in omnibus eadem deformitas, non multùm grauior, vel levior. Denique dicta hactenùs de diversitate incestuum confessione explicanda universaliter intelligenda sunt de quocunque peccato externo luxuriæ inter personas taliter conjunctas, non tantùm naturalis concubitûs, sed etiam mollitiei, impudicorum tactuum &c. v. g. qui contrà naturam cognosceret personam conjunctam consanguinitate, affinitate, cognatione Legali, vel Spirituali, non ei sufficeret dicere, se peccasse contrà naturam, sed necessariò explicare debet conjunctionem personæ, ac fateri se incestum sodomiticum commisisse; quia propter reverentiam naturalem propinquis debitam, major malitiam sodomiæ & mollitiei, habet malitiam incestûs, ut benè ostendit Filliuc. *tract. 21. c. 5. n.* 106. Quamvis tale peccatum non impedire matrimonium, cùm nullam inducat affinitatem, ad quam requiritur seminatio intra vas naturale; nec per illud incurrantur pœnæ in incestuosos latæ; quia pœnæ fulminatur contra incestum propriè dictum, id est, cum copula carnali: ait verò rursùs necessariò explicanda sit diversitas conjunctionum & graduum in ejusmodi incestu innaturali? rursùs probabile, quòd non, cùm omnes sint ejusdem speciei, & solùm secundùm magis, & minùs in eadem specie differant: sine dubio autem tutiùs, quòd sic, juxtà jam sæpè repetita.

SECTIO IV.

De Sacrilegio carnali.

SUMMARIUM.

615. *Sacrilegium carnale* personale *quid?*
616. *Ejus tres gradus,*
617. *Habens plura vota castitatis, contra ea peccando, committit unum tantùm sacrilegium.*
618. *Nec probabilissimè in confessione explicari debet votum solemne.*
619. *Sacrilegium* locale *ubi, & quando committatur,*
620. *Quando committatur Sacrilegium carnale reale quoad res sacras?*
621. *Sacrilegium* sollicitationis *in confessione.*
622. *Hujus pœnæ gravissimæ.*

Sacrilegium carnale est peccatum luxuriæ, quo persona, vel res DEO sacra per actum venereum violatur, adeóque præter peccatum luxuriæ cujusvis naturalis, vel innaturalis continet specialem malitiam, seu speciem peccati gravissimam contrà virtutem Religionis, ac cultûs DEO, rebúsque DEO sacris debiti. Et dividitur in *intrinsecum, seu personale*, quo ipsa Persona DEO sacra actu venereo violatur; & *extrinsecum seu locale, vel reale tantùm*, quo per actum venereum solùm locus sacer, vel res aliqua sacra violatur. De quibus ordine. 614

§. I.

Sacrilegium carnale personale,

I. PRopriè & in rigore dicitur concubitus illicitus, seu quodvis peccatum carnis Personæ DEO voto solemni castitatis adstrictæ, & 615

consecratæ, utpotè per professionem Religi-
nis approbatæ, aut per susceptionem Ordinis sa-
cri à Subdiaconatu inclusivè. *Omnes.* Ratio est
quia sacrilegium propriè & in rigore est viola-
tio rei sacræ: res autem sacra propriè dicitur
quæ publica auctoritate & ritu ad cultum Dei
instituta & consecrata est: atqui per solum vo-
tum solemne professionis, vel sacri Ordinis per-
sona publica authoritate Ecclesiæ illud votum
solemniter loco DEI acceptantis consecratur ad
cultum DEI; non item per votum simplex pri-
vatim emissum. Quarè peccatum carnis per-
næ solo voto simplici castitatis adstrictæ, non
quidem est in rigore propriè dictum sacrilegium,
cùm non sit personæ sacræ, est tamen speciale
peccatum contrà virtutem Religionis, & secun-
dum præceptum Decalogi, scilicèt violatio voti
& promissionis sacræ Deo factæ, & ideò necessa-
riò quoque in confessione explicandum, *secun-
dum omnes*; & velut quid imperfectius ad per-
fectum, reducendum ad speciem sacrilegii.

616 II. Sacrilegium carnale committitur in om-
nibus speciebus luxuriæ, & naturalibus, & con-
trà naturam, omnique impudicitia cordis, oris,
aspectûs, tactûs &c. ut hactenùs etiam in ge-
notavimus: Et quatenùs fit per concubitum
seu naturalem, seu innaturalem, ac cum com-
plice, ejus (sicut & adulterii) triplex est gradus.
1. Gradus sacrilegii, cæteris minùs gravis, est
peccatum carnale *personæ non sacræ cum sacra*;
hìc enim non propria, sed aliena persona sacra
viola-

violatur, adeoque est peccatum sacrilegii alienum potiùs, quàm proprium, quippè cooperatio ad peccatum alienum sacrilegii. 2. Gradus gravior priori, est peccatum carnale *personæ sacræ cum non sacra*: hîc enim jam persona propria sacra contra proprium solemne castitatis votum violatur. 3. Omnium gravissimus gradus est, sacrilegii mutui carnalis *personæ sacræ cum sacra*: hîc enim est duplex numero sacrilegium; unum proprium in sua persona contra proprium solemne votum; alterum alienum cooperando ad sacrilegium alterius personæ sacræ: adeóque hæc circumstantia, etsi non sit speciem mutans, est tamen numero multiplicans malitias mortales sacrilegii, cum castitas DEO consecrata in duabus personis violetur, omnium consensu necessariò explicanda est in confessione, sicut & in mutuo adulterio. Cæterùm extrà concubitum in peccato mollitiei, vel impudicis tactibus: Item in inductionibus ad peccatum carnale, quandò non persona sacra, sed alia non sacra violatur: ut si Sacerdos v. g. personam laicam polluat, impudicè tangat, aut ad opus turpe cum alio patrandum inducat, etsi in rigore non sit propriè sacrilegium, ut vult noster *Marchant*, certum tamen est, esse adhuc peccatum contrà votum suum, ideóque necessariò explicandum in confessione: ut *sect. sequenti de mollitie* probabimus.

III. Quandò quis plura vota, seu pluries 617
emisit votum Castitatis: v. g. fecisti votum casti-

tatis ſimplex in ſæculo etiam ſæpius, deinde ſolemne in profeſſione Religionis, etiam ſæpius vel in eadem (ut apud Jeſuitas) vel diverſa Religionis: & rursùs ſolemne in ſuſceptione Ordinis ſacri &c. & poſteà tamen contrà caſtitatem, tot votis DEO adſtrictam, delinquis, committis plura tot diſtincta ſacrilegia, vel peccata, & conſequenter nec in confeſſione ſic diſtincta explicare teneberis, ſed unam tantùm juxtà ſatis communem DD. ſententiam *in materia de peccatis.* Ratio eſt; quia votum ſolemne & ſimplex, itémque votum ſolemne Profeſſionis, ac ſuſceptioni ſacri Ordinis annexum non differunt ſpecie, ſed eſſentialiter ſunt eiusdem rationis, virtutis, ac finis, ut ex communiori optimè probat Sanchez *lib. 7. de matrimoni diſp. 77. num. 27.* Et latius rursùs *lib. 5. moral. ſeu de voto c. 6. num. 14.* Et consequenter etiam violatio voti ſimplicis & ſolemnis utriusvis non differunt ſpecie, imò nec numero in eodem actu, eidémque virtuti Religionis adverſantur: eſto graviùs extenſivè peccatum ſit Religioſi ac Sacerdotis, quàm vel Religioſi tantùm, vel Clerici tantùm, ideóque eo caſu communi Doctorum conſenſu ſufficiet confiteri unum tantùm peccatum ſacrilegij. Sed difficultas & lis eſt, quonam votum in eo ſacrilegii peccato explicandum ſit, ſi Religioſus ſimul & Sacerdos peccet. Communis ſanè ſententia DD. eſt, debere explicari ſaltem votum ſolemne, dicendo v.g.

virile.

violavi votum solemne castitatis : quippè cùjus violatio tantùm propriè constituit peccatum sacrilegij, ut dictum N. I. aut saltem unum in particulari ex istis. Layman *citat. n.* 4. cum aliis contendit explicandum esse votum Religionis, & non sufficere solùm fateri sacrum Ordinem, eo quòd longè gravior videatur violatio voti Religionis, quasi voluntarii & spiritualis matrimonii cum Christo, quàm voti sacro Ordini solùm ex præcepto Ecclesiæ annexi, & implicitè tantùm emissi. Contrà sufficere etiam patefacere sacrum Ordinem solùm, cum aliis contendit noster *Marchant*, omninò probabiliter, & sine dubio in conscientia tutò. Attamen ad tollendos scrupulos dico.

IV. Probabilissimum & tutum est, etsi consultissimum, non tamen necessarium esse in confessione explicare votum solemne, sed in quovis casu sufficere fateri se peccâsse contrà votum castitatis. Ita cum aliis Sanchez *lib.* 7. *De matrim. disp.* 27. *n.* 3. Diana *part.* 1. *tract.* 7. *resolut.* 4. Bassæus *in floribus V. circumstant.* §. 2. Tamburin. *lib.* 7. *Decalog. c.* 2. §. 1. *num.* 4. alii apud ipsos. Ratio est: quia ex una parte jam dictum est, votum solemne quodvis non differre essentialiter & specie à voto simplici, quia utrumque votum eandem virtutem Religionis eodem modo æquè respicit: & esto gravius peccatum sit violatio voti solemnis, quàm simplicis, & inter solemnia fortè voti Professionis, quàm sacri Ordinis tantùm; attamen ex alia 618

parte probabiliſſimum eſt, circumſtantias gravantes tantùm, nec multùm augentes malitiam ſubſtantialem actûs, non eſſe neceſſarium ponendas in confeſſione: ergo ſive voto ſimplici caſtitatis adſtrictus ſis, ſive ſolemni, ſive religioſus, ſive Sacerdos; vel etiam initiatus tantùm, ſive Religioſus & Sacerdos ſimul; aut inſuper, ſi etiam Epiſcopus, ſi Generalis Ordinis, ut habet Sanchez *cit. diſp. 27. num.* (ſecluſo tamen ſpeciali ſcandali peccato) ſufficiésque contrà caſtitatem, ſemper ſufficit fateri peccâſſe contra votum caſtitatis tali modo, nec teneberis manifeſtare, ſi forte non ſcivereris, te aut Religioſum eſſe, aut Sacerdotem, aut Epiſcopum, aut omnia. Similiter econtrà ſi fœmina v.g. peccet cum religioſo, Sacerdote, Diacono, ſatisfaciet dicendo, peccâſſe cum aliquo voto Caſtitatis adſtricto, quam ſententiam probabiliſſimam turò *in praxi* ſequetur confeſſarius; nec in ejusmodi circumſtantiis ſcrupulosè inquirat.

§. II.

Sacrilegium carnale locale, ſeu quoad locum remiſſivè.

691 HOc ſacrilegium ſolùm fit per voluntariam effuſionem ſeminis in loco ſacro (id eſt publica authoritate ad divinum cultum inſtituto, & ab Epiſcopo conſecrato, vel ſaltem benedicto, ut ſunt tantùm Eccleſiæ cum ſuis Cœmiteriis, & Cœmiteria) non tantùm illicitam, ſed etiam

etiam licitam conjugum extrà casum urgentis necessitatis, nec tantùm notoriam (quâ ipsa Ecclesia, vel locus sacer polluitur) secundùm omnes; sed etiam occultam, secundùm communem, & probabiliorem sententiam DD. *Ratio est*; quia ex ipsa institutione Ecclesiæ quàm maximè repugnat sanctitati loci ad divinum cultum consecrati fœda copula ac pollutio carnis; ideóque induit specialem malitiam sacrilegii confessione necessariò explicandam, prout latiùs dictum *p. 2. Decal. c. 10.* ad finem primi præcepti, ubi de sacrilegio universim. Hoc solùm hic addo non esse improbabilem sententiam *Vasq.* & aliorum cum Basilio Pontio. *lib. 10. de matrim. c. 10. num. 15.* copulam vel pollutionem occultam factam in Ecclesia, vel loco sacro, non esse speciale peccatum sacrilegii, nec consequenter in confessione necessariò explicandam circumstantiam illam loci sacri. Ratio ipsorum est; quia in tantùm est sacrilegium, in quantùm polluitur Ecclesia: at non polluitur per occultam copulam, vel pollutionem, &c. Quòd si copula occultè facta in Ecclesia posteà post aliquot dies fiat notoria, polluitur quidem in foro externo Ecclesia, & reconciliatione indiget: at copula præcedens tunc non fuit sacrilega, nec per illam tunc Ecclesia re ipsa fuit violata, ut notat Tambur. *lib. 7. c. 2. §. 1.* Sed ego censeo in praxi per se non esse à communi sententia recedendum. Cæterùm per solos tactus impudicos, aliásve impudicitias cordis, oris, aspectûs, amplexûs,

plexûs, tactûs, &c. imò & per ipsum propo-
tum, condictum, vel procurationem pecca-
carnaliter, saltem si non intendatur peccatu-
loco sacro patrandum, non committi speci-
peccatum sacrilegij, multis citt. docet comm-
niter receptus Sanchez *lib.* 9. *de matrim. d.*
19. *n.* 15. Ratio est; quia ideò committitur
crilegium locale, quia fit aliquid ita repugn-
loco sacro, per quod violatur Ecclesia, si no-
rium sit; illud autem est sola pollutio, seu se-
nis effusio, non item alia impudica. Excipi-
ren meritò *Lugo*, & alii passim, nisi quis e-
modi impudica exerceat in loco sacro cum m-
gna Ecclesiæ irreverentia: ut si meretricem a-
Altare publicè impudicè tangeret, si in sac-
Templo lascivas comœdias exhiberet, &c. n-
enim non esset negandum propriè sacrilegii b-
lus committi: fieret enim gravis irreverentia
vino cultui, ad quem locus sacer deputatus
consecratus est.

§. III.

Sacrilegium carnale reale quoad res sacras.

620 HOc tunc solùm committitur, quando re-
sacra adhibetur, vel usurpatur in ord-
ad peccatum carnale perpetrandum, ut p-
1. Si res sacra quævis, & maximè Sacrifici-
Missæ promittatur, & detur in pretium a-
carnalis; secùs si posteà liberaliter detur in
rum benevolentiæ. An etiam si per obtesta-
nem rei sacræ v. g. amoris DEI, B. Virginis, S-
simæ

simile quid petatur ? 1. Respondetur fore potiùs blasphemiam quàm sacrilegium. 2. Horribiliùs, si res sacra, Sacrificium, Eucharistia, adhibeatur ad conciliandum amorem venereum, præsertim modo magico : leges horrenda apud *Martin. Delrio.* 3. Si Sacerdos gestans S. Eucharistiam carnaliter peccaret, & speciatim eo prætextu cum simulata infirma. Addit non improbabiliter noster *Marchant*, si Sacerdos paramentis sacerdotalibus indutus rem fœdam ageret; quia illa paramenta sacra non minùs, quàm loca sacra divino cultui consecrata per illas fœditates contaminantur, adeóq; illam circumstantiam veram sacrilegii malitiam inducentem esse exponendam in confessione. Et ita in similibus ad hæc facilè reducendis. Cæterùm si cum actu venereo gestentur è collo sacræ Reliquiæ, Agni DEI, calculi, Indulgentiæ, & similes res sacræ, non committi ex eo speciale peccatum sacrilegii meritò cum aliis docet Filliuc. *tract.* 30. *c.* 7. *n.* 129. quia illæ res sacræ tunc planè per accidens se habent ad peccatum carnale; nec indè gravis apparet irreverentia; quin imò conjugatis id sæpè consultum est, & quandóque necessarium ob maleficia avertenda.

§. IV.

Sacrilegium sollicitationis in confessione

HUc tandem spectat gravissima, & damnatissima sacrilegii species. *Sollicitatio ad* 624

tur-

turpia in confessione, vel occasione confessionis; quando scilicet confessarius Sacramento Poenitentiæ abutitur ad peccatum carnale utpote ... in confessionali sub ipsa actione confessionis, aut occasione confessionis, ejúsque prætextu, ... g. apud simulatam infirmam, &c. pœnitentem ad turpia sollicitando, inducendo, impudice tangendo, &c. etiam solo animo, ut peccatum posteà alibi perpetretur; gravissima enim ... verentia infertur Sacramento, eo, ejúsve occasione & prætextu abutendo ad peccatum carnale, sive tunc, sivè posteà perpetrandum, adeóque ... verum sacrilegium in confessione aperiendum.

622 Contrà hujusmodi sacrilegos sollicitatores ... tant gravissimæ Bullæ Pii IV. & Gregorii XV. ... qui ita decernit: *Qui ad inhonesta sive ... sese, sive cum aliis, vel quomodolibet ... petranda in actu Sacramentali confessionis, sivè anteà, vel posteà immediate, sive occasione vel prætextu confessionis hujusmodi, etiam confessione non secutâ; sive ... occasionem in confessionario, aut in loco quocunque, ubi confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam ... lecto, simulantes ibidem confessiones audire* *(Nota benè: Adeóque etiam in domo lecto apud simulatam infirmam, &c.) *sollicitare, ... procurare tentaverit, aut cum eis illicita aut inhonestos sermones, sive tactus habuerint, in officio ut infra, puniantur.* Et, enormatis gravissimis pœnis à judice infligendis ...

degradationem, &c. etiam ad testimonium singulare unius personæ sollicitatæ cum aliquibus præsumptionibus, mandat Pontifex confessariis, ut moneant suas pœnitentes ita sollicitatas obligationis suæ denuntiandi sollicitatores Ordinario, vel Visitatori, quæ quidem obligatio personarum sollicitatarum est sub pœna excomunicationis. Sed in nostris partibus in tanto rigore Bulla non est usu recepta, ut notant DD. Germani omnes. Certè difficile esset in Germania honestis matronis, vel puellis id onus imponere: prudentiæ ergò Confessarij relinquitur tam grande malum impedire.

Denique confessarius extrà omnem ordinem, respectum, vel occasionem ad confessionem, vel confessionale, peccans carnaliter cum filia confessionis etiam ordinaria, & si ex parte sua, ut Sacerdos, sacrilegium personale committat, non tamen ex parte complicis committit speciale sacrilegii peccatum, sed neque incestus alicujus, sed simplicem fornicationem: Quare ex hac parte satis erit confiteri, se fornicatum esse; ut ex communi *Sanchez*, *Layman.* aliis habet Filliuc. *cit. tract. 30. cap. 5. num.* 105. Ratio est; quia administratio Sacramenti Pœnitentiæ etiam ordinariè facta certæ personæ, nec personam illam sacram efficit, neque ullam cognationem specialem ullo jure inducit: ergò non est, undè habeatur specialis malitia ex parte ipsius. 623

SE-

SECTIO V.

De peccatis contrà naturam.

SUMMARIA.

624. Peccatum contra naturam quid & quotuplex?
625. Quid & quale peccatum bestialitas?
626. Quid Sodomia perfecta?
627. Quid imperfecta?
628. Quid & quotuplex mollities?
629. Mollities seu pollutio qualificata I. ex parte obiecti cogitati.
630. II. Ex parte personæ pollutæ.
631 III. Ex parte cooperantis vel complicis (quæ, quanta peccata? quando & qualiter explicanda in confessione) Item
636. IV. Ex parte instrumenti adhibiti animati. 638. Vel inanimati 639. Cum fœmina mortua, statua &c.
640. Pollutio directè voluntaria semper est peccatum mortale.
641. Nunquam licita.
642. An liceat eam involuntariè ortam permittere?
643. Aut semen jam corruptum directè expellere?
645. Pollutio inderectè tantùm voluntaria ex causa vel actione aliqua quando & quantum peccatum?
646. Mortalis est, si causa ejus prævisa est mortalis de genere luxuriæ.
647. Ut sunt v. g. impuræ cogitationes, imaginationes, desideria, tactus, amplexus, &c.
648. Si verò causa ejus est solùm venialis, etiam pollutio secuta, sed non intenta, secluso periculo consensus, tantùm venialis est.
649. Quale peccatum, si prævideatur secutura ex ebrietate, nimio cibo, potu &c.
650. Vel ex alia actione de se honesta, & licita?

651. Qu

651. *Quid de pollutione involuntaria in somnis facta?* Usque ad n. 658.

658. *Quid de distillatione & commotione libidinosa?*

660. *Et noa libidinosa?*

PEccatum carnale contrà naturam dicitur omnis actus libidinosus pervertens ordinem actûs carnalis à natura institutum & aptum ad generationem; seu est omne peccatum carnale, ex quo non potest sequi generatio. Ordo autem naturalis actus venerei apti ad generationem necessariò quatuor requirit, nimirùm, ut fiat cum conjunctione duorum *ejusdem speciei; diversi sexûs; in vase debito; & servato debito modo.* Ex horum singulorum defectu 4. sunt species peccati contrà naturum. 1. Bestialitas, quâ non servatur debita species. 2. Sodomia perfecta, quâ non servatur debitus sexus. 3. Sodomia imperfecta, quâ servatur quidem debitus sexus diversus, sed non vas debitum. 4. Mollities, quâ non servatur conjunctio duorum, sed in se ipso, vel alio, absque copula provocatur pollutio. Quamvis autem hæ 4. species fortè physicè non differant, quia omnes prodigunt semen sine spe generationis, certum tamen est differre moraliter in recta hominum æstimatione ob dictas turpitudines, adeóque ut distincta peccata esse aperienda in confessione, nec sufficere dicere generatim: *peccavi contrà naturam*; quia inter propositiones damnatas sub Alexandro VII. est & hæc: *Mollities non differt specie à bestialitate.* Quintam aliqui addunt spe- 624

ciem *concubitum innaturalem*, quâ non ser-
vatur debitus modus copulæ: sed id vel veniale
tantùm est, vel si mortale, necessariò reducitur
ad alia peccata contrà naturam aut mollitiem, aut
Sodomiam saltem inchoatam: de quo satis dixi
cap. 2. de debito modo copulæ inter conjuges.
Tres priores species nefandas strictim percur-
ram: in quarta, heu in omni statu nimis frequen-
ti! necessariò plusculis inhærendum erit.

Bestialitas.

625 EST concubitus hominis cum bruto, sive
passivè, sive activè. Horrendum scelus
de quo Levit. 20. *Qui cum jumento, vel pe-
core coieret, morte moriatur, pecus quoque
occidatur; mulier quæ succubuerit cuilibet
jumento, simul interficiatur cum eo.* Pœna
etiam civilis vivi comburij satis ostendit atroci-
tatem sceleris; in hoc tamen scelere confitendo
non est necessarium explicare speciem animalis
complicis, an fuerit equus, asinus, vacca, &c.
semper enim est eadem in specie mortalis defor-
mitas. Universaliùs tamen à *D. Thoma* & aliis
definitur bestialitas *peccatum contrà naturam,
qua homo concumbit cum re animata di-
versæ speciei*; ut nimirùm etiam comprehendan-
tur infandi coitus sagarum & magorũ cum dæ-
monibus incubis vel succubis, præter peccatum
contrà naturam, etiam speciale peccatum contra
Religionem, scil. societatis & commercii nefandi
cum dæmone, DEI nostrúmque omnium ne-
quis

quissimo inimico, continentes, ideóque sine dubio id necessariò explicandum in confessione: ut ex communi notat Filliuc. *tract.* 10. *c.* 8, *n.* 162. Insuper etiam exprimi in confessione debet, an dæmon fuerit sub forma fœminæ vel viri, an sub forma talis consanguineæ, conjugatæ, monialis, &c. Quia tunc præter bestialitatem diabolicam additur affectus ad talem personam, distinctam specie malitiam adferens, utpotè incestûs, adulterii, &c. ubi ibidem notat Filliuc. Cætera quæ huc facilè possunt reduci, indicabo infrà de mollitie.

Sodomia perfecta.

626 EST concubitus damnatissimus ad sexum indebitum scilicet maris cum mare, aut fœminæ cum fœmina, adeóque eo concubitu nec debitus sexus, nec debitum vas servatur: in hoc horrendo scelere committendo non satis est dicere simpliciter: *Commisi sodomiam, vel sodomiticè peccavi*; sed necesse est exprimere etiam, an fuerit agens, vel patiens: quia agens committit pollutionem, quam patiens qua talis non committit. *Bonacina*, alii communiter cum Lugo *disp.* 16. *l.* 7. *Sect.* 5, *n.* 257. contrà Diana. *supra*, alios apud ipsum. Non tamen necessariò exprimendum videtur, an pollutio facta fuerit intra illud vas præposterum, an extrà exipersum, ut benè notat Tambur. §. 3. *n.* 3. Ratio est; quia ratio & formalis malitia constituens sodomiam, sumitur ex motivo concumbendi ad

indebitum sexum, & non ex immissione seminis in vas præposterum, alioquin fœmina cum fœmina non committeret propriam Sodomiam, cùm nullum immittant semen in vas præposterum, sed solùm concumbunt, & commiscetur cum pollutione ex affectu solùm se polluendi, & explendæ libidinis gratiâ, tunc tantùm esset mollities, &c. Vide citatos.

Sodomia imperfecta.

627 EST peccatum contra naturam, quo servatur sexu quidem viri & fœminæ, non servatur tamen vas debitum: cùm scilicet vir cum fœmina commiscetur extrà vas naturale in vase innaturali præposteró. Differt specie à Sodomiâ perfecta: hæc enim procedit ex affectu ad indebitum sexum, adeóque nec sexum, nec vas naturale servat: imperfecta autem est quidem ad debitum sexum, attamen ad indebitum & innaturale vas: ideóq; speciatim in confessione explicandum. Etsi fiat inter conjugatos, est insuper peccatum speciale formalis adulterii, ut suo loco dictum.

Quid autem dicendum, sit vir se polluat inter alias partes fœminæ? &c. commodiùs dicetur inferiùs de mollitie. Hoc solùm obiter notandum quandò vir & fœmina, ita commiscentes se polluunt extra vas: siquidem fiat ex affectu ad personam ipsam (uti ordinariè fit) spectat ad copulam fornicariam, adulterinam, incestuosam &c. prout fuerit persona; si autem fiat ex affectu

affectu ad præpostéras partes, erit Sodomia imperfecta, de qua agimus: si denique fiat sine concubitu, vel conjunctione aliqua, sed merè ad explendam libidinem, est mollities, adeóque singula per se loquendo explicanda erunt in confessione: at certè non examinanda à confessario, ut generatim infrà in fine monebo. Cæterùm id etiam hîc obiter notandum, quòd pœnæ, excommunicationes, & aliæ latæ contra Sodomitas; itémque reservatio hujus peccati, utpotè odiosæ & strictè interpretandæ, solùm comprehendant Sodomiam perfectam masculi cum masculo, non hanc imperfectam viri cum fœmina, uti communiter observant DD. *Bonacina*, alii apud Tamburin. *citat. c. 7. §. 3. & 6.*

Mollities.

628 EST pollutio voluntaria sine conjunctione corporum; seu ut definit S. Thom. *Est peccatum contrà naturam, quo voluntaria pollutio in se, vel in alio quæritur, & procuratur extrà concubitum solius voluptatis gratiâ, seu causâ captandæ, & explendæ delectationis venereæ*; quod additur, quia si pollutio procuretur non voluptatis gratiâ, sed ob aliam causam, vel finem, v. g. sanitatis, mollities propriè non erit, erit tamen adhuc peccatum contrà naturam, ut patebit. Mollitiem ut sic esse peccatum mortale certissimum est, tum ex fide, & lege Divina positiva 1. ad Corinth. 6. *nolite errare, neque mol-*

les Regnum DEI possidebunt. Ad Galat 5. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia &c. qui talia agunt, Regnum DEI non consequentur.* Item ad Ephes. 5. Tum ex lege naturali ordinante effusionem voluntariam seminis solummodò & præcisè fieri vase naturali debito, & apto ad generationem. Ratio hujus certissimæ veritatis potissima attenditur: quia si ejusmodi pollutio esset licita, & item non graviter prohibita, impediretur matrimonii conjugii tam necessarius in mundo, quandoquidem homines ea sola voluptate contenti forent, nec conjugiis plerumque tam molestis vacare vellent. Accedit: si fornicatio est jure naturæ illicita, & intrinsecè mala, multò magis erit pollutio, quâ prorsùs prodigitur semen, & impeditur generatio contrà unicum à natura intentum finem, jure naturæ illicita, & intrinsecè mala erit, & ita quidem, ut eam directè quærere vel procurare nulla ratione vel causa licere possit, ut videbimus §. 2.

Mollities seu pollutio variè dividi potest: nam ex parte actûs dividitur in *perfectam*, qua integra & ordinaria fit effusio seminis apti ad generationem; & *imperfectam*, quæ *diffluxus* dicitur, de qua aliquid in fine: Et *inchoatam*, quæ est ipsa alteratio partis verendæ per motum humoris spermatici, & spirituum generativorum servientium, in qua consistit ipsa delectatio venerea, de qua *sect. sequent.* Dein ex parte voluntarii pollutio dividitur in *voluntariam directe*

& in se intentam, vel procuratam: & *voluntariam indirectè* in sua causa tantùm posita, vel non ablatâ; & *omninò involuntariam*, quæ scilicèt præter omnem voluntatem sequitur ex aliis causis intrinsecis, vel extrinsecis, præsertim in somnis. De quibus omnibus distinctis §§. Tandem principaliter pollutio dividitur in *simplicem*, & *qualificatam*. *Simplex* dicitur, quæ nullam habet aliam adjunctam malitiam ex parte personæ, objecti &c. ut si solutus laicus se ipsum polluat sistens in sola propriâ delectatione morosa, vel libidinosa. *Qualificata* dicitur pollutio, quæ habet adjunctam aliam malitiam, vel ex parte objecti cogitati, vel ex parte personæ pollutæ, vel cooperantis ad illam, vel instrumenti adhibiti. Percurramus breviter singula.

§. I.

Mollities qualificata.

I. *Ex parte objecti cogitati*

QUi se ipsum polluens imaginatur sibi ali- 629
am personam carnaliter dilectam, aut efficaciter desiderando eam hic & nunc præsentem habere, aut morosè solùm delectando se in imaginatione alterius personæ quasi præsentis, & complicis, omnium consensu tenetur in confessione explicare circumstantiam illius personæ cogitatæ & concupitæ, an soluta, ligata, consanguinea, sacra, masculus &c. Talis

enim consentit verè in fornicationem, adulte-
um, incestum, sacrilegium, vel Sodomiam, ad-
que contrahit eandem malitiam, quam
gitat, Quòd si se polluens cogitet de fœm
abstractè, in genere, in confuso, aut quidem
ligata v. g. sed solùm apprehensa, ut fœm
formosa, abstrahendo à qualitate personæ,
bet solùm speciem simplicis fornicationis:
dem ratione, quâ alibi dictum est de circu
stantiis actuum internorum consitendis.
quid si quis se polluat oblectando in aspe
imaginis, vel statuæ formosæ fœminæ? (de
fert Tamburin. *cit. c.* 7. §. 2. *num.* 10. aliquo
se solitum polluere cogitatione fixa in pulchr
statuam publicam nympham aliquam rep
sentantem) eritne satis dicere in confessio
toties me pollui cogitando de fœmina?
est Theologis quòd sic, quia totus affectus vid
tur esse ad personam fœminæ repræsentatæ:
demque ratione dicendum, si quis pollue
delectetur in aspectu imaginis, vel statuæ m
sculi, vel pecudis: aut (quod horrendum au
tu) Sanctæ alicujus cum affectu libidinoso
ipsum obiectum repræsentatum; tunc enim
re contrahit, & in confessione simpliciter ex
care debet malitiam Sodomiæ, bestialitatis,
horrendi sacrilegii in pollutione cogitatam.
cendo: v.g. pollui me cogitando de mascu
pecude, sancta aliqua. Intellige, nisi alium
constet affectum polluentis fuisse, & stetisse
ipsas imagines, vel statuas tales propter ear
fo-

formositatem, & nullo modo ad res repræsentatas, tunc enim illud ipsum explicandum erit pro minuenda potiùs malitia,

II. Ex parte personæ pollutæ.

NImis certum est Clericum, Religiosum, vel voto castitatis adstrictum, itémque uxoratum seipsum polluentem, debere explicare in confessione circumstantiam status sui; verè enim committit sacrilegium contrà votum; adulterium maritus contrà jus conjugis. Itemque si quis suis manibus Sacerdotem, Religiosum, vel uxoratum polluat, utique debet id explicare, quia cooperatur ad sacrilegium, vel adulterium alterius. Insuper etiam, si Sacerdos, Religiosus, vel quis voto castitatis obstrictus polluat alium nullo voto adstrictum, adhuc ille debet explicare votum suum, juxtà communissimam DD. sententiam apud *Luq. & Tambur. citt.* Ratio est: tum, quia eadem castitatis virtus, quæ obligat me directè ad castitatem in mea persona servandam, obligat me etiam indirectè, ne ex industria procurem, proximum à virtute castitatis dejicere. Tum specialiter, quia vovens integræ castitatis virtutem in tota sua latitudine (qualiter certè communi voventium more & sensu censetur voveri castitas) sine dubio vult & debet promittere, ut non solùm in suo corpore non admittat aliquid, sed neque eodem corpore suo positivè cooperetur alteri ad committendum aliquid incastum: ergò verè adhuc 629

peccat contrà votum ſuum, ideóque in confeſſione fateri tenebitur. Alia eſt ratio de eo, qui vovit aliquem particularem actum v. g. audire Sacrum, vel jejunium tali die; is enim ſi aliàs eo die inducat ad omittendum Sacrum, vel jejunium violandum, utique non peccabit contra votum ſuum, ſed tantum peccatô ſcandali, quia votum fuit de unico actu proprio, & non de actu ad alium etiam pertinente.

630 Dixi tamen: ut *neque eodem corpore ſuo poſſit activè cooperetur alteri ad violandam caſtitatem*; nam quoad alias inductiones in ſuo valore relinquo ſententiam Sanchez *lib. 5. moral. n.* 10. apud Tambur. *cit. c. 7. §. 1. n. 12.* Eum, qui habet votum caſtitatis, & eſt cauſa inducens alios ad turpiter peccandum, non debere explicare ſuum votum, eò quòd votum illud non videatur ſe extendere, niſi ad obligandum volentem, ne ipſe in ſua perſona & ſuo corpore turpitudines venereas admittat, non verò, ne alios ad eaſdem inducat; propriam enim ſuámque caſtitatem promiſit, non alienam. Sic *Sanchez*. Tranſeat, inquam, hæc ſententia quoad alias inductiones, de quo doctiores me diſputent; at in noſtro caſu proprio ſuo corpore, manibus, &c. alios polluens adhuc ſatis moraliter turpitudinem admittit ſub illo voto comprehendendam, ut dictum, & mox iterum dicendum eſt.

III. Ex parte cooperantis, vel complicis.

631 QUi ſe polluit, vel pollui permittit tactibus alterius perſonæ, fœminæ, viri, Sacerdotis,

dotis, &c. omninò in confessione idtenetur explicare ex multiplici capite: tam ratione proprij peccati per se (nedum per accidens ex affectu adjuncto) quàm ratione peccati alieni, seu cooperantis & societatis cum peccato aliorum. Ita *communis* DD. contrà aliquas aliorum sententias infrà notandas. Dico igitur.

I. Tenetur explicare *ratione proprii peccati per se*; nam omninò constituunt differentias & 632
malitias specie diversas pollui tactibus alterius personæ; item pollui tactibus alieni viri, & tactibus fœminæ etiam per se ratione proprii peccati pollutionis, seclusâ etiam actuali concupiscentiâ corporis alieni indebiti, & præcisè ratione peccati alieni: (ut contrà *Cajetan.* nullam hìc differentiam formalem speciem mutantem agnoscentem) ex communi satìs benè probat *Dicastillus* apud Dianam *part. 7. tract. 12. resol. 11.* Ratio est; quia tactus adeò libidinosi habiti cum alia persona sunt quasi inchoata copula, & prævii actus ex se ordinati ad copulam, etiamsi ex intentione operantis ad illum actum non ordinarentur: ergo pollutio facta tactibus alterius personæ, fœminæ v. g. jam habet deordinationem ac malitiam diversam, scilicèt copulæ quasi inchoatæ cum aliena, quam non habet pollutio per se ipsum facta propriis tactibus, vel imaginatione; similiter pollutio facta tactibus alieni viri, seu masculi, habet diversã deordinationem ac malitiam sexûs indebiti ad copulam, quam deordinationem non habet pollutio facta

facta tactibus alienis fœminæ ; nam deordinatio indebiti sexûs, sicut diversificat speciem Sodomiam perfectam viri cum viro à Sodomia imperfecta viri cum fœmina, ita sanè diversificat speciem malitiâ in tactibus libidinosis alienis & fœminæ, quibus quis polluitur : ergò per & ratione proprii peccati explicare debet, si quis se polluat tactibus alterius personæ, viri, fœminæ, & insuper qualis viri vel fœminæ : ut minimè sufficiat dicere simpliciter : *totus immundus pollui, vel pollutus sum.*

633 *II. Nedum per accidens* ex affectu adjuncto, quandò nimirùm quis se polluit tactibus alterius personæ, viri, fœminæ, cum vel ex actuali affectu libidinoso ad alias personas, sive sit affectus simplicis delectationis morosæ in concubitu cum tali persona cogitata, sive sit affectus efficax desiderii ad concubitum talis personæ, apud omnes certissimum est, debere in confessione explicare, non tantùm ipsam personam tangentem fœminam seu virum ob rationem modò suprà datam, sed etiam circumstantiam num fœmina soluta, ligata, consanguinea, sacra, &c. num masculus, ligatus, religiosus, &c. Ratio manifesta est ; si enim polluens se sola imaginatione alienæ personæ carnaliter dilectæ debet illam ejúsque circumstantiam explicare, quantò magis polluens se ipso tactu alterius personæ ita carnaliter dilectæ, vel concupitæ id explicare tenebitur : utrobique enim est quidem pollutio in re, at in affectu est alia species luxu-

ria

riæ mentalis, scilicèt fornicatio, adulterium, incestus, sacrilegium, sodomia, &c. nam pollutio subordinata delectationi morosæ, vel desiderio adulterii, vel incestûs, recipit speciem adulterii, vel incestûs, & sic de cæteris.

III. *Quam ratione peccati alieni*, qui nimi- 634
rùm se polluit, vel permittit pollui tactibus alienæ personæ, id ipsum rursùs explicare tenebitur ratione peccati alieni, quia præter proprium peccatum etiam cooperatur cum peccato alterius personæ impudicos & polluentes tactus admittentis vel reddentis: duplex ideò peccatum semper ad minimum numero distinctum; insuper si tibi constat (quandò verò id non constabit?) alteram personam fœminam vel masculum, viciſſim in te motam libidinoso affectu delectationis morosæ, vel desiderii ad tuum concubitum, jam cooperatus es ad novam speciem peccati illius, v. g. concupitæ fornicationis, adulterii, sacrilegii, sodomiæ, &c. consequenter est nova ratio explicandi illam personam, ejúsq; circumstantiam. undè universaliter quandò te polluis, vel pollui finis tactibus personæ voto castitatis adstrictæ, Sacerdotis, Clerici, Religiosi, eam voti circumstantiam semper in confessione explicare teneberis, quia semper cooperaris cum peccato alterius, cujus tactu pollueris, eóq; ipso contra votum suum delinquentis ob rationem paulò antè assignatam. Ita communissima & certa DD. sententia, contra *Hieron. Lammas* docentem: eum qui pollutus fuit alterius tactu,

solum

solùm teneri explicare qualitatem suæ personæ non verò qualitatem seu votum complicis, qui illum tangit. quæ sententia jussu Inquisitionis Hispanicæ meritò expuncta est. Et res manifestissima est, quandò Sacerdos v. g. cujus castitatem pollueris, ipse in se admittit delectationem veneream, aut certo periculo illam admittendi se exponit: & bone DEUS! quandò non erit tunc enim is clarè in se ipso peccat contra votum suum, adeóque ad id peccatum tu cooperari teneberis id explicare: verùm etiam in casu rarissimo, & fortè metaphysico, quando Sacerdos ille te tangens in se nullam admitteret delectationem veneream, vel ejus periculum ob stupiditatem naturæ (uti distinguit *Caramuel* apud Tamburin. *tit.* §. 10. *num.* 18.) adhuc enim peccat contrà votum suum castitatis, cùm enim ipse absolutè castitatem voverit, & castitatis virtus non solum præcipiat, ut quis in propria persona non admittat incastos motus, sed etiam, ne eos suo corpore in aliis procuret, clarè is Sacerdos frangit votum suum, & consequenter ita pollutus laicus non quidem intrinsecè propter suam mollitiem, sed extrinsecè propter sacrilegium alterius te polluentis, & ipse erit sacrilegus, & talem in confessione te manifestare debebis.

635 Insuper singulariter, qui se polluit tactibus cum puero doli incapace, aut cum fœmina, vel cum masculo dormiente, vel plenè ebrio, aut cum bruto

bruto citra copulam seu concubitum, adhuc obligatur in confessione talis pollutionis se explicare, non quidem jam peccati alieni ratione, vel cooperationis ad peccatum alterius, ut manifestum est, sed adhuc ratione proprii peccati pollutionis per se, quia nimirùm pollutiones per tactus pueri, fœminæ, bestiæ, &c. reverâ differunt specie, quatenùs tactus illi libidinosi ex natura sua ordinantur ad diversas specie & malitiâ copulas, cum diversissima deordinatione ad indebitum corpus, sexum, speciem, ut suprà ostensum, *N. 1.* Ita contrà *Cajetan.* Idem *Dicastill.* apud *Dian. cit.* omnino pro praxi approbantem, & monentem, non esse in praxi ab hac sententia recedendum tanquàm probabiliori & tutiori. Certissima autem erit sententia, si etiam accedat affectus libidinosus ad talem complicem.

IV. Ex parte instrumenti adhibiti, animati, inanimati.

636 1. QUi se polluit instrumento alieno animato, seu partibus corporis alterius personæ, utpote præter manus, ordinarium tactûs instrumentum, v. g. inter brachia, axillas, coxendices, ubera, &c. fœminæ vel viri, &c. tenetur quidem explicare personam illam & sexum juxta dicta *n. præced.* Et cum id regulariter fiat ex affectu libidinoso ad ipsam personam ejúsque concubitum, etiam ejus personæ circumstantiam; non enim est mera pollutio, sed copula incho-

inchoata talis ſpeciei, ſaltem in affectu. At vero opus non eſt explicare ipſas illas particulares partes corporis, quia materialiter ſolummodo differunt, & illa major delectatio quæſita in una parte non transcendit ſpeciem malitiæ, quæ est in alia, niſi adeſſet affectus aliquis particularis ad partes præpoſteras, & ſodomiam, quod utique explicandum foret. Communis DD. apud citt.

736 II. Idem dicendum putat Filliuc. *tract.* 30. *c.* 8. *n.* 155. apud Tamburin. *cit. c.* 7. §. 1. n. 6. ſi fiat in ore, eſſe nimirùm ſolùm mollitiem, ideóque partem illam non eſſe neceſſariò explicandam. Sed ego cum aliis citandis horreo credere; nam licèt id non ſit ſine dubio ſodomia, reverà tamen non poteſt videri eſſe mera mollities; quia id videtur eſſe adeò enormiter contra rectam rationem, & naturam rationalem, adeóque excedens omnes alias deordinationes in materia luxuriæ, ut meritò conſtituat novam ſpeciem innominatam luxuriæ: & certè jam baptizârunt aliqui apud Dian. *part.* 6. *tract. ult. reſol.* 7. vocantes: *Irrummationem.* Vide dicta *ſuprac.* 2. §. 3. *à n.* 304. cum de modo dicto copulæ. Denique qui incipit copulam ipſam fornicariam v. g. vel alterius ſpeciei, & poſtea abrumpens ſemen diſpergit, quid ſentiendum, jam habes §. 1. de fornicatione *n.* 304.

638 III. Cùm quis, vel quæ ſe polluit inſtrumento inanimato quocunque, non facit mutatio-

nem ſpeciei per ſe loquendo, nec in confeſſione id explicare tenetur, niſi aliundè ex objecto cogitato alia malitia accedat, juxta dicta ſuperiora: & univerſaliter, ſive quis ſe polluat ſola interna imaginatione, vel aſpectu rei turpis, ſive externo tactu & adminiculo proprio, vel alieno inaminato inſtrumento, nulla efficitur diverſitas ſpecifica; quia hæc omnia materialiter, & per accidens ſe habent ad voluntariam pollutionem extra concubitum. Hoc tamen obiter notandum, cùm quis ſe polluit ſolo actu interno imaginationis turpis, vel etiam aſpectu rei turpis, absque ullo externo ſenſibili conatu adhibito, non incurrere caſum reſervatum in Religionibus, contra *Suarez*, & communiorem valdè probabiliter docent boni AA. apud Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *Miſcellan. Reſol.* 61. approbantem; reſervantur enim pollutiones voluntariè procuratæ; quod externam actionem pollutionis cauſativam importare videtur.

IV. Copula tentata cum fæmina mortua, vel 639
ſtatua fœminæ, uti quidam ſtultus libidinoſus fecit, apud *Tambur. cit.* mera mollities eſt, quippè non fornicatio; quia fœmina mortua non eſt fœmina, ſed cadaver: multò minùs ſtatua fœmina eſt: neque beſtialitas (ut quidam volunt) cùm neque beſtia ſit fœmina mortua, vel ſtatua, ut optimè probat Dian. *part.* 9. *tract.* 4. Nihilominùs id explicandũ erit in confeſſione ſaltem generatim dicendo: pollui me cum inſtrumento inanimato cum affectu ad fœminam, non au-

tem rectè diceret: pollui me cum fœmina; non enim significaret, se polluisse cum verâ fœmina adeóque mentiretur in re gravi ad judicium Sacramentale pertinente, ut benè notat Tamb. §. 2. *n.* 10.

Petes denique, quid si pueri, vel puellæ, qui nondum possunt seminare, se ipsos turpiter contrectent, aut ab aliis contrectari permittant in verendis, quale peccatum erit? Respondetur utique esse peccatum mortale ad mollitiem reducendum; est enim ex se pravus affectus ad pollutionem: attamen videtur specie differre a vera pollutione, per quam seminatur, in specie propriè reducendum ad impudicitiam tactûs, unde dè in confessione explicandum.

§. V.

Pollutio voluntaria, an semper peccatum mortale, nunquàmne licita?

Resolutio.

640 OMnis pollutio, seu effusio seminis directè voluntaria, & efficaciter per se intenta, & quibusvis modis, vel mediis provocata, vel procurata, non tantùm solius voluptatis libidinosæ gratiâ, secundùm omnes: Sed etiam cujusvis morbi, vel mortis periculi evadendi causâ, semper est peccatum mortale. *Communissima* DD. contrà paucos aliquos. Et latè Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 17. conclus. 5.* Lessius *lib. 4. c. 1. de Justit. dub. 14.* Laym. *lib. 3. Sect. 4. num. 15.* alii passim, meíque omnes. Ratio est: quia talis voluntaria seminis effusio extrà vas debitum

gen-

generationi destinatum, repugnat ipsi naturæ intrinsecæ seminis, à DEO & natura præcisè instituti ad propagationem speciei humanæ per generationem: atqui sicut non possunt unquam mutari naturæ rerum, ita nulla ratione, nullâ circumstantiâ, fine, vel necessitate ea cohonestari, vel licita fieri potest. Accedit ratio urgentior à posteriori, & gravissimo damno subsecutivo; quia si homini inditus esset instinctus, vel dictamen in ullo casu extra naturalem concubitum semen profundendi; seu, si in ullo unquàm casu liceret procurare pollutionem, cùm in ea re maxima voluptas sentiatur, facilè homines proni essent eâ facultate, vel licentiâ abuti, eámque extendere ad plures casus, & sic homines magna parte contenti eâ voluptate non curarent de matrimonio & generatione (ad quam tamen promovendam tanta à natura indita est delectatio) cum maximo speciei humanæ detrimento: quare in hoc, & pluribus aliis non attendendũ est damnum actuale, quod infert pollutio semel facta ob gravissimam causam v. g. pro conservanda vita Principis, Pontificis, &c. sed damnum habituale consecutivum, quod sequeretur, si semel esset licita: nec valet paritas ab absciſſione membri: dispar enim maxima est ratio; nam

II. Licitum omninò est pro conservanda vi- 641
ta, & toto supposito homini membrum aliquod, manum, vel pedem abscindere; cùm enim membra principaliter sint propter totum suppositum, & seorsim nullum jus, vel utilitatem ha-

beant, sed solùm ad usum & conservationem suppositi pertineant, non est à natura alienum aut ratione, unum eorum abjicere totius suppositi servandi causâ: at verò semen naturâ sua ordinatum est principaliter nequaquàm ad usum vel conservationem hujus suppositi in individuo, sed ad generationem, propagationem, & conservationem totius speciei; undè natura minimè patitur illud individui servandi causâ abjicere, sícque negligere speciem ratione individui. Deinde ex illa abscissione membri illi quando licita, non sequuntur ulla inconvenientia; cùm enim à membri abscissione tanquàm à permolestâ appetitus naturalis vehementer abhorreat, non facilè homines eo medio abutentur, & ultrà casum extremæ necessitatis extendent. Et hanc rationem etiam dare solent illi, qui docent ad servandam vitam matris licere procurare abortum fœtûs nondum animati, non item procurare seminis effusionem; quia in priori individuum minus, nimirùm fœtus nondùm animatus postponitur individuo majori animatæ matris, nec hinc sequitur illud inconveniens; at in posteriori species postponeretur individuo, & ex illo semel licito sequeretur gravissimum illud inconveniens, & detrimentum speciei humanæ. Sed de hoc sententiam contrariam dabimus, & paritatem urgebimus *infra c. 4. sect. 1.*

642 III. Dixi autem 1. ***Pollutio directè voluntaria***, nam de indirectè tantùm voluntaria mox §. seq.

§. seq. 2. *efficaciter intenta*: ita scilicet, ut quis aliquo modo activè cooperetur, & influat in provocationem & effusionem seminis, quocunque modo, medio, vel medicamento. Licitum autem est, pollutionem involuntariè ortam ex quacunque causa, etiam culpabili, solùm permittere, nullo impediendi conatu adhibito, | secluso- que omni consensu; quia (ut supponitur) ipsa pollutio incepit involuntariè, continuatio autem effusionis est solùm effectus naturalis causæ præcedentis, quem impedire amplius vix potes, consequenter nec teneris; vel enim ille conatus reprimendi nihil operabitur, vel retento, contra naturæ impetum, semine, supra modum gravabitur corpus, & periculo morborum subjicietur. Ita communis DD. *Gerson*, *Sa*, *aliisque* congestis Sanch. *lib. 9. disp. 17. n. 16.* Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 21.* Tambur. *c. 7. §. 2. n. 19.* Insuper affectu simplici & inefficaci tantùm licere ob bonum finem v. g. sanitatis acquirendæ, vel tentationis tandem sedandæ optare, ut pollutio in somnis, vel aliàs inculpatè eveniat; ex *Sanch. Layman*, aliis alibi explicatum habes. 3. *Efficaciter per se intenta*: nimirùm mediis adhibitis ad ipsam pollutionem provocandam per se tendentibus & efficacibus; adeóque apud omnes in confesso est in morbo præsertim gravi, periculoso, acuto &c. & maximè circa illas partes licere adhibere medicamenta per se directè tendentia & efficacia non ad ipsam pollutionem, vel seminis expulsionem procurandam, sed solùm

ad illos morbos, noxios humores, aliásve materias peccantes, & morbi causam expellendam etsi per accidens, & præter intentionem emissa pollutio, seu seminis ejectio concomitanter, vel consequenter indirectè causanda sit: eadem intentione, quâ infra etiam de abortu indirectè procurando dicetur; quia nimirùm tunc pollutio illa minimè voluntaria, ut supponitur, non actu procuratur, sed ob justam causam solùm permittitur.

643 IV. Utrum semen jam corruptum ac graviter noxium liceat directè expellere, etsi consequenter sequatur etiam veri seminis emissio? Respondetur cum necessaria distinctione. Licere sic expellere medicamentis, non verò licere tactibus, vel confricatione verendorum. Ita post alios Tambur. *cit. c. 7. §. 2. n. 8.* Ratio utriusque est; quia medicamenta illa intùs assumpta per se solùm tendunt ad expulsionem seminis corrupti, quod jam in luem & venenum degeneravit: aliqualis autem veri seminis effusio, vel emissio per accidens & præter intentionem sequitur: ergò sicut licet naturæ medicamentis subvenire, ut pravos alios corpori nocentes humores, vel qualitates expellas, licèt inde per accidens sequatur pollutio; ita licebit illud semen corruptum, quòd jam non est verum semen, sed prava, & venenosa materia, expellat, naturam medicamentis adjuvare: at verò tactus & confricatio verendorum externa (quæ sunt membra, seu instrumenta ad ven-

lo-

semen provocandum à natura instituta) per se tendunt ad verum semen provocandum, quod extra matrimonium nunquàm licet: & per accidens solùm juvaret educere semen corruptum: ergò hoc non licet saltem in homine rationis compote: quod addo, ut excludam casum rarissimum, quo semen corruptum actu causaret symptomata à mente alienantia hominem, vel mulierem. De quo videtur loqui Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 17. n. 19.* oppositum concedens. Vide Tambur. *cit. n. 8.*

Aliud hîc occurrit dubium, utrùm in casu necessitatis liceat adhibere medicinam ad semen verum corrumpendum, ut posteà possit ejici? Do verba Dianæ *part. 6. tract. 6. resol. 37.* Sanchez *lib. 9. matrim. disp. 17. n. 15. lib. 16. Edit. vet.* dicit: neminem negaturum, fas esse accipere syrupum resolventem semen in sanguinem, aliúmve humorem aliis viis expurgandum, ne æger omni medio ad salutem corpori procurandam destituatur: Et hanc opinionem non esse improbabilem tenet *Præpositus.* Sed ego puto id non licere: quia etiam id repugnat institutioni seminis. *Hæc Diana.*

§. IV.

Pollutio indirectè voluntaria qualiter licita, vel illicita?

644 POllutio indirectè & in sua causa tantùm voluntaria dicitur, cùm quis directè quidem minimè vult, & intendit pollutionem, tamen aliquam actionem exerceat, undè prævidet

orituram, vel advertit jam oriri pollutionem, sícque volendo causam pollutionis, indirecte, & consequenter censetur etiam velle, vel saltem permittere ipsam pollutionem. Causa autem pollutionis, seu actiones illæ causantes pollutionem, aliæ sunt & dicuntur, quæ per se & notabiliter influunt in ipsam: uti est vehemens, & diuturna cogitatio de fœminæ concubitu in juvene calido &c. & similes &c. aliæ per accidens, & leviter tantùm influentes, ex quibus scilicet, non semper, nec frequenter sequitur pollutio, uti esus cibus, potus etiam superfluus: hic enim per se quidem influit in nutritionem, & consequenter etiam augmentum seminis, at satis per accidens & non frequenter in pollutionem. Rursus actiones illæ causantes pollutionem vel sunt de se licitæ & utiles, ut studere de tali materia, audire confessiones talium peccatorum, æquitare &c. vel sunt de se illicitæ, at non in genere luxuriæ, ut se inebriare, nimiùm potare, votare; vel denique sunt de se illicitæ in ipso genere luxuriæ ut cogitationes, aspectus, tactus impudici &c. His notatis, sit.

RESOLUTIO, & *Regula Generalis.*

645 POllutio indirectè tantùm voluntaria, tantum est peccatum, quantum peccatum est ipsa causa posita in genere luxuriæ mortalis, vel venialis, aliàs vel venialis tantùm, vel omnino nullum. Ità contra diversas aliorum opiniones satis intricatas, latissimè & optimè meus Sanchez

chez *lib. 9. matrim. disp. 45. Less. l. 4. c. 3. dub. 14. an.* 100. Et ex his compendiosè Laymann *cit. n.* 12. Sequuntur RR. passim, & declarari potest aliâ regulâ communiter allatâ. Quoties quis dat operam actioni mortaliter malæ, & per se influenti in pollutionem, toties peccat mortaliter; cùm enim is, qui deliberatè vult causam, velit etiam effectum necessariò, vel quasi necessariò ab illa actione provenientem, meritò ei talis pollutio imputatur ad culpam mortalem. Quoties verò quis dat operam actioni leviter, & per accidens tantùm influenti pollutionem eriam prævisam, toties solùm peccat venialiter, si sine necessitate & rationabili utilitate fiat; si enim causam leviter influentem ponas, cùm per accidens solùm sequatur pollutio, illam tibi imputari ad culpam mortalem, æquum non est. Verissima sunt hæc. Atqui jam restat difficultas principalis, & maximè practica, & quænam sint illæ causæ vel actiones notabiliter; quænam verò leviter influentes? Sanè nulla certior ratio vel regula universalis dari poterit, quàm hæc ipsa à nobis assignata, nimirùm causas seu actiones notabiliter influentes in pollutionem, ideóq; mortaliter illicitas, esse illas, quæ ob id ipsum sunt peccata mortalia in genere luxuriæ, quòd vehementer influant in libidinem; alias verò esse leviter tantùm malas, & per accidens tantùm influentes, ideóque venialiter tantùm malas. Ex quo principio, ad casus particulares innumeros applicando pono 4. regulas particulares.

REGULA I.

646 QUandò causa posita pollutionis prævisæ seu actio ex qua prævidetur secutura pollutio, est peccatum mortale in genere luxuriæ, utpotè per se turpe & ex natura sua ordinatum ad rem veneream, etiam pollutio in illa causa indirectè volita peccatum mortale erit. Ratio est evidens ex dictis; quia perindè censetur sive effectus procedat ex intentione operantis, sive ex natura & necessitate operis voluntariè exercitæ: nam expliciti & impliciti eadem est vis, sicut enim qui multùm vini bibit, ex quo scit, sequi ebrietatem, is implicitè & indirectè censetur velle ebrius fieri, licèt explicitè & directè id minimè intendat, imò positivè nollet inebriari: ita sanè qui actus turpes exercet, ex quibus prævidet, vel advertit pollutionem naturaliter secuturam, implicitè & indirectè convincitur velle pollutionem, quamvis eam in se directè & explicitè minimè velit, & intendat, Et hinc

647 Omnes impudicæ cogitationes, imaginationes, desideria, turpiloquia, aspectus, tactus, amplexus, oscula, quæ sunt peccata mortalia in genere luxuriæ, utpotè vel ex objecto per se obscœno: vel ex intentione captandi delectationem libidinosam; vel ex periculo consentiendi in illam: si ex illis prævidetur pollutio, quamvis non intendatur, sunt peccata mortalia, non solùm in se, sed etiam ut causa pollutionis, adeòque si tu calide adolescens deliberato & continuato affe-

affectu cogitas, & concupiscis, multò magis si morosè aspicis, turpiter alloqueris, tangis, amplexaris, oscularis &c ex qua cogitatione, & concupiscentia prævides, te casurum in pollutionem, mortaliter peccas dupliciter, scilicèt & desiderio fornicationis, & peccato pollutionis sive mollitiei contrà naturam indirectè volito, cui causam dedisti, & ideò utrumque in confessione explicare debes, & minimè sufficeret dicere: *cogitavi & concupivi turpia.* Non item si ejusmodi turpes cogitationes, aspectus, tactus assumeres in ordine ad ipsam pollutionem procurandam directè volitam; tunc enim secuta pollutione coalescunt illa media adhibita cum actu principali in unum peccatum, ut sufficiat dicere: *semel me polluì*: nisi fortè illa media aliundè adferrent malitiam specie diversam.

REGULA II.

QUandò causa posita, seu actio illa, ex qua prævidetur secutura pollutio, est tantùm peccatum veniale in genere luxuriæ etiam pollutio secuta, sed non intenta; & secluso semper periculo consensûs, tantùm peccatum veniale erit. Ita Sanchez *loc. cit. Suarez, Henriq. Lessius* aliósque congerens Dian. *part.* 1. *tract.* 7. *resol.* 65. plures adferens *part.* 2. *tract.* 15. *resol.* 31. Ratio est; quia cùm tunc pollutio non sit volita in se, sed tantùm in sua causa, in qua prævidetur in tantùm mala erit, in quantum mala est causa, in tantum etiam est mala causa, in quantum est volun- 648

voluntaria: at non est voluntaria, nisi tantùm ratione suæ causæ; ergò si causa est solùm venialiter mala, in tantum erit etiam mala pollutio secuta. Et hinc.

Cogitationes, desideria, turpiloquia, cantus, lectio vana, vel curiosa turpium, tactus, oscula, amplexus, &c. quæ venialia tantùm sunt in materia luxuriæ sive ex imperfectione actûs, sive ex parvitate materiæ, ex levitate, curiositate, joco tantum facta (juxta dicenda *sect. seq.*) si ex illis prævidetur pollutio, sunt tantùm venialia, & in se, & ut causa pollutionis: semper intelligendo dummodò hæc non intendatur, & absit periculum consensûs in illam; nam si tale periculum adsit, vel prævideatur, peccatum est mortale pollutionis in causa, non est dubium; quia qui deliberatè amat periculum, peribit in illo. Undè resolvit Diana *part. 2. tract. 15. resol. 31.* loqui verba amatoria v.g. *meum carum lum mea anima, &c.* ob solam vanitatem, vel conciliandum vanum amorem non libidinosum, quia non excedunt culpam venialem, seclusò periculo proprio, vel alieno, ideò etiamsi prævideatur, sed citra periculum consensûs non intendatur pollutio, mortale non fieti. Et in his terminis consentio, quæ tamen fortè rarò concurrent.

REGULA III.

649 QUandò causa posita, seu actio illa, ex qua prævidetur secutura pollutio, non est peccatum

catum in genere luxuriæ, quippè naturâ suâ non ordinata ad rem veneream, ersi sit peccatum mortale in alio genere, ut est ebrietas voluntaria, nimio cibo potu se ingurgitare, ex mera gula vorare cibos calidos, si in iis prævideatur secutura pollutio, ratione pollutionis præviſæ, sed minimè intentæ, non nisi peccatum veniale erunt. *Sanch.* sæpè cit. *Navarr. Suarez, Vasq. Laym.* sup. aliisque citt. Dian. *part.* 1. *tract.* 7. *resol.* 65. Ratio iterùm sumitur ex dictis; quia quando res ex natura sua non ordinatur ad rem veneream, non nisi leviter potest influere, vel concurrere ad pollutionem: atqui pollutio solùm volita in causa leviter influente non est culpa mortalis: communi DD. consensu; ergò licèt tales actiones sint peccata mortalia in alio genere vitij v.g. contra temperantiam, sobrietatem, &c. at in genere luxuriæ ratione pollutionis præviſæ, sicut & ipsa pollutio secuta non nisi peccatum veniale erit, quia nimirùm aliquam deformitatem vel deordinationem continet, pollutioni quomodolibet illicitam causam adferre: ideóque id non potest vacare culpâ saltem veniali contra castitatem. Insuper addit Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *resol.* 31. allegans *Cajetan.* id verum esse, quamvis gula esset mortalis ex circumstantia luxuriæ, nimirùm quia esset ordinata ad fornicationem obtinendam, vel promovendam, non ideò pollutionem secutam fore mortalem; quia finis ille nihil in eam influit. Et idem esse, quandò peccatur mortaliter in cibo & potu

ex

ex eo, quòd quis se exponeret periculo consen-
tiendi in pollutionem secuturam: si tamen p
stea non consentiret in illam, non esset pecca
mortale. Hæc *Diana* citans *Granatens. Vi*
alios.

REGULA IV.

650 QUandò causa posita, seu actio, ex qua pr
videtur pollutio secutura, de se est hones
& licita, & adest aliqua rationabilis causa p
cessitatis, vel utilitatis, seu commoditatis alic
jus exercendi, vel continuandi talem actionem
etiamsi prævideatur, secutura pollutio, dum
modò non intendatur, & semper absit perni
lum consensûs in illam, nullum omninò e
peccatum. *Omnes* apud citt. v. g. studere de re
bus venereis, confessiones præsertim fœmina
rum excipere, conversari familiariter cum fœ
minis in re honesta, vel utili, fœminas amplec
ti, vel osculari juxta morem patriæ, ne inurba
nus videaris, choreas honestas ducere, equitare
seu negotij, seu recreationis rationabilis causâ
certo & commodo situ in lecto cubare, sumere
temperatè cibos vel potus calidos sibi salutares
mederi in partibus verendis, servire in balneis
(imò etiam fricare membra pudenda ad sedan
dum molestum pruritum, eadem membra
mundare à sordibus, &c. ut ex utroque *Sanch.*
& *Bonacinna* adfert *Tambur.* mox citand.) &
his similia sexcenta, cùm semper adsit rationabi
lis causa necessitatis, vel utilitatis ejusmodi exer-

650

cendi, etiamsi prævideas, vel advertas exinde commoveri carnem, atque per accidens secuturam pollutionem, non ideò teneris abstinere ab ejusmodi exercendo, excludendo semper constanter omnem deliberatum consensum turpem, ejusque periculum. Communis DD. Sanchez *lib. 9. disp. 45.* Lyam. *sup. cit.* Dian. *part. 6. tract. 6. resol. 37.* Tamb. *lib. 7. c. 7. §. 5. n. 52.* Ratio sumitur ex generali regula. Si jus habeas aliquid agendi, ex quo per accidens secuturus existimetur effectus, quem per se intendere non licet, non ideo cogeris abstinere ab actione, quotiescunq; ex ea etiam utilitas speratur major, quàm sit incommodum eventûs secuturi permissi: atqui homo quivis jus habet ad ejusmodi actiones honestas & licitas, & sæpè etiam obligationem, eæque actiones utiltatem adferre possunt: pollutio autem indè secuta exiguum, vel nullum omninò incommodum adferre poterit tam tibi, quàm speciei, hoc ipso, quòd ex causa licita, adeóque per se non nisi leviter influente tam facilè proveniat; ergo ob eam non teneberis talem actionem intermitttere: nec pollutio indè secuta potest tibi imputari in peccatum; quia ei, qui suo jure utitur, non imputatur id in peccatum, quod per accidens sequitur, cùm id potiùs patiatur, quàm agat. Cùm ergò valdè tenuis sit obligatio vitandi pollutionem in causis per se, & proximè ad ipsam non ordinatis, nec consequenter non notabiliter in illam influentibus, ut fusè ostendit *Sanchez l. c.* Ideò

recte

rectè notat *Dian. cit.* non debere esse cau
necessariam ad excusandas ejusmodi pollutio
etiam à veniali, cùm enim sint innumeræ a
ones alioquin licitæ, ex quibus possint, vali
leant ptovenire pollutiones, si requireretur ca
sa urgens vel necessaria ad excusandum, dare
locus perpetuis scrupulis, & nimiis anxieta
bus, quod gravissimum foret. Causæ excusa
censendæ sunt omnes illæ, quæ bona fide app
rent vel necessariæ, vel utiles, vel convenien
imò & commodæ animæ vel corpori, adeò
etiam satis sit meum merum commodum in
ercenda tali actione ad omnem etiam venial
culpam tollendam, prout docent *Sanchez*
Dian. citt. Et hæc valde notanda sunt ad inn
meros casus resolvendos, & scrupulos tolle
dos, præter indicatos satis multos. Plures brev
tatis & honestatis gratia omissos facilè videre po
tes apud Sanchez sæpè *cit. l. 9. per totum*, &
Dian. *part.* 1. *tract.* 15. *à resol.* 3. *part.* 2. *tract.*
16. *resol.* 54. *part.* 3. *tract.* 5. *à resol.* 21. *
alibi. Dicta omnia de ipsa pollutione indirec
tantùm intenta in sua causa, & causis excusanti
bus, pariformiter à fortiori intelligenda sunt de
pollutione imperfecta, vel inchoata tantùm, ci
distillatione, & commotione libidinosa spirit
um generationi servientium, de quibus
tamen dicam aliquid seorsim
infrà sub fine.

* *
*

§. VI

§. VII.

Quid de pollutione involuntaria, & in somnis facta.

651 POllutio involuntaria simpliciter dicitur, quæ fit præter omnem directam vel indirectam voluntatem, adeóque nec in se, nec in aliqua sua causa est volita, sed sequitur ex aliis causis, vel intrinsecis, ut superfluitate, vel debilitate naturæ, ex complexione particulari, vel morbo; ut in illis qui patiuntur fluxum seminis, & qui facillimè ex quacunque levi causa, vel occasione seminis effusionem, distillationem, vel carnis commotionem patiuntur: Item ex primis motibus, ex somniis anteà voluntariè non causatis. vel etiam ex causis extrinsecis, ut tentatione dæmonis, violentiâ hominis, &c. Et hæc ex se sine dubio non potest esse peccatum, cùm nihil sit peccatum, nisi voluntarium. Quod si post factam ita involuntariè pollutionem postea accedat complacentia voluntaria ob corpoream voluptatem habitam, hæc de se novum peccatum mortale erit: secùs si complacentia vel gaudium sit ob alium bonum finem, ut mox infrà notabo.

652 Pollutio similiter in somnis facta quatenùs eo statu facta est, sine dubio peccatum non est: sed solùm quatenùs aliquo modo fuisset, vel fieret voluntaria in vigilia: adeóque dupliciter fieri potest peccatum, antecedenter, & consequenter: idque directè, vel indirectè tantùm. Declaro breviter ex dictis.

I. Pollutio in ſomnis antecedenter directè voluntaria, intenta, vel procurata

653 EST ſine dubio peccatum mortale: idq; ſimpliciter. 1. Cùm quis efficaciter deſideret, ut pollutio in ſomnis eveniat ob delectationem carnalem tantùm. 2. Multò magis, quando quis vigilans efficaciter procurat, ut pollutio in ſomnis eveniat, utpotè ſtudio turpibus & vehementibus imaginationibus indormiendo, vel certa media adhibendo, aut certo ſitu accubando in lecto, ut inde ſequatur pollutio; nam licet affectu ſimplici poſſit pollutio deſiderari ob bonum finem ſanitatis v. g. vel tentationis ſedandæ, certè tamen non poteſt efficaciter intendi, & procurari; ſicut etiam poteſt deſiderari mors improbi à privato ob bonum finem, non tamen procurari. 3. Etiam ad eum finem polluendi in ſomnis ſolùm non amovendo cauſam pollutionis prævisæ, ſi ea cauſa ſit notabiliter influens in illam. In his omnes conſentiunt; quia licèt pollutio in ſomnis evenienti non poſſit eſſe peccatum pro tunc, tamen reputatur in peccatum, quatenùs antecedenter in vigilia ita voluntariè intenta, vel procurata eſt; ſed cauſa excuſans in ſomnis evenientem pollutionem à peccato, ſcilicet carentia rationis, & libertatis, non reperitur etiam in vigilante ita intendente & procurante illam, juxta regulam alibi traditam.

II. Po-

II. *Pollutio in somnis antecedenter indirectè tantùm voluntaria in causa posita* (Remissivè.)

654 TAntum est peccatum, quantum peccatum est ipsa causa posita in vigilia in genere luxuriæ juxta omnia dicta §. *præcedenti* : huc de verbo ad verbum applicanda. Est enim eadem, imò aliquantulum minor ratio de pollutione indirectè voluntaria in somno primùm eveniente, quàm de ea adhuc in vigilia eveniente: hic enim adesse solet periculum consensûs, in somnis autem nullum potest adesse tale periculum. Quandò ergò causa posita in vigilia, seu actio illa, ex qua prævidetur pollutio secutura in somnis, minimè autem intenditur, est peccatum mortale in genere luxuriæ, quippè notabiliter & efficaciter influens in libidinem, ut qui diuturnè vehementes cogitationes, & imaginationes rerum venerearum habet, & indè prævidet se polluendum in somnis, etsi non intendat, nec consentiat, aliàs eo ipso esset directè voluntaria pollutio, non quidem postea in somno, sed tunc vigilans tu turpis imaginator peccas mortaliter dupliciter in actuali impudicitia cordis, & mollitie indirectè voluntaria. Si verò actio sive situs tantùm sit venialis in genere luxuriæ, aut etiam mortalis in alio genere peccati v. g. ebrietatis, ratione pollutionis prævisæ, & non intentæ, solùm peccabis venialiter. Si autem illa actio de se sit licita & honesta, & adsit rationabilis causa

illam actionem exercendi v. g, ſtudendi de ejus modi materiis, certo commodo ſitu jacendi in lecto &c. nullum peccatum erit. Inſuper dic. *notabiliter & efficaciter influens in libidinem:* notat enim Sanchez *lib. 9. De matrim. diſp. 45. n. 20.* & Joan. *Sanch.* apud Diana *part. 2. tract. 16. reſol. ult.* non quodlibet peccatum mortale in genere luxuriæ eſſe cauſam ſufficienter influentem in pollutionem in ſomnis evenientem. v g. deliberata quidem, ſed brevissima cogitatio de copula habenda, levis tactus fœminæ cum deliberata affectione libidinoſa, imò eſt peccatum mortale in genere luxuriæ; at quis dicat eſſe cauſam notabiliter, vel efficaciter influentem in pollutionem in ſomno ſecutam; imò nec in vigilia, cùm oppoſitum in plerimis experientiis conſtet: ſi ergo talis cogitatio, locutio, vel tactus turpis adhuc præſens in vigilia non influit in pollutionem, nec appetitum efficaciter movet ad illam habendam, quomodò credi poteſt eſſe influxuram longè poſtea in ſomnis, quandò abſens eſt, & diu præterijt. Qui ergò ex tali actione prævideret pollutionem non tamen intenderet eam, non cenſeretur dare cauſam pollutioni, & conſequenter ratione pollutionis ſecutæ non peccaret mortaliter, nec eam confiteri teneretur, ſed ſolùm actionem illam.

III. Pollutio in ſomnis facta, poſteà voluntaria, vel complacita: remiſſivè

655 SI poſt pollutionem in ſomno factam evi-

lans de ea deliberatè sibi complaceat, gaudeat, & delectetur ob delectationem sensualem, & libidinosam perceptam, omnium consensu peccat mortaliter : quia objectum illud vigilanti mortaliter est illicitum : secùs dicendum, si de ea gauderet, vel placeret ob aliquem bonum finem v. g. tentationem sedatam, naturam exoneratam, morbum mitigatum; sic enim nullum esset peccatum, cùm gaudium illud vel complacentia jam sit de objecto honesto & licito, & non de ipsa pollutione, juxta communem DD. cum *Sanchez*, aliisque citatis. De quo etiam alibi.

IV. Pollutio in somnis incœpta, sed in vigilia completa.

656 QUandò motus venereus ac ipsa decisio seminis accidit in somno, sed ipsa emissio, seu effluxio fit posteà in vigilia (& multò magis si ipsa emissio seminis jam incepit in somnis, & partim adhuc fit in vigilia) secluso consensu in illam, nullum fit peccatum, sed licitè te negativè habendo permittere potes, nec reprimere teneris, certè regulariter vix poteris. Ita contra *Toletum*, docet communis DD. *Gerson*, aliisque plurimis citt. Sanchez *lib. 9. matrim. disp. 17. n. 16.* Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 28.* Sa *V. Luxuria n. 10.* sic habet : *cœptam in somnis pollutionem non tenetur evigilans cohibere, vel comprimere; sufficit non placere de ea.* Ratio duplex est; & quia tunc plerumque non adest deliberatio sufficiens, & requisita ad peccatum : &

maximè, quia difficilè, & plerumque impossibile est cohibere, ut mox dicam.

657 Quin universaliter pollutionem involuntariè cœptam ex quacunque causa sive in somno, sive in vigilia licitè posse permittere, nullo impediendi conatu adhibito, meritò concedit Sanchez *cit.* & approbat, Tambur. *l.* 7. *Decalog. c.* 7. *§.* 2. *n.* 17. Ratio universalis; quia (ut supponitur) pollutio incœpit involuntariè, continuatio autem effusionis seminis est solùm effectus naturalis causæ præcedentis, quæ impediri amplius vix potest, & consequenter nec teneris; enim conatus ille reprimendi nihil operabitur vel retento contra naturæ impetum extra sedem semine corpus supra modum gravabitur & periculo infirmitatum exponetur. Demùm pollutio magis secundùm principium, quàm secundùm finem judicanda est. Cavendum tamen permaximè, ne taliter evigilans, voluntarie ortam pollutionem sentiens, non tantum permittat, vel non reprimat (quod solùm conceditur), sed etiam positivo aliquo conatu, vel impulsu eam promoveat, vel complet, etiam solum quoad aliquas reliquias seminis protrudendas, eo ferè modo, quo mingentes, cessante fluxu, aliquot guttas protrudere solent; quod utique non liceret citrà grave peccatum, si omninò deliberatè fieret: nam in eo casu imperfectum voluntarium, & indè delectationem intervenire experientiâ patet, ut bene notat Tambur. *cit. n.* 19.

§. VII.

§. VIII.

Distillatio, & commotio libidinosa.

SErmo hactenùs fuit de pollutione completa, 658
quæ est effusio seminis totalis per se apti ad generationem, magnâque semper delectatione emitti solet.

I. Distillatio est effusio modica partialis seminis, vel potiùs humoris similis minùs mordacis, magísque aquosi, quàm sit semen, minori quantitate, & ferè stillarum instar, minorique voluptate effluentis; imò aliquando nullius voluptatis. Undè claritatis causâ, unam libidinosam alteram non libidinosam distillationem vocare possumus. Commotio libidinosa est alteratio, tumor, & erectio membri genitalis per motionem spirituum generationi servientium, in qua motione voluntariè acceptata consistit delectatio morosa venerea, estque præparatio, & inchoatio quædam ad pollutionem, vel saltem distillationem, undè & passim pollutio inchoata dicitur: circa quæ pono breves resolutiunculas.

II. Sicut deliberatè velle, & procurare ipsam 659
pollutionem, & de ea complacere mortale est, ita etiam deliberatè velle, ac procurare istam distillationem libidinosam, ac commotionem libidinosam spirituum genitalium, & de eâ complacere, mortale est. Communissima DD. cum Sanchez *lib. 9. disput. 17. n. 17.* quoad distillationem. Et *disp. 45. n. 18.* etiam quoad com-

motionem. Ratio manifesta est; quia tunc procuratur & complacetur de voluptate libidinosa ac venerea illi distillationi, ac commotioni necessariò conjunctâ, quod semper mortale est, etiam exclusâ parvitate materiæ à mortali excusante, ut infrà patebit. Deindè illa commotio libidinosa est inchoata quædam pollutio, & ad pollutionem essentialiter ordinatur; magisque inchoata pollutio est ipsa distillatio: ergò eâdem ratione utraque volita directè, mortaliter peccaminosa. Porrò sicut ipsa pollutio indirecta tantùm voluntaria in causa posita tantùm peccatum est, quantum est ipsa causa posita in genere luxuriæ, ita eadem ratione discurrendum de distillatione & commotione libidinosa, juxta Regulas §. *praced.* positas, uti ibidem in fine annotatum est; semper enim obligamur amovere causas per se & notabiliter influentes ad voluptates illicitas; non autem semper tenemur removere causas per accidens, vel leviter tantùm ad eas voluptates influentes, sed ob justam causam necessitatis, vel utilitatis ejusmodi actionem exercendo, sicut pollutionem, ita etiam multò magis solam distillationem, libidinosam vel commotionem carnalem permittere possumus, juxta ibidem dicta.

660 III. Distillatio non libidinosa, quæ scilicet contingit sine ulla delectatione, vel voluptate sensuali venerea (quamvis adsit levis erectio genitalium) non est peccatum. Ita Cajetan. aliique congestis Sanchez *lib. 9. d. 45. n. 2.* Layn.

lib. 3. *Sect.* 4. *n.* 18. Reginald. *lib.* 32. *c.* 3. *n.* 41. Tambur. *lib.* 7. *Sect.* 3. *n.* 53. Ratio est; quia si talis distillatio esset peccatum contrà castitatem, ideò esset, vel quia esset delectatio venerea, vel quia esset proximum periculum ad delectationem veneream, vel saltem quia dispergitur ille humor: *Non primum*; quia nos loquimur de eo distillationis modo, in quo nulla adsit delectatio sensualis. *Non secundum*; quia si illius humoris effusio nullam adfert delectationem sensualem, non est ratio, cur ipsa sola spectata adferat periculum proximum in illicitam voluptatem veneream consentiendi. *Neq; tertium*; quia ille humor exstillans sine voluptate, non est semen, nec ejus effusio generationi nocet, sicut effusio seminis; sed ut optimè docet Gerson *part.* 2. *operum. Tractatu. De pollut. notab.* 1. est humor medius inter semen, & urinam, ineptus ad generationem, ac habet diversum motum ac meatum distinctum ab eo, quem habet semen: immiscet se talis humor medius aliquandò cum urinatione, aliquando per se defluit sine cogitatione & sensu. Hæc & plura lectu digna ibidem *Gerson.* Undè *Cajetan.* apud *Sanchez*, aliiq; non imeritò pronuntiant de tali distillatione, esse perindè ac de sputo vel sudore laborandum, nisi ipsa carnis rebellio comitaretur: Et non obscurè favet S. Thom. *Opusc.* 64. *De fluxu libidinis*, sic dicens: *Sciendum, quòd illi humoris effusio non est pollutio, quia* (ut dicunt Medici) *sine libidinosa delectatione &*

carnis motione nullus potèst pollui vigilan-
Hæc S. Doctor. Si ergo ea distillatio non est p
lutio, nec oblectationem saltem veneream ad
rens, undenam oriatur peccati reatus?

661 IV. Hactenùs dicta traduntur ad intelligen-
dam rei veritatem. In praxi autem omnes Do-
ctores monent confessarium, ut cautus istin ex-
aminando circa materias venereas, ne se vel pœ-
nitentem scandalizet; audi unum aut alterum.
Filliuc. in Institutione brevi pro confessario c.
ait. *Prudens esse debet confessarius in exqui-*
rendis cautè circumstantiis 6. præcepti pa-
paratoris ad actum consumatum, mul-
minutis non necessariis, ne se vel pœniten-
tem excitet ad aliquam tentationem, vel
delectationem. Coninck disp. 17. De Sacram.
n. 56. *Præstat aliquando Sacerdotem [mini-*
perfectè peccatum pœnitentis intelligere,
quam vel illi, vel sibi aliquod scandalum
creare, & esse nimium. Angelus V. Interroga-
tio n. 1. *Confitetur mulier, quod sit cognit*
extra vas debitum: in quo loco vel quomodo
& hujusmodi, sicut faciunt quidam, qui
potius sunt contaminatores, quàm confessore
Vide etiam Lugo *disp.* 16. *De Pœnitent. sect.*
14. *num.* 595. Quare confessarius percipien-
speciem aliquam certam, & numerum pecca-
luxuriæ, maximè contra naturam, regulariter
ab ulteriori interrogatione abstinere debet tam
quoad ligatos, quàm quoad solutos. Et specialiter
in proposito quoad mollitiem, si pœnitens fatea-
tur

tur se voluntariè polluisse, præter objectum cogitatum vix aliquid interrogandum erit.

SECTIO VI. & ultima.

De Impudicitia interna, & externa.

Seu

Cordis, oris & aspectûs, ac tactûs.

SUMMARIA.

662. *Quid & quale peccatum* impudicitia cordis? *scil.*
664. *I. Cogitationes impuræ?*
665. *II. Delectatio morosa?*
666. *III. Consensus impudicus?*
667. *Quid, quando, & quale peccatum* impudicitia oris, *seu turpia loqui, cantare, legere &c. vel* 669. *audire?*
670. *Aspectus turpium potest esse mortaliter illicitus. I. ex objecto.*
671. *II. Ex intentione aspicientis, &*
672. *III. Ex periculo præviso.*
674. *Sicut tactus, oscula, amplexus possunt esse mortale, tripliciter,*
675. *I. Ex ipso objecto.*
676. *II. Ex intentione, &*
677. *III. Ex periculo animadverso.*
680. *An quando, & quale peccatum, tactus, oscula, amplexus,* I. honestatis?
681. II. Necessitatis?
682. III. Curiositatis, *vel* levitatis?
683. IV. Voluptatis *vel delectationis gratiâ? ubi quid delectatio venerea: sensibilis?*
685. *Delectatio* venerea *voluntariè habita semper est peccatum mortale.*
686. Sensibilis *tantùm per se solùm veniale.*
687. *Per accidens tamen sæpissimè mortale.*

688.

688. Imò semper mortale circa objectum per se turpe & obscœnum.

690. In re venerea deliberatè & directè intenta non attenditur parvitas materiæ;

691. Benè verò in re venerea indirectè tantùm volita parvitas materiæ.

692. Resolvuntur casus varii communiter contingentes.

Usque ad n. *689.*

662 IMpudicitia dicitur voluntaria occupatio potentiarum circa res venereas, seu circa provocantia ad libidinem voluptatis gratiâ. Ejusmodi autem impudicitia, & impudica occupatio fit vel in potentiis internis: intellectu, voluntate, phantasia, appetitu sensitivo; vel externis, ut aspectu, loquela, tactu & amplexu; & generatim quatuor modis, scilicèt *corde, ore, aspectu, & tactu.* Explico sigillatim.

§. I.

Impudicitia cordis.

663 EST voluntaria occupatio mentis, seu potentiarum internarum, nimirùm phantasiæ & appetitûs, intellectus & voluntatis circa res turpes, & ad libidinem provocantes voluptatis gratiâ: Et vulgò numeratur triplex, cogitatio, delectatio, consensus. De quibus ex professo latè in materia de peccatis, *p.* 1. *Decal. c.* 6. *per totum;* accipe summatim.

664 I. *Cogitatio*, vel imaginatio rerum obscenarum voluntariè assumpta, admissa, continuata seclusô omni bono fine, ex mera curiositate vel levitate practicè ordinariè sunt peccata mortalia,

talia ob præsentissimum periculum labendi in gravius peccatum, utpotè delectationem, vel consensum turpem, aut in ipsum opus. Juxta *communem* DD. Quòd si verò assumantur, eisque immoretur ad malum finem operationis, vel delectationis inhonestæ, atque sic actu conjunctæ sint cum consensu vel in opus turpe, vel saltem in delectationem morosam veneream, tunc coalescunt in unum peccatum cum ipso consensu & proposito, vel delectatione turpi, ut seorsim non sint exprimendæ in confessione, sed sufficiat dicere: consensi in tale opus turpe, vel delectatus sum morosè de tali opere turpi toties, &c.

II. *Delectatio morosa* impudica est simplex 665
complacentia in delectationem veneream ex re turpi cogitata consurgentem absque animo illam perficiendi: & hæc sive absoluta, sive conditionata sub quacunque conditione non subsistente, semper est peccatum mortale, ut jam toties inculcatum, & probat communissima DD. in dicta materia. Et reducitur hoc peccatum delectationis morosæ venereæ ad diversas species externas luxuriæ, utpotè fornicationis simplicis, adulterii, incestûs, sodomiæ, &c. juxtà rationem objecti, seu materiæ cogitatæ in tali delectatione, si tamen talis circumstantia attendatur, & intendatur in ipsa delectatione morosa, quod certè rarum. Undè qui morosè delectatur de ligata, consanguinea, vel sacra persona, præcisè ut fœmina pulchra est, nullam habet rationem

talis

talis circumstantiæ, ut ordinariè fit, commi[illegible] actum simplicis fornicationis mentalis, ne[illegible] ea circumstantia personæ cogitatæ necess[illegible] erit explicanda in confessione, ut alibi jam [illegible]tatum. Quòd si denique complaceat vel con[illegible]sentiat præcisè in ipsam delectationem venere[illegible]am exurgentem absque cogitatione ullius obje[illegible]cti vel complicis (quod certè etiam rarò) non erit propriè loquendo delectatio morosa, sed simplex impudicitia reducenda ad speciem mo[illegible]litie tanquam inchoata pollutio, ut paulò supe[illegible]riùs notatum.

666 *III. Consensus impudicus* dicitur propri[illegible] qui fertur in opus ipsum turpe, & est actus vo[illegible]luntatis efficax propositi, vel desiderii perpetran[illegible]di opus aliquod turpe, adeóque absolutus semper est peccatum mortale; quin etiam condi iona[illegible]tus sub conditione practicè non auferente mali[illegible]tiam actûs, juxta latè dicta in materia de pecca[illegible]tis. Est autem peccatum mortale ejusdem spe[illegible]ciei cum ipso opere turpi perpetrando, undè tot sunt ejus species, quot sunt species externæ lo[illegible]xuriæ, ut suprà initio Tractatûs annotatum est. Intellige autem dummodò circumstantiæ spe[illegible]ciem mutantes sint cognitæ, & attentæ per in[illegible]tellectum, etsi à voluntate minimè sint intenta, contra quam modò dictum fuit de delectatione morosa. Ratio disparitatis sæpiùs indicata est, quia actus internus inefficax (uti est delectatio morosa) fertur in objectum præcisè, prout ob[illegible]jectivè proponitur per intellectum, ideóque si[illegible]

cilè abstrahit à circumstantiis annexis, quamvis cognitis; at verò actus internus efficax propositi, vel desiderii tendit in ipsum actum externum prout fiet à parte rei, ideóque non potest abstrahere à circumstantiis annexis, sed volens actum externum v. g. peccare cum ligata, consanguinea, &c. necessariò etiam vult circumstantias annexas cognitas.

§. II.

Impudicitia Oris.

667 *Turpiloquium.* Turpia loqui, turpia cantare, legere de rebus venereis, vel ad libidinem provocantibus venereæ delectationis gratiâ, seu cum delectatione circa ipsas res turpes narratas, cantatas, lectas, vel cum animadverso periculo consensûs in delectationem veneream, vel ipsum opus aliquod turpe (quò etiam spectant litteræ amatoriæ, & libidinosæ inter personas solutas) utique est mortale peccatum, mortalem scilicèt malitiam sumens à fine mortali luxuriæ: juxta communissimam DD. cum Navarro *c.* 15. *n.* 14. Sanchez *lib.* 9. *matrim. disp.* 44. *n.* 38. Layman. l. c.

668 Quòd si tamen ejusmodi turpia dicantur, narrentur, cantentur, legantur non cum delectatione libidinosa circa ipsa objecta turpia, sed ex aliqua levitate, curiositate, aut alia delectatione non libidinosa, ex joco, recreationis, vel temporis fallendi gratiâ, aut delectatione tantùm speculativa ob suavitatem, vel artificium Poësis, mirabiles modos, vel inventiones circa talia

fle-

(secluso semper periculo consensûs libidinosi culpam saltem venialem non excedent: ut omnes fateri debent. Ubi tamen meritò advertit *Salas* apud Tambur. *l.* 7. *c.* 8. §. 4. convinci plerumos captare, ac consentire in delectationem libidinosam ipsarum rerum turpium sub prætextu artificiosæ propositionis, cantilenæ, musicæ, &c. quandò carmina vel cantilenas magis artificiosas de re pia fastidiunt, vel recusant, avidius verò excipiunt de rebus turpibus. Convinci item delectatione libidinosa ferri eum, qui frequentiùs & libentiùs loquitur de occultis partium corporis, & rebus ad eas partes pertinentibus, quàm de aliis rebus. Denique similiter peccati argui, qui metaphoris rerum turpium gaudent, qui facilè dicta detorquent ad dictas turpes sensus, quamvìs enim hæc sæpè excusentur ab inadvertentia, vel quia objectum, de quo agitur, non est adeò obscœnum, sæpè tamen, quia deliberatè procedunt ab affectu ad res turpes, à mortali non liberantur.

669 Denique ad impudicitiam oris debet etiam revocari impudicitia aurium: audire enim voluntariè turpia causâ delectationis venereæ, vel cum periculo consensûs in talem delectationem, aut ipsum factum, vel peccatum aliquod gravius turpis operis, similiter peccatum mortale est, & præter proprium peccatum, sæpè potest accedere peccatum alienum scandali, ut potè si ejusmodi turpibus auditis arrideas, tibi placere significes, quo talia loquentes magis

licis, vel confirmas: vel si facilè possis, vel etiam ex officio tenearis, tamen ejusmodi turpiloquia non prohibeas, impedias, abrumpas, aut saltem vultu, gestúque tibi displicere significes, vel loco abeas.* Secùs est si ejusmodi audias ex levitate, curiositate tantùm, secluso periculo consensûs turpis, aut non impedias, cum facile non possis. Placet judicium Tambur. *cit.* §. 4. in fine dicentis: *Si aliis loquentibus, tibi illud turpiloquiũ, vel impura cantilena displiceat, seu non placeat, nec tamen loco discedas, nec eos reprehendas ob rùborem, imò etiamsi (secluso scandalo, & animo de illo peccato delectandi) rideas, vel quid simile facias: te non accuso peccati mortalis, quia ipsa erubescentia non contemnenda ratio est pro tua excusatione.* Hæc ille.

§. III.

Impudicitia aspectûs.

A Spectus impudicus rerum turpium libidinosus & mortaliter illicitus esse potest tripliciter, ex objecto, ex intentione, ex periculo. 670

1. *Ex objecto aspecto*, quod in se valdè turpe est, & notabiliter apud plurimos ad libidinem provocans, seu influens in commotionem illam libidinosam. Sic merè deliberatè 1. & seriò aspicere alios actu coëuntes (non item coëuntia animalia secluso affectu ad libidinem) 2. Aspicere membra pudenda alterius personæ diversi sexûs, ut vir fœminæ, aut fœmina viri; secluſa vera necessitate, qualis est in Medico,

vel Chirurgo, aut Infirmario ad medendum in istis partibus &c. 3. Aspicere personam alterius sexûs totam nudam deliberatè & seriò, vix ut quam à peccato mortali excusari potest ob maximè præsentissimum periculum libidinis, atque consensûs libidinosi. Secùs dicendum foret, si ejusmodi inspiciantur vel indeliberatè & improvisò, vel ex levitate valdè obiter & brevi ter, vel etiam (ut placet Tamburino cit. *num. 3.*) ex loco valdè remoto; aut per ve opacum: tunc enim non erit nisi veniale, quia sic non adest periculum ad ulteriorem libidinem. Eadem ratione nudam personam ejusdem sexûs aspicere, si sit valdè puerilis, *Tambur.* ibidem cum aliis rectè censet esse tantum veniale, quia hoc ex se non multùm excitat ad venerem. Plures casus adferam in finè infrà, ubi de parvitate materiæ.

671 *II. Ex sola intentione aspicientis libidinosa.* Cùm quis scilicet ex intentione veneream delectationis captandæ seu ex actuali affectu ad libidinem aspicit aliquid, etiamsi de se non ita turpe, v. g. faciem, pectus, ubera fœminæ, unde mortale peccatum erit ex vi intentionis libidinosæ: maximè secutâ, & voluntariè acceptatâ delectatione venereâ, cum commotione spirituum generationi servientium: ut cum Navarro *cit. c. 16. n. 11.* notant omnes passim. Peccat ergò mortaliter mas & fœmina soluti alterutrum ejusmodi lascivis aspectibus ad delectationem veneream, vel ipsius copulæ desiderium ex-

tantes: juxta illud *Matth. 5. Qui viderit mulierem &c.* Cæterùm cùm quis aspicit mulieres affectu venereo sistendo in delectatione morosa sine progressu ad eas concupiscendas efficaciter ad copulam, meritò censet Tambur. *lib. 10. Decalogi c. 3.* non esse necessariò in confessione explicandas circumstantias personarum, eâdem ratione, sicut de ipsa delectatione morosa modò dictum fuit; quia etiam tunc tota delectatio videtur interius consummari. At si easdem venereo affectu etiam tangat, quia tunc actus exteriùs consummatur, utique esset personæ conditio exponenda.

III. *Ex solo periculo præviso*, vel adverso 672
libidinosi consensûs, ut cùm quis ejusmodi objecta turpia, seu minùs honesta, etsi secluså actuali mala intentione venerea, solâ levitate vel curiositate ductus deliberatè tamen & seriò aspiciens prævidet jam insurgente turpi commotione periculum consensûs in eam delectationem impuram, vel ipsum opus aliquod turpe, nec tamen ab aspectu cessat, utique jam peccat mortaliter ejusdem speciei luxuriæ peccato, cujus proximo periculo se sciens volénsque exponit, ut apud omnes in confesso est.

IV. Cæterùm secluſis istis tribus, *objecto per* 673
se valdè turpi, intentione impurâ, & periculo consensûs in delectationem veneream, vel opus aliquod turpe, se ipsum vel alios, viros, vel fœminas ex curiositate, vel levitate tantùm inspicere, non nisi veniale erit, & justâ causâ ne-

cessitatis, vel utilitatis utiq; ab omni peccato ex-
cusatur; quinimò, se ipsum etiam circa pudi-
da intueri plerumque veniale tantùm est: quia
hoc non ita ad libidinem provocat, sicut aspi-
re pudenda aliorum, maximè diversi sexus.
Denique juxta dicta eâdem ratione discurren-
dum est de iis, qui legunt libros de rebus turpi-
bus ex professo agentes; qui seriò inspiciunt pic-
turas valdè obscænas; qui spectant comœdias
valdè turpia repræsentantes; si enim ita facian-
cum voluntaria delectatione libidinosa, vel non
animadverso periculo consensûs in ejusmodi de-
lectationem, vel opus turpe, liquidò peccabunt
mortaliter. At secluſa tali turpi delectatione
ejúsque periculo, ex sola levitate, vel curiositate
talia agere, venialem culpam non excedet, dum
modò semper absit periculum consensûs turpis.
Sed heû in re lubrica, quàm frequenter adest!
Cæterùm de ipsis scribentibus libros turpes,
pingentibus picturas inhonestas, histrionibus
obscœna repræsentantibus, eos saltem ratione
scandali peccare mortaliter, & vix unquam a
mortali excusari posse, habet communis senten-
tia in materia de charitate, & scandalo.

§. IV.

Impudicitia Tactûs.

674 IMpudici tactus, oscula, amplexus, eodem mo-
do libidinosi, & mortales esse possunt tripli-
ter, *ex objecto*, *ex intentione*, *& ex periculo*,
& quidem longè majori ratione, quia long-
fortu-

fortiùs ad libidinem provocat & irritat tactus, quàm aspectus tantùm, tangere enim proximiùs ordinatur ad libidinem, magísque venerem, id est, spiritus generationi servientes commovet, majúsque periculum ingerit fœdæ libidini serviendi, quàm solùm aspicere. Itaque

I. Ex objecto ipso tangere deliberatè & seriò 675
partes inhonestas alterius personæ, sive ejusdem, sive diversi sexûs (seclusâ verâ necessitate v.g. medendi) semper est mortale; etiamsi delectatio venerea per se directè non intendatur, sed ex sola levitate, vel curiositate fiat; ob rationem dictam; quia nimirùm id ex natura sua nimiùm & proximè libidinem provocat: & gravius peccatum est, si tactus fiat inter personas ejusdem sexûs, quàm diversi: quia tunc ad gravius peccatum naturâ suâ disponunt, ut rectè notat Sanch. *lib. 9. matrim. disp. 46. n. 18.* Sed dixi: *deliberatè & seriò*, nam Sanchez cum aliis *ibidem n. 12.* admittit hìc aliquam levitatẽ & jocum excusantem, de quo infrà. Dixi etiam: *alterius personæ*: nam tangere se ipsum in partibus verendis etiam ex sola levitate (seclusa mala intentione & periculo) culpam venialem non excedit, quia tactus suarum partium non est tam excitativus ad libidinem, sicut tactus aliorum: atque omni culpa vacabit, si ex rationabili causa fiat ob obviantes necessitates, aut etiam (ait Tambur. §. 2. *n.* 4.) ad calefaciendas manus.

II. Ex intentione. Tangere partes quaslibet, 676
etiam minimè inhonestas, ut faciem, brachia,

pedem mulieris cum intentione captandi de-
ctationem libidinosam, aut animo se, aut a-
personam provocandi ad libidinem vel opus
pe, liquidò etiam mortale est, ex fine mortali
malo; atque circumstantia personæ sic libidi-
sè tactæ in confessione explicanda est, ut ja-
suprà de aspectu impudico innui. Quare unitè le-
gendi & intelligendi sunt DD. *Cajetan. Ne-
var.* alii, quandò dicunt: leviter tangere man-
mulieris, digitum intorquere, pedem pede p-
mere, &c. esse veniale: intelligendi sunt sed
mala intentione libidinosa. Quis enim
prementem vel levissimè manum, vel pe-
mulieris, si fiat ex deliberato affectu libidi-
ad delectationem veneream vel ipsam copu-
mortaliter peccare?

677 *III. Ex periculo animadverso* consentie-
in delectationem veneream, vel opus turpe,
si inter tangendum, osculandum, amplexandum
fœminam vel masculum, exurgente jam con-
motione libidinosa advertas periculum conse-
sûs turpis, nec desistas, utique peccabis mor-
liter ejusdem speciei peccato, cujus pericul-
exponis. Unde à mortali excusari non po-
oscula, amplexus, & tactus ejusmodi per-
morosè facti ob delectationem sensibilem pe-
stentem in ipso osculo, amplexu, vel contre-
tione affectata: & maximè si fiant cum ar-
& mora, replicatis diu in ore osculis, gustati-
biis, linguâ unius alterius ore exceptâ, a-
enim, & omninò adverti debet ab ipsis præse-
tis

tissimum periculum consensûs libidinosi saltem in delectationem veneream indè inseparabiliter enascentem; & mirum esset, si non sequeretur consensus ipse. Atque hoc sensu rectissimè intelligitur damnata illa propositio infrà adferenda.

IV. Denique seclusis his tribus, tactus, oscu- 678
la, amplexus etiam inter solutos, vel non nisi pecata venialia erunt, si otiosè ex mera levitate fiant: accedente autem justâ causâ, omni culpa liberabuntur: quæ quidem omnia hactenùs dicta in his terminis apud omnes certissima sunt. Latent tamen adhuc gravissimæ difficultates, & scrupuli difficillimi. Ut ergò in re usquequâque frequentissima, dicta meliùs intelligantur, pono unam & alteram specialem quæstionem.

QUÆSTIO I.

Quotuplex potest esse delectatio in impudicis tactibus, osculis, amplexibus, vel etiam aspectibus.

TActus, oscula, amplexus, sicut & aspectus, 679
cogitationes, imaginationes de se sunt actus omninò indifferentes, possúntque fieri vel boni, vel mali moraliter, juxta bonum vel malum usum, vel finem, ad quem referuntur. Undè variè & quatrupliciter potissimum possunt distingui tactus, oscula, amplexus; *honestatis*; *necessitatis*; *levitatis*; *vel curiositatis*; & *voluptatis* seu delectationis alicujus captandæ gratiâ. Percurro breviter singula.

I. Honestatis.

680 TActus, oscula, amplexus *honestatis* dicuntur, quæ fiunt vel juxta morem patriæ civilitatis gratiâ, vel aliàs ex honesto fine, utpote ad contestandum amorem castum, amicitiam, pacem, reconciliationem, amorem, &c. Et hi omni culpâ vacant, quia honestatis virtutem induunt; oscula præsertim in scriptura verbis & exemplis commendantur Gen. 27. *Accede ad me, & da mihi osculum fili mi* Luc. 7. Christus Simoni, *Osculum mihi non dedisti, hæc autem &c.* 1. Thessal. 5. *salutate fratres omnes in osculo sancto.* Eadem autem est ratio de amplexibus & tactibus, ac complexibus continuum ob similem causam, idque maximè inter consanguineos & conjugatos, vel sponsos ad contestandum amorem, amicitiam conjugalem &c. quo etiam referenda est delectatio quædam moralis honestatis capta ex ejusmodi osculis, amplexibus, vel tactibus, quam scilicet quis sentit ex osculo, amplexu vel tactu honesto mutuo exhibito in signum casti amoris vel amicitiæ; & potiùs est voluptas mentis, & gaudium animi de honesta amicitia & benevolentia, quàm actûs sensitivi. Ut bene notat Tambur. *lib. 1. c. 8. §. 1. n. 3.*

II. Necessitatis.

681 TActus uti & aspectus (nam oscula & amplexus hic non habent locum) *necessitatis* dicuntur, qui necessariò fiunt in membris corporis

poris etiam pudendis, tum alienis, utpote ad medendum à medico &c. tùm propriis, ad mundandam naturam &c. Et hi secluso omni affectu & consensu turpi utique omni culpâ vacant; cùm necessitas non habeat legem. Idèmque dicendum de tactu confricationis illorum membrorum ad sedandum pruritum in iis membris valdè teneris maximè acutum & molestum, ut à confricatione se continere difficillimum sit, esto sequatur aliqua commotio carnis, dummodò consensus absit, ut ex *Gerson*, & communi DD. notat *Sanch.* & *Layman.* addentes rectè, non esse condemnandum peccati, qui ejusmodi molestissimum pruritum sedare conatur etiam cum animadverso periculo pollutionis; similiter tamen sine periculo consensûs veneri; quia dat operam rei licitæ, ut suprà suo loco notatur, tametsi sit res plena periculi in re tam lubrica, præsertim in persona fragili.

III. *Curiositatis vel levitatis.*

682 TActus, oscula, amplexus, uti & aspectus facti ex mera curiositate; levitate, vel joco, aut hilaritatis gratiâ circa personam ejusdem vel diversi sexûs, dummodò ex ipso objecto non nimis turpes sint, & secluso intentione libidinosa, & periculo consensûs turpis, non nisi venialem culpam continent. Ita ex communissima DD. pluribus congestis *Sanch. & Laym.* l. c. eóque sensu intelligendi sunt DD. suprà indicati, dum docent leviter tangere manum mu-

lieris, digitum contorquere, pedem pede p
mere esse veniale. Sed notanter dixi: *dum*
dò ex objecto non nimis turpes sint juxta
cta §. 4. N. I. Certè deliberatè tangere immo
tè (non item supra vestes) partes verendas per
næ altetius, maximè diversi sexûs, cùm per
& ex objecto suo magnam deformationem ha
beat, & ex natura sua ad libidinem excitandam
tendat, adeóque hominem gravissimo contra
sûs periculo exponat, etiamsi ex sola levitate
joco fiat, à mortali excusari non posse, omn
fatentur. At verò quoad ejusmodi tactus
personam ejusdem sexûs v. g. dum simul
neant, vel natant &c. levitatem vel jocum a
tali excusantem admittit Sanchez *lib. 9. dis*
n. 22. consentiente *Sylvio* apud Tambur.
8. §. 2 *n.* 4. dicente; quod putamus admitti
se, ij leviter, & quasi per transennam hoc
non autem si omninò deliberatè: quia tal
tas & jocus deliberatus est nimis turpis &
culosus. Plures casus huc facientes *q. seq.*
finem congeram. Denique se ipsum tange
sola curiositate vel levitate secluså intentione
sa & periculo, per se solùm esse veniale, jam
notatum est.

IV. Voluptatis vel delectationis gratiâ.

683 TActus, oscula, amplexus, uti & aspectus
læpissimè fiunt propter aliquam volupta
tem, vel delectationem sensibilem, quæ in ipsis
vel eorum objectis percipitur. Duplex autem
distinguitur delectatio, *sensibilis veneres*, *
sensibilis tantùm.

Delectatio *libidinosa & venerea* (jam toties ad nauseam usque inculcata) est, quæ consurgit ex commotione vel alteratione partis inferioris ob motum spirituum generationi servientium: qualisque percipitur in ipsa copula, pollutione &c. Undè dicitur venerea, quia est ordinata naturaliter ad promovendam generationem, cui Venerem antiquitas stulta Deam præsidem faciebat. Delectatio *sensibilis tantùm* dicitur, quæ solùm consurgit ex naturali proportione potentiæ ad objectum tactum, vel visum, naturaliter enim visus delectatur aspectu rei pulchræ, & potentia tactiva ex contactu rei mollis vel delectabilis: ut si delecteris aspiciendo fœminam pulchram, vel tangendo mollem carnem manûs vel faciei fœminæ: Eodem omninò modo, quo delectaris aspectu alterius rei pulchræ vel mollis absque omni ulteriori intentione ad delectationem libidinosam, carnalem, vel veneream ordinatam ad illicitam copulam vel seminationem. Ita quidem DD. communiter explicant. Subtiliùs Tambur *lib. 7. c. 8. §. 1. à num. 7.* præter delectationem veneream libidinosam duplicem distinguit delectationem sensibilem naturalem tantùm, & specialiter ex tactu, vel osculo fœminæ absque tamen ordine ulteriori ad libidinem. Sed legat, qui volet, nostrum Marchant cum multis. Sed sit

RESO-

RESOLUTIO.

684 DElectatio voluntaria captata vel admissa deliberatè ex aspectibus, tactibus, osculis, amplexibus, venerea semper est peccatum mortale: sensibilis autem tantùm, per se veniale tantùm: per accidens tamen sæpissimè mortale, imò semper mortale circa objectum per se turpe & obscœnum. *Ita DD. citt.* Explico breviter.

685 *I. Venerea semper est peccatum mortale.* Certum apud omnes, & ratio eadem est, quæstio sequens probabitur: Insuper in ea delectatione voluntaria nullâ dari parvitatem materiæ à mortali excusantem. Certè si delectatio morosa venerea de re turpi cogitata tantùm mortalis est (ut ex communi suo loco probatur) quantò magis mortale erit captata ex osculis, amplexibus, tactibus impudicis. Atque hac ratione intelligo damnari ac prohiberi ab Alexandro VII. inter caeteras num. 40. hanc propositionem: *Est probabilis opinio, quæ dicit esse tantùm venialem osculum habitum ob delectationem carnalem & sensibilem, quæ ex osculo oritur, seclusa periculo consensûs ulterioris, & pollutionis.* Hæc ibi. Nam per delectationem carnalem videtur omninò intelligi venerea seu libidinosa, vel saltem sensibilis cum illa conjuncta, cum consensu, vel periculo consensûs in illam venereâ delectationem, juxta mox dicenda, etsi *absque periculo consensûs ulterioris* in aliquod opus turpe, vel *pollutionis*. Sed hæc salvo meliori judicio.

II. Sed

II *Sensibilis tantùm delectatio per se est* 686
veniale tantùm. Ita communis DD. cum Tambur. *lib. 7. Decalog. c. 8. §. ult. n. 6.* loquente etiam de delectatione illa speciali non libidinosa. Ratio; quia delectatio illa sensibilis per se, secluso omni periculo consensûs turpis in delectationem veneream, omni prorsùs culpâ vacat: nam ex se ordinatur ad bonum finem, nec in se inhonesta est; quòd si ergo captetur ex oculis, tactibus, aspectibus, ratione sui tantùm absque aliquo bono fine, est sanè deordinatio aliqua & abusus rei per se non malæ, ideóque per se culpam venialem excedere non potest. Undè vides meritò jam suprà concessum aspectum vel tactum partis alioquin honestæ v. g. aspicere vel tangere faciem, manus, brachia, & (secundùm *Navarr.*) etiam mammillam fœminæ obiter ex joco, levitate, curiositate, ex se nihil habere mali, præter ipsum jocum vel levitatem venialem; nam ut sic solam naturalem sensibilem patiunt delectationem: ergo secluso consensu venereo non est, undè mortalis culpæ condemnentur.

III. Per accidens tamen sæpissimè mortale 687
peccatum sit delectatio illa sensibilis ratione adjuncti periculi consensûs turpis: & hoc sensu ac practicè omninò vera est communis sententia DD. ac ipsius Sanchez sæpè cit. *lib. 9. disp. 46.* Oscula, amplexus, tactus voluptatis sensibilis gratiâ inter omninò solutus esse plerumque peccata mortalia ob maximum conjunctum periculum

culum delectationis venereæ, ac consen
turpis : & ratio sumitur ex manifesta expe
rientia, quâ constat sæpissimè, imò plerum
que non sisti in illa delectatione sensibili tan
tùm, sed nimis sæpè, ob symphatim potentia
tiarum, exurgere etiam delectationem libidino
sam veneream; atque ideò ita voluntarie de
ctantem sensibiliter in ejusmodi aspectibus, tac
ctibus, osculis, plerumque se exponere periculo
consensûs turpis, saltem in ipsam delectationem
libidinosam consurgentem, si non etiam in ip
sum aliquod opus turpe. Et hac ratione rursus
supra diximus, amplexus, oscula, tactus, si fiant
morosè ob captandam delectationem sensibi
lem, præsertim inter duos diversi sexûs, quia na
turaliter consequitur commotio, & delectatio
libidinosa, adeóque adest periculum consensûs
turpis, non posse excusari à mortali; tunc enim
ponitur causa proxima veræ libidinis: nisi forte
ætas infantilis aliquid amplius permittat, ut
permittit Sanchez *cit. num.* 13.

688 IV. Imò semper peccatum mortale est de
lectatio sensibilis ex aspectu, vel tactu circa ob
jectum per se turpe & obscœnum. In hoc om
nes consentiunt, & nos hactenus semper suppo
suimus. Ratio, imò experientia nimis mani
festa est; quia aspectus & tactus objecti obscœni
vel partis inhonestæ corporis alterius, etsi fiant
primariò ob delectationem sensibilem, tamen
naturaliter & inseparabiliter pariunt etiam delec
tationem libidinosam veneream, ut moraliter
impos

impossibile sit, ut delectatio quæcunque sensibilis ejus partis, quæ tam proximè inservit generationi, assumatur vel admittatur, quin concomitanter consurgat ipsa delectatio libidinosa: quare dum aliquis tam proximam inseparabilem, & efficacem causam libidinosæ delectationis voluntariè ponit, illam voluntariè procurare, & saltem indirectè velle convincitur, eóque ipso delinquere mortaliter; quæ ratio valde notanda est. Tandem si fiant ejusmodi tactus, amplexus cum periculo ipsius pollutionis, de hoc jam habes *supra sect.* 4. satis. Jam sequitur principalis in hac materia valde intricata controversia, & delicata

QUÆSTIO ALTERA.

Datúrne parvitas materiæ excusans à mortali in re venerea, vel materia luxuriæ?

DIfferunt ista duo sicut magis & minùs latè patens; nam *res venerea* proprie est ipsa copula, vel coitus carnalis, pollutio atque delectatio venerea ex commotione spirituum generationi servientium orta in & circa partes genitales, & ad summum, quæ ad hoc proximè disponunt, ut tactus & agitatio partium genitalium &c. *Materia luxuriæ* autem generalis ultrà prædictas res venereas ad ipsam generationem pertinentes, comprehendit omnem etiam impudicitiam seu occupationem potentiarum ac sensuum, præsertim tactûs, circa res inhonestas, vel ad libidinem aliquo modo provocantes, de

689

quibus

quibus hactenùs actum est. Jam verò non po
esse quæstio, an detur parvitas materiæ in re
nerea quoad ipsam copulam & pollutionem
seminatioem illicitam. De hoc enim n
sanæ mentis ambigit, quin non: sed solùm q
ad delectationem libidinosam veneream direc
vel indirectè intentam, & consequenter
quoad impudicitiam cordis, oris, aspectûs,
ctûs &c. Pono duas resolutiones.

RESOLUTIO I.

690 IN re venerea, hoc est, non tantùm q
copulam, pollutionem, distillationem lib
nosam, seu quamcunque voluntariam effu
nem seminis illicitam, verùm etiam quoad d
ctationem veneream seu lidinosam directè
deliberatè intentam, quæsitam, acceptatam, p
cticè saltem non potest esse parvitas materiæ e
cusans à mortali: atque ideò omnis impudicitia
cordis, oris, aspectûs, tactûs, oscula, amplexu
&c. facta causâ delectationis venereæ capta
ficut omnis in illam deliberatus consensus
complacentia semper est peccatum mortale.
in re communissima, & mihi planè certis
doctrina, quàm latissimè probat Rebellus *de*
part. 2. lib. 3. q. 19. Less. *lib. 4. de just. c.*
119. Sanch. *lib. 4. moral. c. 5.* Laym. *lib. 4. tr.*
5. c. 8. n 2. Diana. *part. 3. tract. 5. resol.*
innumeri apud istos (quidquid cum pauci
quibus contradicat Caram. *in Regul. S. Ben.*
& infrà citandus.) Ratio est; quia omnis

lectatio venerea & libidinosa naturâ suâ per se ordinatur ad copulam, imò re ipsa (ut benè docet *Galenus* apud citat.) est ipsissima inchoatio pollutionis: quid enim est nisi motus humoris spermatici per spiritus generationi servientes incalescentis, & per certas arterias ad instrumentum generationis tendentis: ergò sicut deliberatè velle copulam, seu seminationem illicitam semper mortale est, ita etiam deliberatè velle eam delectationem, seu commotionem veneream in se, vel in alio, semper erit peccatum mortale: & sicut in ipsa copula vel seminatione illicita, ita & in ea delectatione, vel commotione illicita per se ordinata, & inchoante seminationem illicitam, nunquam poterit esse parvitas materiæ excusans à mortali, *saltem practicè loquendo.* Neque enim praxi audienda est distinctio Caramuelis *Theol. Regul. sive in regul. S. Benedicti disp.* 69. & 70. Delectationem venereamesse quidem peccatum mortale, quandò pollutio graviter & propinque inchoata est: non item, si pollutio solùm leviter, tenuiter, & remotè inchoata sit. Etsi enim hoc speculativè defendi posse fatear; practicè tamen nullo modo probari potest ob evidentissimum periculum in re tam lubrica & picea. Hic enim verissimè & certissimè: *qui tangit picem, inquinabitur ab ea*; etenim quantumvis minima delectatio & comotio venerea naturâ suâ tendens in majorem & majorem, ipsámque seminationem, & tam delectabiliter, voluntariè con-

sentientem, ac maximè excitantem exponit pro-
ximo & gravissimo periculo consentiendi
majorem delectationem, majúsque peccatum
carnale. Qua ratione Sanchez *cit. lib.* 1. *mor.*
c. 6. dicit (retractans suam contrariam senten-
anteà traditam *lib.* 9. *mat. disp.* 56.) *quia*
quavis delectatione venerea deliberè ad-
missa apertum est periculum incidendi in ma-
jorem delectationem aliam manifestè mor-
lem : quare nec audeo, nec unquam au-
sum excusare à confessionibus hujusmodi
lectationum quantumvis modicarum deli-
tionem.

RESOLUTIO altera.

691 OMninò admittenda est parvitas mate-
excusans à mortali in materia luxuriæ q
ad impudicitiam cordis, oris, aspectûs, tac
&c. non tantùm quoad delectationem sensi
lem (de qua suprà) sed etiam quoad ipsam d
lectationem veneream libidinosam directè m
nime intentam, sed indirectè solùm voluntaria
in ejusmodi causa levi posita, vel non ablata,
cluso consensu, & periculo consensûs in ips
delectationem veneream, vel ulterius opus
pe. Ita (præter DD. qui absolutè, hic ad
tunt parvitatem materiæ, & fortè nihil aliud
lunt, excepto *Caramuele* manifestè loquente
delectatione venerea) expresse docet Vasq
lib. 2. *disp.* 108. asserens, hac de re nullam
controversiam, cùm DD. contrarium com
niter asserentes loquantur de delectatione

rea directè intenta, vel volita. Castro-Pal. apud Tambur. *cit. c.* 8. §. 1. *n.* 8. vocat hanc communissimam DD. Sententiam admittentem in materia luxuriæ leve peccatum ex parvitate materiæ, aliisque citt. Filluc. *tract.* 30. *in* 6. *præcep. c.* 9. *toto*, præcipuè *n.* 18. *&* 19. Item par nobile fratrum Jacob March. Resol. Pastoral. *p.* 1. *c.* 6. *q.* 6. Et Petrus Marchant, *Trib. tom.* 2. *tract.* 6. *tit.* 3. *q.* 2. §. 8. *dub.* 1. *resol.* 2. *in fine*, Ratio; quia valdè rationabile, & consonum est fragilitati humanæ, quòd homo sub peccato mortali non teneatur evitare omnem actionem levem, ex qua est periculum exurgendi aliquos motus delectationis venereæ, & cùm hi motus longè facillimè exurgant, ut sint mortales, omninò requiri debet majus voluntarium, quàm indirectum & virtuale in causâ maximè levi, & de se veniali tantùm: alióquin certè oporteret condemnare peccati mortalis omnem conversationem non necessariam virorum cum fœminis, juvenum cum puellis, colloquia familiaria, choreas, aliásque recreationes etiam honestas: cùm in ijs facillimè intercurrant aspectus blandi, verba levia, tactus, oscula amplexus, & alia hujusmodi venialia, ex quibus plerumque oriuntur motus aliqui venerei, quos tamen secluso consensu, ejúsq; periculo una cum veniali causâ sua meritò censemus veniales, quemadmodum & alia, quæ remotè tantùm disponunt ad alia peccata mortalia; ut litigium ad homicidium, haustus supperfluus ad ebrietatem &c. venialia

tantùm meritò censentur. Regula ergò à D[illegible] assignata, & recepta, & à nobis tradita de [illegible] pollutione indirectè voluntaria vel causata [illegible] tiori locum habere debet in delectatione ven[illegible] indirectè tantùm voluntaria, nimirùm *Quan[illegible] causa posita est licita, vel venialiter tantùm mala, etiam delectatio præter intentionem [illegible] surgens inculpata, vel venialis tantùm [illegible] erit.* Applica in exemplis hactenùs datis [illegible] dictis inferenda est corollaria.

RESOLUTIO

Variorum casuum in particulari.

692 I. OSculari pueros ex amore teneræ infa[illegible] ætatis, complecti, tangere, capt[illegible] delectationem sensibilem ex mollitie carnis [illegible] neræ, secluso consensu turpi, nullum vel ver[illegible] tantùm peccatum est. *Sanchez, Jacobus Mo[illegible] chant* II. cc. Similiter ancillæ puellos vestiente[illegible] lavantes, eorúmque pudenda tangentes vel asp[illegible] cientes, etsi motus sensualis, secluso cons[illegible] vel complacentiâ turpi exurgat: aut non p[illegible] cant, si ita officium exigat; aut solùm venialiter [illegible] si ex curiositate faciant: mortaliter autem p[illegible] care possunt, si id morosè faciant ob morale p[illegible] culum consensûs libidinosi.

693 II Personæ ejusdem sexûs simul balneant[illegible] natantes, ex curiositate vel levitate tantùm e[illegible] in partibus verecundis invicem aspicientes [illegible] motu sensualitatis, secluso consensu turpi, [illegible] sunt condemnandi peccati mortalis: Secu[illegible]

de personis diversi sexûs, tunc enim semper est
morale periculum libidinis. Se ipsum autem
aspicere, vel tangere ex curiositate, vel levitate,
secluſa intentione, complacentiâ, vel consensu
turpi, ordinariè veniale est; quia minor est inde-
centia & minùs movent ad turpia propria, quàm
aliena: ut etiam in superioribus notatum habes.

III. Choreas ducere, etsi aspectibus, tacti- 694
bus, osculis, amplexibus solitis, delectatio sen-
sibilis captetur seclusâ semper intentione, vel
consensu turpi, nullum, vel veniale tantùm pec-
catum est. Cajetan. *V. Choreæ.* Filliuc. *tract.* 33.
c. 10. *n.* 224. ubi sic dicit; *Rustici diebus festis
non sunt prohibendi à choreis, modò fiant
post Missam; tum quia aliàs otio vacarent,
quod pejus esset; tum quia fiunt pro more Regio-
nis, & publicè coram aliis, ideóque magna ex
parte aufertur libidinis occasio: Tum quia vi-
dentur conciliatrices amoris, & benevolentiæ
inter adolescentes & puellas in ordine ad matri-
monium.* Sic ille sapienter.

IV. Cantare, dicere, legere turpia, pecca- 695
tum est juxta intentionem facientis; si enim fi-
unt cum intentione vel complacentia turpi,
mortale; si ex curiositate vel levitate tantùm, se-
cluso periculo consensûs turpis, venialem cul-
pam habent; at verò componentes cantiones,
vel libros turpes ordinariè mortaliter peccant
ob scandalum saltem aliquorum: quemadmo-
dum etiam comœdias turpes exhibentes, de
quibus itidem jam mentio facta.

V. Mittere litteras amatorias, munera, &c. 696

similiter peccatum est juxta intentionem fa-
cientis: Si enim faciant ex intentione libidi-
sa, vel animo provocandi alterutrum ad ill-
tam venerem, liquidò mortale erit: si ex sola le-
vitate, joco, vexatione vel recreatione, veni-
per se loquendo: Si ad captandum, vel fovendum honestum amorem in ordine ad matrimonium, culpâ vacabit, præsertim inter jam spon-
sos. Intellige semper: *per se loquendo*, nim-
rùm, secluso periculo proprio, vel alieno: ut
nisi scriptio, pictura, &c. de se valdè turpis est
& ad libidinem provocans.

697 VI. Aspicere animalia coëuntia ex curiosi-
te vel levitate, secluso affectu libidinoso, non
veniale est; quia id non multùm excitare solet
libidinem; insuper eadem animalia, minora præ-
sertim, ut catellos, catos, &c. molliter tractare,
mulcere, etiam eorum pudenda contrectare, &
(res sanè castitatis amatoribus meritò fugiendæ)
ex curiositate, vel levitate, nullâ conceptâ in
imputâ delectatione, non nisi veniale esse do-
Sanchez *lib. 9. disp. 46. n. 15.* Aliósque cit.
Diana *part. 2. tract. 17. resol. 37.* Quia indè
excitatur tam vehemes delectatio. Addit
dem Diana. *Et quamvis confricans intendens
ut brutum semen expelleret ex curiositate
lud videndi, non esse mortale; quia non
mortale impedire bruti generationem,
efficere, ut abortiat, sicut nec ipsum ne-
(brutorum enim Domini sumus) licet op-
situm sit probabilius.* Hæc Diana ex Sa-
che-

chez. Oppositum autem docent Bonacina, & Salas apud eundem, & meritò mortale esse censet Tamburin. *cit. lib. 7. c. 8. §. 2. n. 5.* Quandò quis ita faceret ob delectationem sensibilem; quia tanta contrectatio pudendorum animalis, tam seriò facta ob sensibilem delectationem, principium ex se est impuræ libidinis. Denique si ejusmodi fierent ex affectu libidinoso ad ipsa animalia, maximè grandiora, non tantùm mortale esset, sed etiam spectaret ad peccatum bestialitatis tanquam actus quidam inchoatus. Et de his tandem satis.

CAPUT IV.

Sivè

TRACTATUS APPENDIX,

DE

ABORTUS PROCURATI MALITIA ET POENIS,

Juxta Jus Commune & Constitutiones SIXTI V. & GREGORII XIV. PONTIFICUM.

PRÆNOTIONES.

I. *Abortus*

EST ejectio fœtûs immaturi, ejúsque vel inanimis adhuc, aut jam animati animâ rationali. Retinenda pro praxi omninò videtur communis 698

persuasio ex Aristotel. *l. 7. de animal. c. 3.* tum masculum animari quadragesimo, fœ neum verò octuagesimo die à conceptione. dubio, qualisnam fœtus fuerit, præsumend esse masculum; ideòque post quadragesim diem ejectum fuisse animatum, ac homicidi patratum; atque ita observare sacram Pœnite tiariam, testatur *Noldus* apud Dianam consi tientem *p. 7. tr. 5. resol. 5.* Contra verò pr sumendum fuisse, fœmineum, ac proindè n octuagesimum vel saltem sexagesimum à co ceptione diem ejectum, non fuisse animatu nec consequenter homicidium patratum, q quo minùs potest, gravetur delinquens, m censent alii. Et saltem verum esse debet in ne ad pœnas corporales, quando criminal agitur; tunc enim, quoad rationabiliter pote præsumitur fœtus potiùs inanimatus, qu animatus, ut pluribus allegatis tenet *Bonac* apud eundem Dianam *ibid. resol. 41.*

II. Abortum procurare

699 EST studiosè quærere & applicare media id, ut fœtus sive inanimis adhuc, sive j animatus ejiciatur, vel occidatur. Duobus mo dis potest fieri ejusmodi abortûs procuratio Primò, *directè & per se*: applicando medium vel medicamentum per se efficax & ordinatum ad expellendum vel occidendum fœtum: q sunt potiones quædam medicatæ, compress violenta prægnantis, percussiones, ponder gravia eidem imposita, alia sexcenta & non

rarò etiam malefica. Secundò *indirectè tantùm*, & *per accidens*: utpotè applicando pharmacum vel medium per se solùm ordinatum ad conferendam sanitatem prægnantis, etsi per accidens & præter intentionem simul fœtum expellat, eive mortem inferat. De cætero notum est, abortum, sicut & quodvis homicidium, posse causari aut physicè & immediatè, aut moraliter & mediatè, jussione, consilio, consensu; item aut voluntariè, aut solùm casualiter: denique aut certò, aut dubiè; de quibus ordine: præmissâ tamen necessariâ summulâ dictarum Constitutionum Pontificiarum.

III. *Summa Constitutionis Sixtinæ.*

SIxtus V. *Constitutione sua* 87. *editâ Anno* 1588. *incipiente*: *Ad effrænatam*. de re nostra decernit sequentia. 70

Primò §. 1. Eos, qui per se vel interpositas personas abortûs seu fœtûs immaturi, tam animati, quàm inanimati, formati vel informis ejectionem procuraverint, percussionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribúsque mulieri prægnanti impositis, ac aliis etiam incognitis vel maximè exquisitis rationibus, ita ut reipsa abortus indè secutus fuerit, ac etiam prægnantes mulieres, quæ scienter præmissa fecerint: teneri pœnis omnibus Jure Divino & Humano, Canonico & Civili statutis contra veros homicidas.

Secundò §. 2. 3. 4. Eosdem incurrere irregularitatem: undè nec promoveri possint, nec, si

promoti fuerit, miniſtrare; ſed eo ipſo omni privilegio Clericali, Officio & Beneficio ejus privatos, quæ ſic vacatura reſerventur diſpoſitioni Papæ: atque inhabiles in futurum, etiamſi delictum fuerit occultum: Et qui foro Eccleſiaſtico ſunt ſubditi, degradati tradantur foro ſæculari capitali ſententiâ puniendi.

Tertiò §. 5. Similibus pœnis vult teneri eos, qui ſterilitatis potiones ac venena propinaverint mulieribus, aut quò minùs fœtus concipiant, impedimentum præſtiterint, vel ad hæc quæcunque modo conſuluerint, vel auxiliati fuerint, nec non & mulieres ipſas, quæ eadem pocula ſpontè ac ſcienter ſumpſerint.

Quartò §. 7. Inſuper omnes, quicunque vel quæcunque, vel ut principales, vel ut ſocii, ſociæ, conſciævé ad tale facinus committendum, opem, conſilium, favorem, potionem, vel alia cujuscunque generis medicamenta ſcienter dederint, ac etiam ſcribendo litteras vel apochas, vel aliàs verbis aut ſignis juverint, aut conſuluerint, ipſo facto excommunicationem incurrant, à quâ nequeant abſolvi (niſi in articulo mortis) neque etiam in Jubilæo, aut vigore Concilii Tridentini, niſi à Romano Pontifice, atque etiam ab eo duntaxat urgentiſſimis de cauſis, in irregularitate eâ de cauſâ contractâ, diſpenſari poſſit. Non obſtantibus, &c. *more ſolito.*

IV. Moderatio Gregoriana.

701 GREGORIUS XIV. *conſtit.* 8. *editâ anno* 1591. incipiente: *Sedes Apoſtolica*: rigo-

dam

dam illam Sixti V. Constitutionem in duobus punctis gravissimi momenti moderavit. Accipe verba formalia omni acceptatione digna.

Primò §. 2. in fine. *Prædictam constitutionem sic duximus moderandam, ut à peccato & excommuncaitione contra personas ibi expressas latâ, tam quoad eos, qui hactenus deliquerunt; quam quoad illos, qui post nostram constitutionem in iisdem casibus deliquerint, quilibet Sacerdos tam sæcularis, quam cujusvis Ordinis Regularis, ad Christi fidelium confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per loci Ordinarium deputatus plenam & liberam, in foro conscientiæ tantùm, absolvendi habeat facultatem, eandem prorsùs, quam idem Sixtus Prædecessor sibi ac suis Successoribus reservavit.*

Secundo §. 3. *Quò verò ad pœnas procurantium abortum fœtûs inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocunque modo auxilium vel consilium eis dantium, in prædictâ Constitutione contentas, constitutionem præfatam in ea parte, ubi de his agit, ad terminos juris communis, ac sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini, dispositionem, Authoritate Apostolicâ, tenore præsentium, tam quoad præterita, quàm quoad futura, perpetuò reducimus perindè ac si eadem constitutio in hujusmodi parte nunquam emanasset.*

Non obstantibus eâdem Prædecessoris nostri

stri Constitutione, quam quoad reliqua omnia praeter contenta in hac nostra constitutione, in suo robore omnino permanere volumus, cæteraque contrariis quibuscunque. Hæc Pontifex Gregorius.

Ex quibus vides ex illa Constitutione Summi nihil ferè remanere roboris quoad abortum fœtûs inanimis; multùm verò per omnem modum quoad abortum fœtûs animati, ut patebit.

SECTIO I.

Abortus fœtûs inanimati.

SUMMARIUM.

702. *Procurare abortum etiam fœtûs inanimati est intrinsecè mortaliter malum.*
703. *Refertur opinio, aliquando licere, scil. ad servandam vitam prægnantis.*
704. *Sed statuitur sententia vera, licere nusquam.*
706. *Solvuntur fundamenta opposita.*
707. *Pœnas tamen, scil. irregularitatem non incurrunt procurantes abortum fœtûs nondum animati.*
709. *Qualiter liceat indirectè procurare abortum fœtûs nondum animati?*

Malitia.

702 INtrinsecè malum & mortaliter illicitum est fœtûs etiam inanimati abortum procurare directè: est enim velut homicidium privativum, utpotè impeditio vitæ humanæ in materiâ, in quâ secundum ordinarium naturæ cursum proximè inesse deberet, de quo acutè Tertullianus in Apologetico c. 9. *Nobis homicidio semper interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc*

qui

hut sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est, prohibere nasci: nec refert, natam quis eripiat animam, an disturbet nascentem. Homo est, qui futurus est, nam fructus in semine est. Et ex D. Hieron. Sixtus P. V. in allegatâ Bullâ. *Nimis enim imprudenter contra DEI voluntatem se opponunt, qui, ut S. Hieronym. ait, dum natura recipit semen, receptum confovet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit: dum inter ventris angustias DEI manus semper operatur, idémque corporis creator & anima est, impiè despiciunt bonitatem figuli, id est DEI, qui hominem plasmavit, fecit, & voluit.* Sic illi: idémque sentit D. August. *l. de Nuptiis & Concupisc. c.* 15. relatus *c. aliquando* 32. *q.* 2.

Ejusdem intrinsecæ & mortalis malitiæ est, quocunque modo vel medio malitiosè impedire conceptionem prolis post copulam, aut prolis jam conceptæ animationem, aut aliter sterilitatem procurare: cui flagitio pœna homicidii decernitur jure communi *c. Si aliquis, de homicidio. Si aliquis causa explendæ libidinis, vel odii meditatione, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare vel concipere, vel nasci soboles, ut homicida teneatur.* Verùm hìc controversia est perdifficilis, utrum prædicta adeò sint intrinsecè mala, ut nullo bono fine cohonestari, nullo casu vel causâ excusari, ac licere possint.

Opinio: licere aliquando.

703 UNo saltem casu, nempè ad servàndam vi tam prægnantis ex præsenti morbo extre mè periclitantis, nullo alio remedio suppetente licere directè procurare abortum nondum ani mati fœtûs, docent DD. sanè graves & multi tis. *Navarrus*, *Henriquez*, aliisque congestis Sanchez *l. 9. de Matrimonio disp. 20.* Layman. *Theol. Moral. l. 3. tract. 3. p. 3. c. 4. num. 4.* Diana *part. 5. tr. 14. Miscell. resol. 90.* Ratio potissima est: I. Quòd eo casu fœtus sit quodam modo aggressor invadens quasi matrem, dum ei periculum mortis creat: quem proinde jure na turali liceat abigere, quemadmodùm & alios humores noxios invadentes naturam. II. Li citum est ad conservationem totius suppositi abscindere aliquod membrum etiam sanum & innoxium ex se, ut si manu vel pede alligatus aliter non possis evadere mortem atrocem à gras sante incendio, aut imminente ferâ vel tyranno, &c. atqui fœtus nondum animatus est pars uteri materni: ergò &c. III. Ex duobus malis minus est eligendum, majúsque bonum præferendum minori: at nónne liquidò majus malum est mors matris, quàm ejectio fœtûs nondum animati, majúsque bonum conservatio vitæ matris, quam fœtûs inanimis? IV. At quid tandem cum tan to matris discrimine & detrimento conservan dus sit fœtus ille, qui certè, pereunte matre, nunquam animabitur.

Nec desunt Authores, qui hanc licentiam ab

abortûs procurandi ulterius extendant ad cavendam mortem vel infamiam de futuro, utpotè quando prægnans timeretur ex partu moritura, vel jam experta sit, se in partu ad extrema deduci: item quandò prægnanti ex stupro, adulterio, incestu, aliòvè coitu damnato, secuto partu, immineret periculum gravissimæ infamiæ, pœnæ, imò mortis ex justitia, &c. In ejusmodi casibus etiam licere tempestivè procurare abortum fœtûs nondum animati probabile censent *Torreblanca*, *Bordonus*, *Lezana*, *Trullenchus*, alii apud Dianam *p. 6. tr. 8. Miscell. resol. 37.* Sed meritò reprobat communis Doctorum etiam priorem casum approbantium. Sanchez *cit. n. 9.* Diana ibidem in fine, addens: *Imò audio, si verum est, fuisse damnatum in Congregatione sancti Officii.*

Sententia vera: licere nunquam.

704 ITa universaliter Communior Doctorum, nominatim Lessius *l. 2. de justit. c. 9. dub. 10. n. 61.* P. Navarr. *l. 2. de Restit. c. 3. num. 140.* Card. de Lugo *disp. 10. de Just. sect. 5. à num. 130.* & latè Basil. Poncius *l. 10. de Matrimonio c. 13.* alii apud ipsos. Ratio validissima sumitur à simili de pollutione seu effusione seminis voluntariâ nullo unquam casu licitâ, etiam in nostro casu ad conservandam vitam hominis extremè periclitantis. Et quænam hujus ratio? an vulgaris illa: Quod procurare pollutionem sit contra finem naturalem seminis à natura per se intentum, scilicet generationem prolis? Atqui

pro-

procurare abortum fœtûs jam concepti, et nondum animati, æquè, imò multò magis, et contra finem generationis, à natura per se, non modò intentum, sed jam actu attentatum, et proximè attingendum, uti pulchrè exprimunt verba *Tertulliani*, & Sixti V. P. modò n. 1. recitata; ergò à fortiori non licebit unquam etiam ad vitam prægnantis conservandam procurare abortum.

Dices utique cum doctissimo Sanchez cit. n. 7. Rationem, ob quam feminis effusio nunquam liceat, non esse dictam frustrationem finis naturalis, damnúmque generationis præcisè, quia natura omnimodam feminis administrationem negavit extra coitum aptum generationi propter apertissimum periculum incontinentiæ ex nimiâ delectatione, quæ in illa effusione sentitur. Nam hinc, si extra copulam liceret illum aliquo casu eam procurare, homines ea delectatione contenti minùs de prole generandâ curarent, sicq; impediretur usus matrimonii maximo generationis ac speciei humanæ detrimento. Quæ ratio & inconvenientia non habet locum in abortu procurando sine dubio non multùm delectante. Sed pace laudatissimi Doctoris, occurro cum Eminentissimo Cardinali de Lugo *cit. n.* 131. & subsumo:

Atqui reverâ, re benè consideratâ, eadem ratio, & quidem fortiùs urget in proposito; Nam si aliquando liceret procurare abortum, omnia & majus esset periculum, quòd homines [illegible] deo

delectationem longè majorem ipsius copulæ quærerent eo animo & fiduciâ, quòd postea ex causa possit procurari abortus, partúsque impediri (& sanè frequentior multò posset causa prætendi abortûs procurandi, quàm pollutionis) sicque homines adhuc ea delectatione contenti minùs curarent de prole generanda, & non tantùm impediretur usus legitimi matrimonii, sed magna daretur occasio fornicationibus & stupris, à quibus absterrere solet timor prolis, partûsque futuri: qui timor magnâ ex parte cessaret, si scirent homines, posteà ex causâ licere abortum procurare. Fatendum ergò est naturam, sicut seminis, ita & fœtûs omnimodam administrationem negâsse citra finem generationis: atque adeò, sicut pollutionis, ita & abortûs procurationem simpliciter & in omni casu interdixisse.

Cæterùm *quod nimium probat, nihil probat.* 706
Rationes oppositæ sententiæ, aut nihil probant pro abortu, aut efficaciùs urgent pro pollutione. Nam ecce: Ad I. Si ratione aggressionis licet procurare abortum fœtûs inanimis; certè longè violentiùs aggreditur vitam humanam semen abundans morbis illis acutissimis, quàm minutula illa substantia fœtûs adhuc inanimis: ergò à fortiori, cur similiter eo casu non liceat procurare emissionem seminis? quin imò, cur non etiam abortum fœtûs jam animâ formati: cùm non minùs innocens possit se defendere ab aggressore animato, quàm inanimato? Loquimur

mur autem de fœtu inanimi remanente in de
ta conſtitutione naturali & capaci animation
Quòd ſi enim fœtus jam eſſet corruptus, ne
negabit poſſe directè expelli ob conſervandam
vitam mulieris (ſicut & ſemen corruptum
ſervandam vitam hominis) jam enim non eſt
fœtus, ſed maſſa maligna.

Ad II. Omninò licet ob conſervandum to
tum amputare partem : pars enim naturaliter &
principaliter eſt propter totum, neq; membrum
hominis ullum, niſi in ordine ad totum, habet
nem per ſe intentum à natura in univerſo. Fœtus
autem propriè non eſt pars matris, neque pro
pter matrem ; alium habet finem per ſe inten
tum à natura, imò inchoativè in ſieri jam
condiſtinctum individuum humanum. Cere
quidò magis propriè pars hominis eſt ſemen,
aliquâ ſaltem ratione propter hominem, quippe
& ipſum nutrimentum partium contiguarum
ex phyſicorum ſcitis : ergò &c.

Ad III. Si tibi minus malum videtur abor
tus fœtûs inanimati, quàm mors matris, quâ ta
dem ratione majus malum ſit effuſio ſeminis
thaliter pernitioſi, quàm mors hominis, præſer
tim Principis, Pontificis ſanctiſſimi? Noſtri bea
quos tacitus inſinuans adorem.

Ad IV. Eâdem formâ interrogo : ad qui
tandem cum tanto hominis diſcrimine & detri
mento retinendum ſit ſemen ? nunquid enim
homo mortuus generabit ? aut ſemen in cada
vere tabeſcens utile erit generationi ?

Vide

Vides ergò bone vir (cui hæc mente destino) rationem fundamentalem intrinsecæ & omni casu inexcusabilis malitiæ, sicut in pluribus aliis, ut mendacio, violatione sigilli Sacramentalis &c. ita etiam in hoc utroque casu nostro petendam esse, non à damno actuali, quod afferunt *semel facta*; sed damno habituali & consecutivo, quod adferrent *semel licita*, si nimirùm vel in aliquo uno casu licere nossent homines, qui suaptè naturâ corruptâ ad malum proni facili extensione vitiosâ passim fingerent sibi casus similis licentiæ, gravissimo morum vel naturæ detrimento. Ita rectissimè sentis cum Sanchez de pollutione supra *n.705*. Idem à fortiori applico abortui *ibid. in Min. subsumpt.* atque utrumvis æquè majus assero malum habitualiter & consecutivè, quàm sit mors unius hominis qualiscunque; quousque afferatur liquidum & efficax discrimen: quale certè non est, quòd modus procurandi pollutionem facilis sit & innoxius; media autem abortûs procurandi difficilia, aspera, periculosa? Ne credas: aliter experientia constitit, quoad conceptum vel fœtum disturbandum proximis à coitu septimanis: certè vix unquam talia, ut vel levem metuentem infamiam absterreant à flagitio. Parce verecunde Lector in re non verecundâ ingratam moram. Nam urgens ursit me arcana causa.

Pœna & Limitatio.

PRocurantes quomodolibet abortum fœtûs 707
nondum animati, quantumvis illicitè &

malitiosè, post Constitutionem Gregorii XIV. neque irregularitatem contrahunt, neque excommunicationem à Sixto V. fulminatam incurrunt, ut ex prænotatis *n.* 701. liquet; illarum nim pœnas quoad procurationem abortûs fœtûs inanimis, sterilitatis &c. Gregorius reduxit ad terminos Juris communis, SS. Canonum, & Concilii Tridentini: in his autem nulla fulminatur excommunicatio in procurantes abortum: neque in toto jure statuitur irregularitas ex delicto homicidii, nisi homo jam actu vivens & animatus interficiatur: quin in nostro casu expressè declaratur *cap. sicut ex litterarum, de homicidio.* Ubi posito casu de Clerico, qui mulierem prægnantem per ludum zonâ trahens abortire fecerat, ideóque de irregularitate dubitat, respondet Pontifex; *Quòd si nondum erat animatus vificatus fœtus, ministrare poterit; aliquamdiu debet ab Altaris ministerio abstinere.* Glossa ibid. Et in supra allegatum *c. Si aliquis ud. tit.* Adverte tamen ex procuratione abortûs fœtûs inanimis incurri reservationem apud Religiosos ex Bullâ Clementis VIII. ubi recepta est, Aliæ pœnæ huic sceleri jure decretæ non incurruntur ante sententiam judicis, ideoque non sunt nostri fori.

708 Consequenter eâdem ratione, prædictas pœnas irregularitatis & excommunicationis minimè incurrunt; attamen ob rationem *num.* 706. in fine explicatam, gravissimè & omni casu, etiam mortis ex partu imminentis præviso vel jam ex certo periculo, inexcusabiliter peccant omnes, vir

vir & mulier post copulam, prolis conceptionẽ vel animationem quocunque modo vel medio impedientes, v. g. sese retrahentes, & naturam extra spargentes, mulier post copulam semen ejiciens, & saltem ex erroneâ intentione impediendi generationem, inverso situ, vel stando coëuntes, fœmina post copulam statim urinam urgens &c. Etenim universaliter prolis conceptionem, quæ nata est sequi ex copula, impedire, est contra naturam & finem naturalem generationis: denique potionibus vel mediis quibuslibet in se vel in aliis sterilitatem procurantes: sic enim semen perpetuò frustrabitur suo naturali fine generationis: idque parùm & solùm secundum magis & minùs distat ab effusione seminis extravas. Vide Doctores laudatos à Diana *hic p. 7. tr. 5. resol. 33. & p. 5. tr. 14. Miscell. resol. 90.*

Demum sermo semper fuit & esse debuit de 709
procuratione abortûs fœtûs inanimis, & similiũ per se directè intentâ, factâ scilicet per media per se ordinata & efficacia ad destruendum vel ejiciendum fœtum. Nam ob causam proportionatam, saltem ad servandam vitam matris in præsenti discrimine, fœtûs nondum animati abortum indirectè tantùm & per accidens causare, adhibendo nimirum medium per se directum ad sanitatem matris, utpotè sectionem venæ, pharmacum purgativum seu potionem medicatam ad humores noxios expellendos, etsi simul per accidens & præter intentionem sequatur abortus seu ejectio fœtûs inanimis, omninò licitum

est communi consensu Doctorum *Navarrus* 25. *n.* 26. *P. Navarr. Lessius, Sanchez, Lu man, Lugo ll. cc.* Ratio est: quia mater prægnan eo casu utitur jure suo procurandi sibi sanitatem & propter illam necessitatem, abortus solum censetur permissus & non intentus vel causatus moraliter: quemadmodum eâdem ratione licitè sumitur medium directum ad sanitatem, licet consequenter & præter intentionem prævidetur adferre expulsionem seminis, quæ nec tenditur, nec ad sanitatem conducit. Eadem enim quoad hoc est ratio utriusque. Sed jam des hunc abortum nec indirectè quidem posse, ob periculum futuræ tantùm mortis infamiæ. Et quodnam remedium nunc adhi ri poterit per se directum & efficax ad evitan dam in futurum infamiam vel mortem ex parte à Justitia, à marito vel parente inferendam, quo remedio simul per accidens tantùm & præter intentionem causetur abortus? Non capio.

SECTIO II.

Abortus fœtûs animati directè causa

SUMMARIA.

710. *Directè procurare abortu non fœtûs animati est intrinsecè malum, & mortale homicidium.*

711. *An, si certò vel probabiliter mater cum fœtu pericu tetur, liceat ei sumere medicamentum; usque ad* 714.

714. *Omnis quovis modo abortum fœtûs animati direc procurans, omnisque scienter cooperans, effectu se to, incurrit ipso facto irregularitatem.*

715. (*Quis in ea possit dispensare?*)
718. *Ac etiam excommunicationem.*
719. *A qua tamen excusat omnis ignorantia* juris, *vel* facti, *etiam culpabilis, lata, crassa, supina, imò & affectata.*
720. *Quis ab ea possit absolvere?*
721. *Pœnæ reliquæ.*

Malitia.

710 SIne dubio intrinsecè malum & mortale est directè procurare abortum fœtûs animati: est enim verum homicidium, & si à parentibus fiat, parricidium, & quidem omnium gravissimum cum animæ rationalis certissimâ damnatione æternâ, quoad pœnam damni. Certissimum quoque apud omnes, id nullo unquam casu vel causâ posse licere: sive constet jam animatum esse fœtum, sive dubitetur, an defacto animatus sit: sive deindè abortus intendatur propter se, ut finem, sive solùm intendatur ut medium propter alium finem v. g. ad conservandam vitam matris, vitandam infamiam, &c. dummodò media adhibita per se tendant ad causandum abortum, neque aliter conducant ad vitam matris conservandam, nisi quatenus causant abortum. Ratio clara est: quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona: atqui directè occidere hominem innocentem, intrinsece malum, & nullo unquam casu licitum est: est autem fœtus animatus verus homo & innocens maximè: ergò &c. De abortu directè procurato loquimur. Quoad indirectam verò ejusmodi abortûs procurationem ita distinguendum est.

711 Quòd si certò vel probabili Medicorum ju-
dicio, mater simul cum fœtû ante partum mo-
tura sit, sumpto autem pharmaco spes sit, fa-
matrem servari posse, fas erit adhibere medi
se directa & efficacia ad sanitatem matris, ut
næ sectionem, pharmacum purgativum &c. et-
si per accidens contingat indè fœtum enec
abortiri, aliàs enim periret mater cum fœtu, q
medicinam verò forte liberabitur uterque. Co
munis DD. Sanchez *l. 9. de Matrimon. d.*
Layman. *l. 3. tract. 3. p. 3. c. 4. n. 4.* Lugo *disp.*
de just. sect. 1. Diana *p. 7. tract. 5. resol. 35.* Ra
est; quia innocentem per accidens & præter
tentionem, in casu urgentis necessitatis occi
re à ratione alienum non est; sic enim in bel
justo licitè exploduntur tormenta contra civi
tem, munitionem, navim hostilem, etsi per acc
dens aliqui ibi innocentes occidendi sint: sic in
vasus ab injusto agressore vitæ suæ, licitè fug
eques per semitam angustam (adhibitâ mora
liter possibili cautelâ) etsi infans vel alius hom
fortè ibi jacens, conculcandus sit: & propius
propositum; mulier prægnans invasa à fera
latrone sine dubio licitè potest, imò præcep
naturali debet fugâ vel fortè etiam pugna vita
suam certo interitui expositam liberare, quamv
cum probabili vel evidendi fœtûs periculo; n
qui in proposito nostro occisio vel abortitio fœ
tûs maximè est per accidens & præter intenti
nem; cùm enim fœtus pendeat à vita & salu
matris, atque rarissimè contingat fœtum vivum

pro-

progigni post matris mortem, hinc medicamentum directè adhibitum ad procurandam sanitatem matris, ex natura rei secundariò etiam tendit ad salutem fœtûs, & per accidens solùm illi nocet.

At, quid si medicamentum adhibendum æ- 712
què efficaciter tendat ad sanitatem matris, & interitum fœtûs alioquin desperati: poteritne adhuc licitè adhiberi, applicari à Medico, assumi à matre? Quidquid negent *Corduba*, *Vega*, *Manuel*, *Lud. Lopez*, eò quòd hoc videatur esse directè procurare abortum, & occidere fœtum; Vera est sententia affirmativa. Sanchez *cit. n.* 18. Diana *resol.* 6. alii *apud ipsos*. Ratio est; alii quia mater utitur jure suo, potius enim jus habet mater ad conservandam vitam suam, quàm habeat fœtus, cùm hic à matre dependeat, non econtrà: ergò si medicina æqualiter tendat ad salutem matris & necem fœtûs, eo etiam maximè, quòd pereunte matre propè miraculum sit, si fœtus incolumis evadat. Insuper meritò concedit Sanchez *ibid. n.* 19. id etiam licitum esse, quandò medicamentum esset dubium, mortémne, an auxilium esset allaturum; nam ex una parte dubii periculum damni perexiguum est, nimirùm aliquantulæ accelerationis mortis: supponimus enim alioquin salutem & matris & fœtûs esse desperatam: ex altera autem parte dubii spes lucri est maxima, nimirum salus matris, & fortè etiam fœtûs, quæ videbatur desperata. Sic enim si mors certa immineat ab incendio v.

g. grassante, vel fera, licitè te ex alto præcipi
cum dubio periculo mortis. Addit denique
Sanchez *ibid* Medicum eo casu teneri medi
mentum illud dubium adhibere; teneturque
minùs malum ægroti eligere: minus autem ma
lum est dubia mors spem aliquam vitæ habens
cum solo aliqualis anticipationis periculo, quam
mors omninò certa.

713 Contrà verò, si spes probabilissima à Medic
concepta sit, in raro licèt, non tamen rarissi
casu, ut matre cum vitæ suæ periculo ab iis m
dicamentis abstinente, aut etiá mortuâ, fœtus
lucem prodire & baptizari possit: è diverso adh
bitis medicamentis, etsi fortè matre serva
(quando enim certa salus Medicis?) proles
ne Baptismo peritura sit, omninò ex charit
obligabitur mater ab ejusmodi medicinis abst
nere cum periculo vitæ suæ in gratiam prol
Sanchez. Layman. Lugo ll. cc. alii apud Dian
resol. 37. & part. 2. tr. 5. resol. 11. Ratio est, quia
lex & ordo charitatis postulat, ut vita spiritua
animati fœtûs in extremâ necessitate æter
damnationis, quoad pœnam damni, præferat
vitæ corporali matris. At, quid si & ipsa mat
eo casu sciret vel probabiliter timeret, se effici
statu peccati mortalis, & damnationis periculo
Et hoc non ex usari ipsam à procurandâ sal
spirituali prolis, sed potiùs ad eum finem co
gari ad procurandum sibi statum gratiæ per co
tritionem vel Sacramentum, meritò censet *Lu*
go cit. n. 133. Et nimiùm metaphysicè quidam
requ

requirunt, ut mater tunc certa sit, & de salute propria, & de salute fœtûs baptizandi. Sic enim vanum & metaphysicum evaderet præceptum illud, quo tenemur animas nostras ponere pro salute spirituali proximi: quotusquisque enim certus erit de propriâ & proximi salute æternâ? Excipe tamen rarissimum casum, quo mater eò articulô copiâ Confessarii destituta, & contritionis eliciendæ ignara revera versaretur in certo periculo damnationis æternæ: tunc enim eam non obligari ad abstinendum ab illis medicinis propter salutem spiritualem fœtûs, rectè cum aliis docent *Layman* & *Diana ll. cc.* Quia non tenetur vitam spiritualem propriam prodigere propter vitam spiritualem alterius: & in pari necessitate benè ordinata charitas incipit à seipsâ. Relicto deinceps abortu indirectè tantùm procurato, de abortus directè & malitiosè causati pœnis horribilibus videamus.

Irregularitas.

OMnis quocunque modo vel medio fœtûs 714
animati abortum procurans directè, omnisque ad id scienter, jussu, consilio, auxilio quomodolibet cooperans, effectu secuto, ipso facto incurrit irregularitatem ex delicto homicidii voluntarii à solo Pontifice per se dispensabilem, tùm ipso Jure Communi, tum Constitutione Sixtinâ quoad hoc nihil immutatâ per Gregorium XIV. ut apud omnes in confesso est. Dico tamen: *Effectu secuto.* Nam quibuscun-

que

que mediis adhibitis attentatus sit abortus fœ
animati, si reipsâ non sequatur, sed partus vi
exiit in lucem, non incurritur irregularitat
pœna in Jure decreta ipso facto incurrenda
incurritur, nisi propter delictum consumma-
tum, & non attentatum tantùm: idque maxime
verum est de irregularitate, quæ, ipso Jure
ente, non incurritur, nisi in casibus Jure expr
sis, *c. Is qui, de sent. Excomm. in 6.* Expri
tur autem homicidium consummatum tantum
nullibi attentatum solùm, neque in ipsa sæpe
morata Sixti V. rigidâ Constitutione. Addo
super non incurri hanc irregularitatem, nisi co
stet fœtum jam fuisse animatum, & proc
verè homicidium patratum, ut seorsim dic
sect. ult.

715 Cùm igitur Gregorius XIV. Bullam Sixti
quoad reliqua omnia, præter expressa in
Bulla (in qua quoad irregularitatem nihil mo-
deravit) in suo robore permanere voluerit, p
lam est, Episcopum non posse regulariter
spensare in hac irregularitate ex abortu pro
rato etiam occulto; præterquam quod Con
lium Tridentinum *sess. 24. c. 6. de Reform.*
ampliſſima facultate concessa Episcopis dispe
sandi in omni irregularitate proveniente *ex d
licto occulto*: expresse excipiat eam, quæ p
venit ex homicidio voluntario, utique etia
occulto: nam particula exclusiva separat, q
sunt ejusdem generis: secluso tamen alio sp
ciali Privilegio. Possunt tamen vi Privilegio-
rum

rum in ea irregularitate ex abortu dispensare Prælati majores Regularium cum suis subditis tantùm, idque aliis committere, ut pluribus allegatis tenet Diana *cit. p. 7. tr. 5. resol. 22.* & Portellus noster *V. abortus num.* 10. Nam hoc Privilegium nullibi revocatum est à Concilio Tridentino. Nec jam obstat Constitutio Sixti V. Nam plures Successores Pontifices Privilegia Minorum Concilio Tridentino non adversantia confirmârunt *ex certa scientia*, ut videre est in Bullario Rodriquez & Cherubinorum: Confirmatio autem *ex certa scientia* revalidat Privilegia etiam revocata ab Antecessore, imò habet vim novæ concessionis talis Privilegii: ut præter alios latè videre est apud Suarez *de legibus l. 8. c. 18.* & *19.* Sed avertat DEUS, ne opus sit uti tali Privilegio.

Potest etiam Episcopus cum ejusmodi irre- 716
gulari ex abortu vel alio homicidio occulto, ut in susceptis Ordinibus, etiam Sacerdotii, ministret, dispensare per accidens in casu veræ necessitatis ministrandi, quando non est facilis recursus ad Pontificem, uti docent *Sylvester*, *Henriquez*, *Avila*, eósque laudans Layman *l. 3. tr. 3. p. 3. c. 12. fine.* Ratio sumitur ex Epikeia, & rationabiliter præsumptâ voluntate Pontificis, ita exigente suavi regimine Ecclesiæ, ne animæ periclitentur: quemadmodum ob eandem rationem, communi Doctorum consensu Episcopus dispensat in voto continentiæ perpetuæ ad contrahendum matrimonium, quando urget

peri-

periculum incontinentiæ, nec patet facilis a
cessus Romam, licèt illud votum (æquè ac hæ
irregularitas) sic reservatum summo Pontifici
& in omnibus Privilegiis vel confessionibus d
spensandi in votis excipi soleat: quin eâdem n
tione Sanchez *l. 2. de Matrim. disp. 40. num. 7.*
benè probat, Episcopum dispensare posse in im
pedimento dirimente, ad contrahendum matri
monium in casu urgentis necessitatis, qui no
patiatur recursum ad Pontificem. Notat tamen
piè cautus Layman *l. c.* Episcopum tunc no
simpliciter tollere irregularitatem, sed tantu
ejus effectum suspensioni similem, ut nimirum
interim celebrare liceat, dum culpa & defectu
in occulto manent, & donec à Papa dispensa
tio impetrari commodè possit: sed certè alii Do
ctores non ita anxiè loquuntur. Credo firmiter
Episcopum tunc, sicut in illo voto & impedi
mento dirimente occulto, ita & in hac irregu
laritate occultâ simpliciter dispensare posse pro
foro conscientiæ absque remanente obligatione
recurrendi ad Pontificem oblatâ commodâ
occasione: atque in contingentia facti, & in
casu nostro in celeberrimo Germaniæ Vicariat
practicari vidi.

717 Quid ergò agendum Sacerdoti v. g. qui pro
curavit abortum fœtûs animati, aliúdve occul
tum homicidium commisit; ideóque irregulari
tati, & in nostro casu etiam excommunicatio
subjacet, sed nisi Missam celebret, aliásve fun
ctiones Sacerdotales obeat, veniet in suspicionem
cri

criminis cũ gravissimo dispendio famæ, aut etiam vitæ periculo? Debet is omnem operam dare, ut quàm citissimè dispensatio à summo Pontifice, aut juxta modò dicta ab Episcopo impetretur: interim verò post peractam pœnitentiam, celebrare poterit, quoties necessitas postulabit ad vitandam infamiam, aliudve grave periculũ, aut scandalum, juxta communem doctrinam & praxin in quâvis irregularitate vel censurâ. Rationem communem dat Navarrus *Man. c. 27. n. 239. Quia lex naturalis & divina, de defendendâ propriâ famâ* (multò magis propriâ vitâ, scandalo cavendo) *præstat legi humanæ de abstinendo à Sacro in irregularitate.*

Excommunicatio.

OMnis quocunque modo vel medio directè 718
procurans abortum fœtûs animati, omnisque ad id scienter jussu, consilio, auxilio, favore, quomodolibet cooperans, effectu secuto, ipso facto incurrit excom̃unicationem latam à Sixto V. & à Greg. XIV. solâ reservatione pro foro conscientiæ sublatâ, liquidò in suo vigore relictam. Textus autem fulminator sic habet §. 7. *Omnes & singulos, cujuscunq́ gradûs, statûs, ordinis, vel conditionis existentes, tam laicos, quàm Clericos, sæculares, & cujuscunq́ Ordinis Regulares, nec non mulieres sæculares, vel quemcunque Ordinem professas, qui vel quæ, vel ut principales, vel ut sociæ consciævé ad tale facinus committendum, opem, consilium, favorem,*

potio-

potionem vel alia cujuscunque generis medicamenta scienter dederint, ac etiam scribendo litteras privatas vel apochas, vel alias verbis aut signis juverint, aut consulturis ultra prædictas pœnas ipso facto nunc, prout ex tunc excommunicamus, & pro excommunicatis declaramus. Hactenus textus: quibus Pontifex non satis expressè comprehendat ipsas matres prægnantes potiones abortivas per se sumentes, alióve medio sibimet abortũ procurantes, quin imò has excludere ex viverbi *Dederint* acutè videatur aliquibus apud Dianam *resol.* Attamen mihi indubitatum est, sub illa excommunicatione comprehendere Pontificẽ voluisse omnes omninò principales abortum procurantes, quas in illa Bullâ expresserat: atqui §. 2. manifestè expressit: *Nec non prægnantes ipsas mulieres, quæ scienter præmissa fecerint*: & §. 3. *ac mulieres ipsas, quæ eadem pocula sponte ac scienter sumpserint*: ergò etiam matres sibimet abortũ fœtùs animati procurantes prædictæ excommunicationi subjacere meritò docet communis sententia. *Filliucius*, *Bonacina*, *Dicastillus*, eósque sequens *Diana ibid.* Excepto tamen casu quo fœmina metu gravi & cadente in constantem virum compelleretur sumere potionem abortivam: quando enim coacta sumit potionem, ex qua sit secuturus abortus, non potest propriè dici *procurare*, hoc est, studiosè quærere abortum. Idémque sentiendum puto de alio, simili metu gravi coacto, ad aliquo dictorum modo

coope-

cooperandum abortui causando. Insuper nota per omnem modum illas voculas *scienter*: & *secuto effectu*.

Ab hac excommunicatione incurrendâ, qui- 719
buslibet prædictis modis procurantes vel cooperantes ad abortum, excusat omnis tam *juris*, quàm *facti* ignorantia, etiam culpabilis lata, crassa, supina, imò & affectata, modò cum ingenti temeritate conjuncta non sit. Nam Pontifex in dictâ Constitutione iteratò adjecit particulam *scienter*: atqui omnis etiam affectata ignorantia excusat à pœnâ impositâ *scienter* aliquid facienti, ut latè probat Sanchez *l. 2. Moral. c. 10. n. 38. & l. 9. de Matrim. disp. 32.* Non enim potest dici scienter facere, qui facit ex ignorantiâ qualibet etiam affectata. Dummodò tamen absit ingens temeritas, qualis adesset, quando quis vehementem habet suspicionem delicti prohibiti; talis enim temeraria ignorantia importaret latissimam culpam & dolo æquipararetur. Tandem à quomodolibet attentantibus abortum non incurritur excommunicatio, nisi *effectu secuto*. Nam præterquàm, quòd conatus solus ad crimen non puniatur, pœnâ ordinariâ, ut cum multis latè probat Julius Clarus *pract. crim. q. 92.* idque in censuris generaliter admittatur ab omnibus specialiter in nostro casu apertè significant verba Constitutionis Sixtinæ §. 1. ibi: *Ita ut reipsa abortus indè secutus sit.* & rursus §. 7. ibi: *Ad tale facinus committendum opem*, &c. constat autem regulariter verba

intelligenda esse cum effectu, quem significat. Adverte tamen rursus, tunc incurri sextum casum reservatum pro Religiosis à Clemente VIII. à procurante, seu auxilium vel consilium dante etiam effectu non secuto. Sed nunquid etiam casus reservatus ab Episcopo? Affirmat non pauci sanè tutiùs. Sed nisi alicubi ita exprimatur, credo probabilissimè, quòd non. Nam reservatio absoluta criminis comprehendit affectum externum cum effectu. Ita cum aliis Diana *ibid. resol.* 11.

720 Ab hac excommunicatione à Sixto V. sub natâ, & extra mortis articulum, in quocumque eventu, Summo Pontifici reservatâ, ex Constitutione Gregorianâ modò absolvit & Episcopus & omnis ab eo ad confessiones audiendas approbatus, atque *ad hos casus specialiter deputatus* Confessarius, sæcularis, Regularis *pro foro* conscientiæ. Nam pro absolutione in foro externo obtinendâ, si res publicata eò deveneris, etiamnùm recurrendum esset ad Summum Pontificem, cui in eo foro reservata manet: Omnes liquent ex textu initio recitato. At quisnam censendus erit Confessarius *ad hos casus specialiter deputatus ab Episcopo*? Certè claris verbis Gregorii insistendo, is, qui in specie habet ab Episcopo facultatem absolvendi ab excommunicatione contractâ propter abortum procuratum, ut meritò intelligunt Doctores communiter. Bonacina tamen apud Dianam *ibid. resol.* 15. non improbabiliter existimat, ejusmodi de-

pau-

putatum censendum esse etiam illum, qui habet facultatem ab Episcopo absolvendi ab omnibus casibus & censuris Episcopo ab homine vel jure reservatis, in quâ ampla facultate etiam hæc contineri videtur. Illa enim particula *specialiter* solùm indicat, non posse quemquam absolvere virtute alicujus facultatis, nisi ea facultas ad hos etiam casus extendatur; facultas verò absolvendi ab omnibus casibus reservatis Episcopo, si distributivè explicetur, procul dubio casum abortûs specialiter comprehendit. *Sic ille.* Sed non videtur recedendum à claris verbis & intellectu communi Doctorum in re tam gravi: rectéque monet Diana: *Videant igitur Confessarii, quid agant?*

Prælati majores Regularium jurisdictionem 724
quasi Episcopalem obtinentes, Generales, & Provinciales, ab hac excommunicatione sine dubio, absolvere possunt suos subditos, atque ad absolvendum deputare suos Confessarios respectu suorum subditorum fortè ita delinquentium: at certè non respectu sæcularium laicorum, vel Clericorum: cùm Pontifex expressè requirat hunc Confessarium deputatum esse per *loci Ordinarium*, qualis certè non est Provincialis v. g. Quidquid aliqui opinentur in oppositum. Posse tamen adhuc Confessarium privilegiatum absolutè absolvere ab ista excommunicatione vi generalis Privilegii absolvendi ab omni casu & censura Papæ extra Bullam Cœnæ reservatis (quemadmodum & virtute Jubilæi concessi cum facultate absolvendi à quibus-

cunque casibus, quilibet Confessarius approb
tus potest) tutò sentiunt communiter Doct
res. Neque enim verosimile est mentem Pon
tificis ab isto casu reservationem Papalem adhe
rentis fuisse sub speciali illa Ordinarii deputatio
ne requisitâ comprehendere etiam illos Confes
sarios, quibus aliundè potestas sit in casus de
cto Papæ reservatos. Decreta & Declaratio
in contrarium, & novissimè duodecima propo
sitio inter prohibitas ab Alexandro VII. mani
stè loquuntur de casibus Episcopo reservat
homine, seu *quos Ordinarii locorum sibi rese
vârunt, vel reservabunt in futurum*, ut habe
Declaratio Sacræ Congregationis in Decr
Clementis VIII. Non autem de casibus Epis
po reservatis à Jure Communi (si quis tamen
les adhuc hodie sint in vigore) certè non de ca
sibus per se Pontificiis potestati Ordinariorum
à Papa vel jure permissis, nisi aliter exprimere
tur. At, inquies: nónne Episcopi sibi reser
vant homicidia, & sæpè in specie abortum? Ex
gò tunc ne absolvas à casu vel peccato, nisi p
cultatem ab ipsis habeas, vel tempore Jubil
Adhuc tamen absolve ab excommunicatione
Censura enim non est casus, sed pœna casûs, a
Navarrus *Man. c. 27. n. 262.* à diversis autem
non fit illatio, ut in utroq; Jure notum. Tandem
laudo nostrum Laurentium Portellum V. adv
tus n. 5. ita concludentem. *Sed tamen adhu
oppositum judico probabilius & securius p
pter specialem destinationem requisitam à Co*

gum

gorio XIV. quare suadeo tibi privilegiate Confessarie, si tibi facilis sit recursus ad Ordinarium, nec apud ipsum timeas suspiciones vel conjecturas faciles de tuo misero pœnitente, aut fortè aliis innocentibus, in re tam gravi viam eas securissimam.

Pœnæ reliquæ.

EX Constitutione Sixti V. quoad hoc nihil 722
immutatâ per Gregorium XIV. procurantes abortum effectu secuto, si Clerici sint, duas adhuc incurrunt pœnas nostrum forum concernentes, privationis, & inhabilitatis: textus §. 3. sic habet. *Eos autem, qui Clerici fuerint, omni privilegio Clericali, officiis, dignitatibus, & beneficiis Ecclesiasticis, quæ sic vacatura nostræ & Sedis Apostolicæ dispositioni perpetuò reservamus, ipso facto privamus & in futuro inhabiles ad ea suscipienda decernimus, &c.* Utramque hanc pœnam patrato scelere, in foro conscientiæ incurri ipso facto ante omnem aliam Judicis sententiam, propter textum *ipso facto privamus, & inhabiles decernimus*, affirmant ferè communius scribentes, etiam Portellus noster *V. Abortus n.* 8. Adeò ut Clericus procurans vel consulens abortum, effectu secuto, ipso facto privatus sit officio & beneficio Ecclesiastico, illudque mox in conscientia, cessante scandalo, vel proprii criminis evulgandi periculo, relinquere vel resignare teneatur, nec aliud admittere possit: aut certè dispositionem vel rehabitionem, quam primùm

nùm omni diligentiâ procurare. Durum latiùs & omninò verum credo; quando casus esset notorius: tunc enim cessaret titulus coloratus ad privationis & inhabilitatis notoreitatem. At verò si casus maneat occultus (ut nos semper supponimus) probabilissimum judico, neutram pœnam incurri ante judicis declaratoriam sententiam. Non *Privationis*: quia hæc pœna exigit actum hominis positivum ad sui executionem: nemo autem tenetur esse reus & vindex: ergò requiritur sententia declaratoria etiam in foro conscientiæ, antequam quis obligetur imponere sibi pœnam à Jure statutam. Nec *inhabilitatis*: hæc enim licèt sit pœna purè privativa non requirens actum hominis, tamen immediatè apponitur cum præfatâ pœnâ privationis non obligante in conscientiâ ante declarationem Judicis, ideoque hujus qualitatem participans, neque illa ita obligabit. Secùs esset, si inhabilitatis pœna poneretur per se, aut cum pœnâ purè privativâ, censurâ, irregularitate, &c. Ita cum aliis Filliucius *tractatione 34. num. 79.* Mitiùs adhuc sentiunt *Lessius* & *Sanchez* apud Dianam *ibid. resol. 11.* Tandem illa privatione vel inhabilitate defacto contractâ, quis dispensabit vel rehabilitabit? Certè Episcopus: quemadmodum & Prælatus Regularis suos subditos in ordine ad Officia Ordinis Regularia. Nam licèt Sixtus V. sibi & Sedi Apostolicæ reservaverit irregularitatem & excommunicationem, non tamen reservavit in-

hoc

habilitatem ibi positam. Et hactenùs de pœnis Sixtinis pro nostro foro utique satis.

Denique etiam Jure communi Canonico cau- 723
santibus abortum gravissimæ decernuntur pœnæ. Antiquissimum Concilium Illerdense *can.* 2. sic statuit. *His, qui abortivum faciunt, vel natos suos extinguunt, post septem annorum curricula, Communio tribuatur*, &c. Et Synodus 6. Generalis constant. *can.* 9. *Qui pharmaca abortum facientia procurant, vel venena suscipiunt perimentia partus, pœnâ occisoris accusentur.* Hinc Stephan. P. *c. consuluisti.* 2. *q.* 5. *Si ille, qui conceptum in utero per abortum deleverit, homicida est, quantò magis, qui unius saltem diei puerulum peremerit, homicidam se esse excusare nequibit?* Cæterùm ne credas *Farinacio, Peregrino* & aliis quibusdam asserentibus, eos qui abortũ fœtûs animati procurârunt, ipso jure amittere jus sacri asyli, & imunitatis Ecclesiæ, si ad eam confugerint; nullum enim tale extat jus. Verum quidem est, ex Constitutione Gregorii XIV. 7. incip. *Cùm alias nonnulli* 1591. homicidium proditoriũ perpetrantes eo refugio privari; & secundùm aliquorum intellectum etiam ab Innocentio IV. *c.* 1. *Pro humani. de homicidio in* 6. At certè procuratio abortûs animati homicidium proditorium propriè dici nullo modo potest. Nunquid enim fœtum in utero extinguens, ex insidiis & per industriam circumventum privavit facultate sui defendendi misellulum animulum, qui sui defendendi po-

tens fuit nunquam? sic certè de homicidio proditorio accusabis etiam Herodem occidentem pueros in Bethleém. Quin imò homicidium proditorium strictè in rigore, in materiâ odiosâ, & in ordine ad pœnas Juris non dici illud, quod fit per insidias vel veneno simpliciter, nisi quis sub prætextu & simulatione amicitiæ deceptum occidat, illustri exemplo Joab *in libris Regum* plurimis allegatis, latè & optimè probat Doctissimus in Jure & Tribunalibus Ecclesiasticis versatissimus, Reverendissimus Dominus Alexander Sperellus *Decis. Fori Ecclesiastici decis.* 23. per totum.

SECTIO III.

Abortus idem moraliter causatus.

SUMMARIUM.

724. *Omnis etiam moraliter influens vel causans abortum contrahit pœnas statutas. Ut*
725. I Mandans 726. *nisi mandatum ante seriò revocaverit.*
728. II. Consulens. 729. *probabiliter etiam facta revocatione.*
730. *Sed æquè probabile est, facta sufficiente revocatione non incurrere.*
732. III Consentiens, approbans, *ratum habens suo nomine fieri.*
733. *Secus, si non fiat ejus nomine, vel intuitu;*
734. *Aut si quis abortum in sui gratiam jam factum, postea solùm approbat, ratum habet, vel remunerat.*
735. IV Permittens, *non impediens, non incurrit pœnas.*
737. *Etiam obligatus impedire ex justitia.*

724. OMnis etiam moraliter, jussu, consilio, consensu

ſenſu vel auxilio per alium influens vel coope-
rans ad abortum fœtûs animati, ſine dubio pec-
cat mortali homicidii peccato, & effectu ſecuto,
incurrit pœnas huic ſceleri decretas, & jure
communi, & conſtitutione Sixti V. irregularita-
tem, excommunicationem, &c. ut liquet ex
claro textu ſupra allato & explicato. Hîc ſpe-
cialia non pauca explicanda veniunt, præmiſſo
tamen ſemel pro ſemper, quòd ſicut morales
cooperatores iſti non incurrunt dictas pœnas,
niſi abortus fœtûs animati reipsâ in effectu ſe-
cutus ſit; cùm enim hæc cenſura non incurra-
tur ob actionem principaliter prohibitam, niſi
effectus ſequatur, ut ſuprà *n.* 719. oſtenſum
eſt, multò minùs incurri debet ob actionem ac-
ceſſoriam, quæ minus principaliter & ſecunda-
riò prohibetur; ità econtra effectu ſecuto, u-
tramque & irregularitatis & excommunicatio-
nis pœnam ſubeunt, quantumvis ipſos intereà
pœnituerit cooperationis, mandati, vel conſilii
ſui v. g. juſſiſti, vel ſuaſiſti, Bertham cauſare ab-
ortum fœtûs animati (idemque eſt de quovis
homicidio) ſed re adhuc integrâ te valdè pœni-
tuit maligni mandati vel ſuaſionis tuæ, fortè e-
tiam jam peractâ ſacrâ exomologeſi, quia tamen
non potuiſti revocare, aut impedire ampliùs,
quin effectus ex vi mandati vel conſilii tui reipsâ
ſecutus ſit, ſine dubio irregularitati, excommu-
nicationi, cæteris pœnis obnoxius eris: hîc e-
nim non attenditur ſtatus tuus præſens, ſed cau-
ſa abortûs vel homicidii, quam dediſti: atqui

nunc tuum malignum mandatum vel consilium efficaciter non retractatum apud alteram perfe nam, etsi modò per pœnitentiam culpâ delet vera tamen causa est abortûs vel homicidii mo dò secuti. *Communis DD. apud citatos.*

Mandans.

725 MAndans fieri abortum, sine dubio pri prièdicitur abortum procurare, idem pœnis omnibus abortum procurantium subj ctus manet, ut clarè exprimitur in Bulla Sixti iis verbis : *Qui de cætero per se, vel interp sitas personas* &c. Mandans autem maximè d citur agere per interpositas personas : incurr ergò irregularitatem, excommunicationem &c. quoties ex vi sui mandati sequitur abortu ab ipso intentus saltem quoad substantiam; t tiamsi persona mandataria medium vel modum ab ipso præscriptum non servet : v. g. jussisti ab ortum procurari violenta compressione, tali co, die, illa autem procuravit sumptâ potion medicatâ, alio loco, die, &c. sine dubio re manes. At jusseram eo tempore, quo fœt nondum erat animatus, intendens tunc fœtu procurari abortum, fœmina autem lentè age adhibuit medium fœtu jam animato, eúmq extinxit; súmne jam reus pœnarum? Omni es: nisi mandatum tuum seriò explicâris, ne s ortus fieret post animationem fœtûs, aut tes pestivè cum efficaciâ revocâris : nam alioqu

tuô mandatô verè abortum causasti, ut bene notat Portell. V. *Abortus. addit n.* 4.

Et irregularitatem, & excommunicationem 726
evadit mandans, qui mandatum suum alteri datum de procurando abortu ante executionem seriò revocavit, expresse vel tacitè, dummodò revocatio ad notitiam personæ mandatariæ pervenerit, etiamsi nihilominùs illa abortum exequatur: quia mandato in gratiam ipsius mandantis facto, seriò revocato, & revocatione mandatario cognitâ, non potest is amplius moveri à voluntate mandantis, quam jam scit esse contrariam, ideóque si adhuc exequatur, non potest censeri executio mandati, neque nomine mandantis factum homicidium, sed proprio alterius nomine, motu, malitiâ, aut etiam cupiditate: ut si mandatarius spe promissæ â mandante mercedis pro abortu vel homicidio patrando, fingat se revocationem ante executionem non recepisse, sicque adhuc exequatur, ut mercedem lucretur, certè injustè & invalidè: de quo Lugo *disp.* 29. *de just. sect.* 2. *n.* 24. Idq; etiam verum censet Tambur. *lib.* 9. *de cens. tract.* 4. *c.* 15. §. 8. *num.* 9. etiamsi mandans fictè solùm, verbis tamen sufficientibus, revocârit; quando enim tua fictio mandatario non est cognita (ut supponere debemus) ipsa verba externa sunt sufficientia ad extinguendum in ipso mandatum. Contrà verò, si revocatio tui mandati ante executionem non perveniat in notitiam personæ mandatariæ, isque exsequatur, te fore

irre-

irregularem, & excommunicatum, non est dubium; quia tunc tuum mandatum adhuc remanens in mandatario reverà est causa effectûs. At quid si tu quidem mandatum tuum ex parte tua sufficienter & seriò revocâsti, sed 1. persona mandataria non percepit tuam revocationem ob distractionem mentis v. g. 2. Non putat te revocantem loqui seriò & ex animo, sicque adhuc exequitur ex vi mandati, quod in te persèverare putat. 3. Percepit quidem tuam revocationem, sed deindè illius revocationis oblita adhuc exequitur vi mandati primitùs accepti. In his tribus casibus mandantem adhuc reum homicidii, & restitutionis meritò censet Lugo *cit. à num.* 25. quia in iis omnibus adhuc tandem effectus ex vi tui mandati consequitur: consequenter ego cum Tamburino *cit. num.* 24 colligo, etiam incurrere irregularitatem, & in rigore loquendo, omninò etiam excommunicationem; salvo tamen meliori judicio.

727 Securus quoq; à præfatis pœnis manet mandans abortum, vel quodvis homicidium, si ipsi certò constet personam mandatariam nihil prorsus esse motam ex suo mandato, neque ad eo factam esse animosiorem, vel securiorem ad facinus perpetrandum, sed prorsùs eodem modo ac motu perpetrâsset, ac si tu nihil mandâsses. Si de hoc non constet, sed dubium sit, aut ignoretur, an persona mandataria hoc tuum mandatum excep rit, vel acceptârit, nec ne, an vero recusârit, secuto nihilominus effectu, te adhuc irre-

irregularem fore, non tamen excommunicatum constabit ex dicendis *sect. ultimâ*. At, quid si persona mandataria v. g. ipsa fœmina prægnans naturali pietate à paricidio abhortens ab initio quidem respuat tuum mandatum; deindè verò, mutatò animô, te nesciente, denuò illud acceptans tui intuitu exequatur? Hic gnaviter distinguendum est; si enim tu, auditâ primâ repulsâ, mandatum tuum sufficienter revocâsti, v. g. dicendo: *placet conscientia tua: nihil ergò attentes*, &c. Jam ex hac revocatione liberaberis à mandato, & consequenter irregularitate, excommunicatione, &c. Si verò tunc mandatum sufficienter non revocâsti, utpotè, quia nihil dixisti, nec ullo signo ostendisti, tibi repulsam placere, & maximè si etiam displicere ostendisti, sicque adhuc præfato modo sequatur effectus, utique vi tui mandati in mandatario remanentis, liberaberis nequaquam, ut ex *Suarez.* & aliis benè resolvit Tamburinus, *citat. c.* 8. §. 9. *à num.* 15.

Consulens.

728 COnsulens etiam abortum procurandum alteri, quocunque modo vel verborum formula: sivè solùm voluntatem movendo, rogando, hortando, instigando, palpando: sive intellectum instruendo, rationes, motiva, media proponendo vel docendo: ut si puellæ à te vel alio imprægnatæ dicas imminere gravem infamiam & dedecus: hoc vel illo pharmaco facilè procurari abortum, &c. illâ obsequente,

effe-

effectúque secuto, sine dubio incurris prædicta pœnas omnes; & sub excommunicatione sit Sixtus V. non semel exprimit *consilium præbentes:* dummodò vi consilii vel suasionis maligne abortus reipsâ in effectu secutus sit, saltem quoad substantiam, ut modò dictum de mandante. Quòd si ergò suadeas abortum (vel quodvis aliud homicidium) alicui personæ ad ipsum jam antea resolutæ & determinatæ per se ipsam vel aliundè, ita ut tuâ suasione vel consilio nihil omninò in proposito confirmata sit, tu à reatu homicidii, omnibusque pœnis decretis immunis erit, quia jam tua suasione nihil effecisti, neque ullo modo positivè in abortum vel homicidium influxisti. Quòd si tamen persona illa antea propositum non ita omninò determinatum concepisset, quod tu maligno consilio tuo magis confirmâsti, certè irregularitatem, cæterásq; pœnas non effugies; quia jam causa fuisti, ut homicidium fieret, fortè aliàs non futurum. At, quid si personæ aliàs jam omninò resolutæ procurare abortum, sed tali certo modo vel medio, tu solùm consulas, ut faciat alio modo vel medio, illaq; obsecuta sit cum effectu, eris ne tamen reus pœnarum; Certè non: nisi alius modus vel medium à te suggestum effecerit, ut celeriùs, audacius, vel securiùs scelus committeretur: tunc enim concurristi ad abortûs substantiam vel accelerationem: aliàs ad solum modum

729 Qui malignum consilium à se datum ad procurandum abortum, aliúdve homicidium pe-

petrandum, posteà, seriò licèt, revocat retractat, refutat, si tamen persona suasa se ampliùs dissuaderi, averti vel impediri non sinat, quia rationibus utilitatis & commodi sui à consulente adductis mota, nihilominùs consilium exequatur, adhuc tanquam vera causa perseverans abortûs vel homicidii secuti, homicidii, restitutionis, irregularitatis reus est, ex communi, probabiliori & tutiori DD. sententiâ, quàm etiam sequitur Lugo *disp.* 19. *de Justit. sect.* 2. *n.* 38. 39. & probabiliorem censet Layman. *l.* 2. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 7. Insuper & excommunicationem incurrere cum aliis sentit Lessius *l.* 2. *de Justit. c.* 13. *dub.* 3. *num.* 17. Ratio clara & satis urgens videtur: Quia consilium non influit propter voluntatem perseverantem consulentis (sicut influit mandatum) sed propter rationes & motiva commoditatis & utilitatis alterius, quam in opere nefario consulens manifestavit, utpotè in nostro casu ad evitandam infamiam, aliúdve damnum prægnantis, hoc vel illo medio abortum commode & securè procurandum, &c. atqui non obstante tuâ revocatione, retractatione, refutatione quâcunque, motiva illa & media à te proposita reverà adhuc possunt movere personam suasam ad facinus exequendum; neque enim ampliùs est in tuâ potestate motivum illud, & velut motum malignum alterius animo impressum denuò amovere, nisi alter aquiescat: quemadmodum (inquiunt) si quis jam venenum propinavit, sagi-

sagittam emisit, lapidem projecit occidens homini, quantumvis interim ante occi nem retractet & pœniteat; imò fortè etiam sacramentaliter à peccato absolutus sit, secus tamen morte, homicidii pœnas non effugiat ergò si non obstante tua revocatione, rationes & motiva à te proposita adhuc moveant revera ad executionem maligni tui consilii verè manes causa moralis effectûs & damni cuti; quia totum hoc voluisti in causâ, et à principio ità consulendo prævidere debebas fore, ut posteà non posses, etiamsi velles auferre & velut extorquere motiva illa & media arma quædam, quibus alterum ad perpetrandum malum instruxisti, ut sapienter expendit Lugo *l. c.*

730 Verissimum est equidem ad evadendum reatum homicidii, restitutionis & pœnarum, longe plus requiri in revocatione consilii, quàm in revocatione mandati, neque sufficere simplicem quamlibet revocationem, retractationem vel dissuasionem, sed requiri omninò conatum modum de se efficacem ad destruendum malignum consilium & avertendum denuò homicidium à flagitio consulto, nimirùm per rationes & motiva contraria, cui homo ratione & prudentiâ utens meritò acquiescere debeat. Quòdsi tamen eo casu consulens revera fecit quantùm in se fuit, nihilq; prætermisit eorum quæ ad denuò dissuadendum & avertendum homicidium à flagitio necessaria videbantur; & si

deat alterum perseverare in eâdem voluntate, tertium neci destinatum, ut sibi caveat, moneat (prout certè debet saltem ex charitate, & probabiliùs etiam ex justitia) posteà nihilominùs secuto abortu vel homicidio, aut quocunque damno, probabilissimum est, consulentem liberari à pœnis homicidii, restitutione, irregularitate & maximè à purâ pœna excommunicationis in nostro aut alio casu, quo ab homicida incurrenda esset. Ita Innocentius *in c. ad audientiam. S. Antoninus, Sylvester, P. Navarr.* apud Laym. *cit.* qui valdè probabile censet, pluribúsq; allegatis tenet Diana *hic p. 7. tr. 5. resol. 29. & p. 4. tr. 2. resol. 15. ac alibi sæpiùs* : & probabile fatetur ipse Lessius *cit. dub. 3. n.* 18. Ratio sufficiens est; quia talis fecit, quantum potuit, ut malum consilium suum everteret & destrueret; quid ergò ampliùs ab ipso exigat vel ipsa Astræa? Deindè: quandò consulens operam dedit, ut consilium suum argumentis contrariis everteret, faceretque pro viribus, ut illud malum iniquum, nec sequendum esse, pateret omnibus, jam non potest executor, si nihilominùs facinus exequatur, prudenter censeri vi illius consilii moveri & agi, sed propriâ improbitate & malitiâ, seu propriis rationibus motus agere censendus, atque in foro etiam externo præsumendus erit. Alia longè est ratio de veneno, sagittâ, lapide suprà in exemplum allatis. Hæc enim, cùm sint causæ naturales, semel applicata necessariò naturaliter agunt, quantum possunt: ut proindè

effectum impedire non sit amplius in nostra testate: at verò alieno consilio persuasus ad cidendum vel abortum procurandum, est moralis & libera, quæ rationibus contra conceptâ semel sententiâ dimoveri possit beat: quare si dissuadens faciat, quod alter dissuasionem non recipiat, effectus secutus ipsius malitiæ, non amplius consilio imputandus erit. Concludo verbis man. *cit. n. 7. in fine.* Resolutio ergò sit: Qui propositis rationibus homicidium injustum suasit, si eas posteà seriò, & quatenus caciter retractavit, secuto nihilominus dio, excommunicationem non incurrit. & probabiliter ab irregularitate & dam pensandi obligatione immunis est: quamvis posita sententia quoad irregularitatem & dam compensationem, æquè probabilis, aut forta probabilior existat. *Sic Layman.*

731 Petes hìc incidenter: Utrum liceat abort procurationem suadere puellæ gravidæ, qu do præ pudore vel infamiæ, aut pœnarum rore parata & omninò resoluta est se ipsam ficere: utique simul perituro fœtu, nec alio do ab hac voluntate revocari potest? Tang hìc alia communis quæstio in materiâ de scan lo: an volenti facere majus malum, liceat fun re minùs? Ad quam ex communiori sentent quam sequuntur Sanchez *l. 7. de Matrim. d* 11. *n.* 14. & Lug. *eadem disp.* 19. *sect.* 2. §. 2. pro nunc breviter respondeo, quòd sic.

autem est (inquit Lugo) quia consilium illud non est absolutum, sed conditionatum explicitè, vel implicitè, scilicet, si unum ex his facturus es, fac hoc minus, & non illud gravius: quod quidem verissimè & rationabiliter consulitur: quia ex duobus malis minus malum est eligendum. Ita *ille*: applicatio ad casum nostrum clara est.

Consentiens, approbans, ratum habens.

732 COnsentiens authoritativè, aut ad suo nomine, suive intuitu procurandum abortum, vel quodvis homicidium patrandum, utique peccat gravissimè contra justitiam, & effectu secuto, homicidii, irregularitatis & excommunicationis in nostro casu (vel alio, quo ab homicidâ incurrenda est) reus erit: taliter enim consentiens verè moraliter influit in effectum, quippe non nisi dependenter à suo consensu secuturum; imò æquiparatur mandanti: Omnis enim volens aliquid fieri propter se ipsum, & satisfactionem voluntatis suæ, *mandans* censetur, quibuscunque verbis utatur, ut observat Bartholus *in leg. non solam ff. de Injur.* Quin etiam ex communi DD. sententia, ad irregularitatem incurrendam sufficit consensus tacitus: ut si cui affirmanti se in gratiam tui inimicum tuum occisurum, aut puellæ à te imprægnatæ abortum procuraturum, si ipsa puella à te imprægnata tibi dicat, se, si velis, abortum procurare velle, &c. credas, & taceas, nec abnuas, vel contradicas, aut cùm possis, non impedias, &c. *Nam etiam tacens consentire videtur*, reg. jur. 43. *in* 6. Saltem quando agi-

tur de ejus favore vel commodo. At certe videtur talem tacitum consensum in abortum minimè sufficere ad incurrendam censuram Excommunicationis: tacens enim nullo proprio sensu dici potest procurare abortum.

733 Immunis ergò à prædictis pœnis omnibus, atque etiam casu reservato Episcopali, est mulier consentiens vel complacens in abortum procurandum, aliúdve homicidium perpetrandum ab alio absque ullo sui intuitu, nec ullo modo sui nomine vel commodo, absque aliâ positivâ operatione, favore, vel auxilio (seclusâque obligatione justitiæ impediendi, *in communi sententia, de quâ mox n.* 735.) Ratio clara est, quia, ut supponitur, talis consensus nullo modo influit in abortum vel homicidium; quippè qui eodem modo & motu fieret sine ullo consensu, merè per accidens adveniente: neque ad talem consensum ullo jure facta est extensio irregularitatis vel excommunicationis, nisi ad summum Canonis: *Si quis suadente. c. Quanta. de sent. excomm.* respectu Rectorum Ecclesiæ, de quo rursùs inferius. Multò magis ergò eadem ratione à prædictis pœnis immunis erit, qui abortum vel homicidium non suo nomine, suive intuitu facit ab alio, posteà consensu subsequenti solùm ea probat, laudat, commendat, & velut ratum habet: propriè enim non potest tunc ratificare; nam *Ratum quis habere non potest, quod nomine non est gestum.* Reg. jur. 9. *in* 6. *Cùm quis. de sent. excom. ibid.*

Sed neque eam irregularitatem, aut excommunicationem ullam (exceptâ solâ excommunicatione Canonis ob percussionem vel occisionem Clerici) incurrit, qui abortum, vel quodvis homicidium etiam suo nomine, suive causâ jam patratum ab alio, postea solùm ratum habet, approbat, commendat, imò & remunerat. Ita contra *Navarr. Sylvestrum*, *Molinam*, alios apud *Dianam* mox citandum communior & verior sententia DD. quos latè recitat & sequitur Diana *part. 4. tract. 2. resol. 13.* Laym. *lib. 3. tract. 3. c. 4. n. 6.* Lugo *disp. 19. de just. sect. 2. num.* 34. Ratio est; quia irregularitas, excommunicatio, & similes pœnæ non imponuntur, nisi ob delictum commissum, vel cooperationem ad illud: is autem, qui solùm ratum habet abortum vel homicidium jam antea comissum ab alio, non potest dici illud commisisse, vel ad illud cooperatus esse. Et universaliter: Pœna decreta in aliquod delictum non comprehendit illius ratihabitionem: nisi in casibus jure expressis. Extenditur autem solùm excommunicatio Canonis ad ratihabentes percussionem vel occisionem Clerici cit. *c. Cùm quis. De sent. Excomm. in 6.* nullibi autem facta est talis extensio quoad irregularitatem vel alias excommunicationes vel pœnas, neque etiam in rigidissimâ Constitutione Sixtinâ quoad nostrum casum. Regula juris 10. in 6. *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari*: habet quidem etiam locum in delictis quoad culpam, sed certè non 734

quoad pœnas ordinarias, si ipsum jus vel superior aliter non disponat. Vide Lugo *cit. n.* 33.

Permittens, non impediens.

735 IRregularitatem non incurrit, quisquis sive ex justitia, sive ex charitate tantum obligatus, purâ omissione merè negativè se habendo non impedit abortum procurari, aut quodvis homicidium perpetrari. Ita (contra communem & velut torrentem Doctorum & scribentium, quos congestos videre potes apud mox citandos, & sequitur Laym. *cit. c.* 4. *n.* 7.) probabilissimè & contra infinitos scrupulos salutariter docent, *Vasquez*, *Turrianus*, *Joannes Propositus*, aliisq; citatis probabile censent Card. de Lugo *disp.* 10. *de Just. sect.* 11. *n.* 219. & 21[illegible] Diana *p.* 4. *tr.* 2. *resol.* 7. & 8. & *p.* 7. *tr.* 5. *resol.* 28. Tamburinus *l.* 9. *tr.* 4. *c.* 15. §. 9. Et ratio probabilissima est: quia quamvis obligatus ex justitia impedire, & non impediens homicidium, peccet contra justitiam, & sit causa homicidii moraliter imputativè, quatenus propter debitum justitiæ neglectum, imputatur ei, ac si influeret, etsi realiter & positivè minimè influat: & quia propter idem debitum justitiæ neglectum privat alterum occidendum jure suo in re necessaria ad sui defensionem, meritò etiam succedere debeat in debito restitutionis in defectum principalis patratoris. Attamen non est homicida propriè, nec causa homicidii realiter & positivè, sed merè negativè, & imputativè tantum,

tùm, ut dictum est, nimirùm non defendendo, quem defendere tenebatur. Jam sic: Non est ponenda irregularitas, nisi in jure sit expressa ex *cit. c. Is, qui in Ecclesia.* atqui sacri Canones statuentes irregularitatem homicidio nunquam exprimunt negativè non impedientes, sed cooperantes tantùm: quarè cum leges illæ pœnales in materia odiosa strictè interpretari debeant, solùm intelligi debent de cooperante realiter & positivè per influxum aliquem realem vel moralem positivum ad homicidium, & minimè debent extendi ad impropriè prorsùs, negativè, & imputativè cooperantes. Neque his adversatur Alexander III. *c. sicut dignum. §. Illi autem de homicidio.* dicens: *Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberavit, eum occidit.* Nam certè hæc verba, in ordine ad irregularitatem contrahendam, non potes accipere in sua generalitate, prout reverà sonant: sic enim necessariò comprehendes etiam ex charitate tantùm obligatum impedire, contra omnes. Ergò pro tua lubentia restringis ad solos obligatos ex justitia impedire? Et cur non longè rationabiliùs cum Cardinale de Lugo *disp. 19. sect. 3. n. 99. in fine:* ex ipso contextu intelligis de præsumpta voluntate & favore præstito, & restringis ad non impedientes, non merè negativè se habendo, sed positivè aliquo modo cooperando? nam ex illis verbis imediatè infert Pontifex: *constat ab homicidii reatu immunem non esse, qui occisoribus contra alios opem præstare venerat: nec caret*

ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto favori deſinit obviare. Sic ibi.

736 Multò minùs excommunicationi Sixtinæ ſubjacebit ejusmodi ſeu Clericus ſeu laicus, merè negativè non impediens abortum procurari, etiam fœtûs ex ſe geniti. Pater enim, ſive ex juſtitia, ſive ex pietate & officio paterno tantùm teneatur ad tuendam vitam prolis, non tamen hîc concurrit, nec cooperatur ullo modo positivè, ſed ſolùm merè negativè, non defendendo, quem defendere tenebatur: Sixtus autem ſua conſtitutione ſolùm complectitur *procurantes*, & aliquo tandem modo positivè cooperantes ad abortum, nullo autem verbulo *ſolum non impedientes* indigitat. At, inquies: nonne talis imprægnando mulierem, præſertim invitam, ſcienter conjecit eam in eas angustias, ut aut fœtum ab ipſa extingui, aut famæ jacturam pati neceſſe eſſet? ergo, ſi non impediat, manet vera cauſa, & ideo reus homicidii. Nihil contrà me. Jam enim egrederis limites puræ omiſſionis, in non impediendo. Habeas ergò (per me licet) pro irregulari ex homicidio indirectè cauſato, de quo mox infra: at non habeas pro excommunicato ex abortu procurato: id enim ex terminis ſæpè dictæ Conſtitutionis evincet nunquam.

Atque idem ſentiendum de non impediente homicidium quodcunque, cui decreta eſt excommunicatio, niſi illa ſpeciali jure extenderetur ad non impedientes, prout extendi videtur

tur excommunicatio *Canonis*, adeos qui non impediunt violentas manus injicientes in Clericos, Rectores Ecclesiarum *c. Quanta. de sent. excomm.* ubi ait Pontifex : *facientes & consentientes in pari pœna plectendos Catholica condemnat Authoritas. Eos delinquentibus favere interpretamur, qui, cùm possint, manifesto sceleri desinunt obviare*: Sed cum Glossa *ibid.* benè respondet Lugo suprà *n.* 99. sermonem esse de iis, qui ex officio tenebantur impedire; quorum perindè consensus expressus vel tacitus ex omissione resistentiæ præsumptus aliquo modo influat in delictum, juxta dicta *suprà n.* 732.

Manet immunis & ab irregularitate, & ab ex- 737
communicatione, aliisque pœnis Sixtinis, sive ex charitate, sive ex justitia obligatus, qui non impedit abortum procurari, aliúdve homicidium patrari, etiam malitiosè, ex maligno affectu interno volens, intendens, optans omninò abortum fieri, vel istum hominem occidi. Ratio est: quia solus malignus affectus internus de se nullo modo influit in effectum, neque extrahit omissionem impediendi ex suo puro esse negativo: ergo ratio nostra suprà allata adhuc manet in suo vigore. At, quid si alium sive ex charitate, sive ex justitia obligatum & jam paratum ac volentem maximè impedire procurationem abortûs, aut alterius hominis occisionem, tu impius homo maligna dissuasione, maximè per vim vel fraudem impedis, ne impediat, & sic

sequatur effectus, erisne irregularis? Omnino eris tu: & non erit alter persuasus non impediens. Ne mireris: Nam alter licet immediatè se habeat ad abortum vel homicidium, tamen merè negativè se habet, purâ omissione, cui à SS. Canonibus non est imposita irregularitas: at verò tu maligne dissuasor, etsi remotiùs te habeas ad abortum vel homicidium, habes tamen te positivè maximè, per actum dissuadendi, eique positivè influis in mortem secutam, ex tua dissuasione: cui actui positivo & cooperationi clarè conjuncta est irregularitas à Sacris Canonibus. Ita *Suarez*, *Sayrus*, *Vega*, *Megala* apud Dianam *p. 4. tr. 2. resol. 7. in fine* (sed dissentientem cum *Avila & Laymanno* supra citato) & tenet etiam Tamburinus *cit. tr. 4. c. 15. §. 9. n.* 10. At nunquid in nostro casu etiam censuræ Sixtinæ subjacebis? Credo omninò, quòd sic. Nam certè positivè præstas saltem favorem ad abortum: *favorem* autem *præbentes* clarè exprimit dicta Constitutio.

SECTIO IV.

Abortus idem casualiter vel dubiè causatus

SUMMARIUM.

739. *Abortus casualis, indirectè voluntarius quando sit peccatum?*
740. *An pœnas incurrat dans operam rei licitæ?*
741. *Vel rei illicitæ?*
742. *Ac etiam mandans, vel suadens talem rem vel actionem licitam vel illicitam?*
743. *Ex abortu casuali mixto indirectè tantùm voluntario non incurritur excommunicatio, sive quis det operam rei licitæ, sive illicitæ.*

744

744. *Ex abortu merè casu & simpliciter involuntario nulla pœna incurritur.*
746. *Nisi actio alia ea ipsa ratione sit probibita, ut Clericis & Monachis usus Chyrurgiæ.*
747. *Aut hic & nunc nimis periculosa.*
748. *Quid de abortu vel homicidio merè casuali ex errore facto?*
749. *Pro abortu vel homicidio dubiè causato ponuntur tres regulæ quoad pœnas.*

ABortus casualis generatim dicitur, qui fit 738
vel sequitur ex actione aliqua vel omissione præter directam operantis intentionē, ideóq; directè saltem & in se involuntariè. Et hinc dicitur alius *casualis mixtus*, & indirectè in sua causa adhuc voluntarius, cùm quis scil. aliquid agit, undè prævidet, nec tamen satis præcavet abortum secuturum: sic enim partim casualis est, quatenus fit præter directam intentionem operantis: partim adhuc voluntarius est in sua causa indirectè: qui enim vult agere aliquid, undè prævidet, nec præcavet alterius mortem causandam, eo ipso indirectè, in sua causa volita vult ipsam mortem. Alius est abortus merè casualis & simpliciter involuntarius, qui fit præter omnem directam & indirectam operantis intentionem, cùm quis nimirum aliquid agit, ex quo nec prævidit, nec prævidere debuit abortum secuturum: aut si quid periculi prævidit, illud sufficienti diligentia adhibita præcavere studuit. Tandem dubiè causatus abortus potest esse dupliciter. Primò sic: ut dubitetur de ipso corpore delicti, sitne revera ex alicujus actione abortus secutus, nec ne?

Secun-

Secundò sic : ut constet de corpore delicti seu abortu secuto, dubitetur solùm de causalitate seu efficacia cooperationis ad illum effectum. Res postea exemplis manifesta fiet. Pro re & Jurium & Opinionum varietate valdè perplexa & intricatâ, quoad irregularitatem, aliásque poenas incurrendas, dabo pro coronide tres Regulas fortè Confessario non inutiles. Loquimur in specie de abortu fœtûs animati : Eadem autem omnia sunt de quolibet homicidio illicito, moraliter, causáliter, & dubiè causato.

Abortus casualis mixtus, indirectè voluntarius.

739 EST peccatum mortale, vel veniale, pro ratione majoris vel minoris, & periculi causando, & culpæ vel negligentiæ in cavendo; ac proindè mortale erit, & irregularitatem indicet, quando actio de se est efficax & periculosa ad abortum vel homicidium causandum, & culpa seu negligentia in cavendo lata seu gravis est; secus, si actio de se non ita periculosa, aut licet periculosa, culpa tamen in cavendo levis sit; sive deindè aliquis det operam rei licitæ, seu illicitæ : sive in aliâ, sive in ipsâ materiâ homicidii. Ratio peccati clara est : Quandocunque enim aliquod opus directè facere illicitum est, etiam per se illicitum erit illud indirectè facere, ejus prævisi causam voluntariè ponendo, nisi urgentissima causa ita operantem excusans moralitatem cooperationis tollat, & permissionem justificiat, ut *supra n.* 711. & 712. admissum est; irre-

irregularitate autem meritò puniunt Sacri Canones, non tantùm homicidium voluntarium in se, sed omnem etiam actionem ad homicidium culpabiliter concurrentem: atque adeò etiam abortum aliúdve homicidium casuale indirectè & in suâ causâ voluntarium, ut liquidò constat variis textibus *tit. de homicidio.* partim infra adferendis: & signatè exprimit Canon XI. *de cætero noveris, quòd Diaconus, qui homicidio causam dedisse videtur, non videtur ad Sacerdotium promovendus.*

Quando quis dat operam rei licitæ quantum- 740
vis periculosæ ad prævisum abortum vel homicidium causandum, effectu secuto, tunc solùm irregularitatem contrahit, si culpa in cavendo lata, gravis & mortalis fuit, aliàs non. Ratio est: quia hæc irregularitas est ex delicto; sed non est verosimile graviſſimam irregularitatis pœnam esse impositam delicto levi & veniali tantùm. Cùm ergò in ipsâ actione licitâ, quæ est causa abortûs vel homicidii, nulla sit culpa, requiritur, ut ex parte negligentiæ cavendi culpa sit gravis & mortalis. Exempla habes, & hac ratione intelliges. in Jure *c. Presbyterum. de homicidio.* ubi pronuntiatur irregularis Presbyter, qui causâ disciplinæ percussit puerum in capite, undè posteà mortuus est: quia nimirùm correctio fuit imoderata cum lata culpa. Et *c. continebatur ib.* declaratur irregularis Diaconus, quòd, dum falce præcinctus, colluderet cum laico, & hic victor, juxta conditionem ludi, ejus tergo velut ine-

qui-

quitaturus insiliens, ejus falce graviter vulne-
tus objerit : imputabatur enim in culpam lata
quòd gnarus conditionis ludi, falce non pro
depositâ colludens, non caverit periculum, u
rectè notat Filliucius *tr.* 20. *c.* 3. *q.* 3. Idem dic
in nostro casu similiter eveniente : uti si pater
vel parens mulierem vel filiam prægnantem p
stè castigans; modúmque culpabiliter excedens
ei abortum causet : si maritus in copula cum
uxore prægnante incautâ violentiâ fœtum ex
tinguat, vel abortiri faciat, &c. Idque à fortiori
dicendum erit in copulâ illicitâ cum prægnan-
te. Quinimò universaliter : quando quis dat
operam rei illicitæ de se periculosæ vel efficaci
ad abortum vel homicidium prævisum causan-
dum, non semper requiri culpam latam & mor-
talem, sed sufficere sæpè levem & venialé in ca
vendo negligentiam ad irregularitatem contra-
hendam sentiunt satis communiter Doctores
apud Laym. *cit. tr.* 3. *c.* 10. *n.* 4. consentientem,
ex eo quòd longè faciliùs incurratur irregulari-
tas, quando quis dat operam rei illicitæ, quam
cùm quis opus licitum exercet, ut significant
passim Canones *c. Ad audientiam & seq.*
Cùm ergò in actione licitâ requiratur culpa gra-
vis, consequenter in actione illicitâ sufficiet etiam
culpa levis. Sed stat sententia.

741 Etiam cùm quis dat operam rei illicitæ, sive
in aliâ, sive in ipsâ homicidii materiâ, etiam
periculosâ, nunquam in foro conscientiæ in-
curritur irregularitas ex delicto homicidii ac-
tuali,

sualis, nisi culpa seu negligentia in cavendo homicidio lata & mortalis fuerit: ut proindè tutò nemo se censeat irregularem in foro conscientiæ, nisi delictum commissum sit mortale in ipso genere homicidii. Ita *Henriquez*, *Avila*, *Suarez*, *Coninck*, aliisque citatis Tamburinus hîc *c.* 15. §. 2. *â.n.* 12. eamque doctrinam probabilem & in praxi tutam censet ipse Layman *l.c.* Ratio est: quia irregularitas ex delicto homicidii casualis per Sacros Canones non inducitur ex eo, quòd opus in se licitum vel illicitum aut periculosum sit: sed ex eo, quòd ex tali opere culpabiliter inferatur mors homini; æquitas autem non patitur, ex levi solùm culpâ induci pœnam tam gravem. Discrimen ergò illud, an homicidium sequatur ex actione licitâ vel illicitâ pertinet solùm ad forum externum ad hanc ipsam culpam discernendam: nam in foro externo præsumi solet eum, qui operam dedit rei illicitæ, ex quâ homicidium secutum est, non nisi latâ culpâ causam homicidii præbuisse: ex quâ præsumptione *c. sicut ex literarum, de homicid.* Pontifex meritò pronuntiavit irregularem Presbyterum illum, qui mulierem gravidam per ludum incautè zonâ traxit, abortu indè secuto: meritò enim præsumpsit gravem culpam & temeritatem, & fortè etiam directam abortûs procurandi intentionem, ut ex contextu videtur innui: atque ita in similibus casibus in jure repertis. Et universaliter: si des operam rei illicitæ valdè periculosæ ad abortum vel homi-

homicidium causandum v. g. mulierem gra-
dam atrociter verberando ex iracundiâ, hom-
nem fuste vel ense cæsim in capite feriendo, &c.
semper in foro externo pronuntiandus eris ir-
regularis : idque ex delicto homicidii voluntarii
potiùs, quàm casualis, ut infra de aborsu merè
casuali rursus notabo. Atqui in foro conscientiæ
præsumptio cedit veritati : ergò cuicunque ex
etiam illicitæ & periculosæ dederis operam, e
quâ præter intentionem tuam secutus est abor-
tus, vel aliud homicidium, si tibi constet culpam
gravem & mortalem non intercessisse in caven-
do homicidio, sed levem & venialem v. g. inad-
vertentiam, præcipitantiam, &c. tutò in con-
scientiâ ne censeas te irregularem (quidquid
præsumatur in foro externo) sed, secluso scan-
dalo, poteris te gerere tanquam liberum ab ir-
regularitate ; quemadmodum & econtrà, si ex-
teriùs judicetur quidem nullam fuisse culpam
vel satis levem, tu autem conscius tibi sis gravi-
ter deliquisse, obligaberis ut verum irregulari-
te gerere abstinendo à Sacris, &c. Vide Suarez
de cens. disp. 45. sect. 5. Denique in dubio, an
culpa illa gravis vel levis fuerit in cavendo abor-
tu vel homicidio de facto certò secuto, omnino
præsumendum te irregularem colliges *infra*
749. Regulâ 1.

742 Idem porrò dicendum de abortu vel ho-
micidio casuali moraliter causato, jussu,
consilio, inductione : Ut si v. g. mulier
pra-

prægnanti mandes, vel ſuadeas actionem periculoſam, geſtationem gravis ponderis, aſcenſum arduum, ſaltationem immodicam, &c. ex qua prævides, & gravi culpâ non præcaves abortū ſecuturum. Et univerſaliter: quicunque alteri mandat, ſuadet, conſulit, vel quomodolibet inducit ad actionem aliquam, ſeu licitam, ſeu quomodolibet illicitam, ac de ſe periculoſam, ex qua prævidet, ſuſpicatur, vel ſubdubitat, nec tamen ſufficienter præcavet, ſecuturam mortem alterius tertii; eâ ſecutâ irregularis erit, ſi culpa in cavendo gravis erat: aliàs non. Et ſic intelliges c. ult. de homicid. in 6. *Qui mandat aliquem verberari (licet expreſsè inhibeat, ne occidatur ullatenus, vel membro aliquo mutiletur) irregularis efficitur, ſi mandatarius fines mandati excedens, mutilet, vel occidat: cùm mandando in culpa fuerit, & hoc evenire poſſe debuerit cogitare.* At quid ſi mulierī prægnanti ſuadeas, vel offeras ad abortum procurandum pharmacum nimis acre, undè contingat matrem ſimul cum fœtu extingui: erisne bis irregularis ex duplici homicidio, uno voluntariò fœtûs, altero caſuali matris; ſimiliter ſi alicuī mandes vel ſuadeas occidere alterum, duellum inire, &c. contingat occidi ipſum mandatarium vel ſuaſum, cum id poſſe contingere certè prævideris, nec ſufficienter præcaveris, etſi non intenderis, erisne adhuc irregularis? Affirmant communius &, ſine dubio probabilius ac tutiùs DD. *Suarez*, *Navarr.* *Coninck*, *Sayrus*, aliis-

aliisque citatis Diana *p. 4. tr. 2. resol. 11.* eò quòd hujusmodi actiones de se sint periculosæ ad homicidium, illúd que illicitè causent. Negant verò non improbabiliter *Turrianus*, *Henriquez*, *Joan. Præpositus*, quos citat & approbat Lug. *disp. 19. sect. 2. §. 2. n. 4.* Ratio est: quia aliud est mandare vel consulere, ut quis occidatur, quod, effectu secuto, semper secum trahit irregularitatem ex claro jure. Aliud est, mandando vel consulendo alterum solùm periculo mortis exponere, quod nullo claro jure secum trahit irregularitatem. Excipit tamen facillimè Lugo *ibidem*, nisi quis eo animo & directâ intentione mandatum vel consilium dedisset alteri, ut ea occasione ipse occideretur: Quâ enim ratione David occidit Uriam gladio filiorum Ammon? hoc tempore sine dubio futurus irregularis.

743 Ex abortu casuali mixto indirectè tantùm & in causâ voluntatio non incurritur excommunicatio Sixti V. sive quis det operam rei licitæ, sive illicitæ, & non sine gravi culpâ in cavendo, dummodò directè non intendat. Ratio est: quia abortus casualis quantumvis culpabiliter causatus, directè tamen minimè intentus, non potest tamen dici *voluntariè procuratus*, seu *studiosè quæsitus*, qualem solùm suo fulmine ferit Sixtus Pontifex: Eadémq; est ratio de reservatione Clementis VIII. pro Religiosis: imò & Episcopali pro Diœcesanis. Non ergò eam censuram vel reservationem incurrit parens vel maritus filium

vel uxorem prægnantem, sive justæ punitionis causâ, sive ex iracundiâ graviter percutiens non sine gravi culpâ, & prævisо abortûs periculo posteà secuti, si eam non intendit. Neque maritus cum uxore, vel alius cum fœmina prægnante copulam nimiâ vehementiâ exercens abortu indè secuto, si eum minimè intendit, sed solùm explere libidinem voluit. Quia licèt talis fuisset in culpâ mortali, respectu abortûs causati, atquè ideò irregularitatem ex delicto abortûs casualis minimè effugiat; non tamen diceretur procurare abortum: verbum enim ipsum *procurare* significat studiosè & ex industriâ quærere, ideóque directè & in se velle abortum. Atque propter eandem rationem nota hîc obiter, Episcopum posse dispensare in irregularitate ex eo abortu, sicut & quolibet homicidio casuali occulto indirectè tantùm voluntario. Nam & Sixtus V. solùm loquitur de abortu *voluntariè procurato*: & Concilium Tridentinum in facultate concessa Episcopis solùm excipit *homicidium voluntarium*: quale simpliciter non potest dici casuale indirectè & imperfectè voluntarium: ut si mandes alterum iniquè verberari, mandatario excedente & occidente: si provocatus ad pugnam solùm animo percutiendi accessisti, posteà verò præter intentionem, ne occidereris, occidisti, &c. Ità *Navarrus*, *Henriquez*, *Suarez*, aliisque citatis Filliucius *tr.* 20. *c.* 3. *q.* 11. Layman. *c.* 12. *assert.* 4. in fine; rectè

addens, hanc resolutionem etiam servire po Parochis, quibus homicidia reservari solent. *tamen in conscientiæ foro confitenti homi credere possunt, si asserat, non habuisse se pr positum occidendi, sed solùm v. g. vindi postea verò necessitate compulsum occidis ne ipsemet occideretur, ejusmodi peccatu non debet reservatum censeri, præsertim occultum sit; sin verò notorium, consu plerumque, ut examini Episcopi relinqua tur.* Sic Layman. Eadémque erit ratio in no stro casu, ut jam innui.

Abortus merè casualis, simpliciter involuntarius.

744 SEquens nimirum ex actione alicujus seu lic tâ, seu illicitâ, sed aut nullo modo præ ius, aut, si quid periculi prævisum, sufficienti di ligentiâ adhibitâ, ne sequeretur, præcautu nec peccatum est, neq; inducit excommunicatio onem Sixti V. sed neq; irregularitatem, nisi forte in uno casu. *Ratio* clara est: Quia ubi nullum e voluntarium, nullum potest esse peccatum, & u bi nullum peccatum, nulla debet esse pœna, præ sertim censura: & quoad irregularitatem etiam certum est, quando quis dat operam rei licitæ, v. g. Medicus medendo, maritus cognoscendo fœmi nam gravidam, si debitâ adhibitâ diligentiâ in cavendo, nihilominùs sequatur abortus, ex cla ro Jure in simili. *c. Dilectus.* & seqq. *de Homi cid.* Atque etiam omninò verum est, quando quis dat operam rei illicitæ, saltem non nimium pe

periculosæ ad abortum vel homicidium causandum. Ita communior Doctorum, quos citant, & sequuntur Filliucius *tr.* 20. *c.* 3. *q.* 8. Tannerus *p.* 3. *disp.* 6. *dub.* 11 *n.* 116. Layman. *c.* 10. *n.* 1. *&* 3. Diana *p.* 4. *tr.* 2. *resol.* 20. Ratio est: Quia hæc irregularitas non incurritur, nisi intercedat culpa homicidii: At in nostro casu nulla est culpa homicidii: licèt enim quis peccet exercendo opus illicitum, abortus tamen vel homicidium indè secutum est ei simpliciter involuntarium, quippe de quo aut nullo modo cogitavit, aut si cogitavit, debitam cavendi diligentiam adhibuisse supponitur.

Contrarium tamen universim docent gra- 745
vissimi Doctores, *Navarrus*, *Covarruvias*, *Sanchez*, *Valentia*, alii permulti apud *Tannerum & Djanam citatos*, probántque ex Jure. *c. Dilectus. c. Joannes. c. ult. eod. tit.* ubi decernitur, eum, qui dando operam rei licitæ adhibitâ debitâ diligentiâ, homicidium casualiter fecit, non esse irregularem: ergò *à contrario argumento* inferunt; omnis, qui dando operam rei illicitæ homicidiũ fecit, irregularis erit: quod argumentum, licèt non apud Dialecticos, tamen apud Canonistas valere, ait Navarrus *c.* 27. *n.* 219. Verùm quidquid alìàs apud Canonistas valeat illud argumentum *à contrario sensu*, certè non debet valere in nostro casu; quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus Jure expressis; atqui contrarius ille sensus in illâ generalitate nullibi expressus est in Jure, quin oppo-

ſitum apertè colligitur ex *c. Quantum. d.* ubi Pontifex declarat, eum, qui caballos, etiam ſi furtivos, abduxit, à quibus mulier colliſa abortum fecit, furti quidem reum eſſe, attamen *voluntas illius non agnoſcitur pernicioſa fuiſſe, non poteſt addici, & occidi per leges*; quia nimirum (ut notat Gloſſa ibidem) *mulierem, ut ſibi caveat præmonuit*: aut fortè periculum omninò non advertit, Quidni eadem ſit ratio de irregularitate ex delicto? Videamus ergò, an aliquid ſaltem particulare exprimatur in Jure.

746 Communis exceptio eſt: niſi actio aliqua ex ipsâ ratione illicita ſeu prohibita ſit in Jure, quod cum periculo mortis inferendæ conjuncta eſſe ſoleat: quâ ratione Clericis & Monachis in Sacris conſtitutis graviter prohibetur uſus artis chyrurgicæ per ſectionem, & aduſtionem *c. ſententiam. ne Clerici vel Monachi.* ubi inter alias prohibitiones cooperationis ad mortem dicitur. *Nec ullam Chyrurgiæ artem Subdiaconus, Diaconus vel Sacerdos exerceat, quæ uſtionem vel inciſionem inducit.* Atque adeò, ſi contra hanc prohibitionem Clericus vel Monachus in Sacris conſtitutus exerceat Chyrurgiam per inciſionem vel aduſtionē etiam omni adhibitâ diligentiâ & cautelâ, ne mors ſequatur, eâ nihilominùs præter omnem intentionem merè caſualiter ſecutâ, irregularis erit, ſecundùm Doctorum communem conſenſum & intellectum, *c. Tua nos. de homicid.* ubi Pontifex requiſitus, ſitne irregularis, & à Sacris arcendus quidam

Mo-

Monachus Chyrurgicus, qui mulieris tumorem guturis curare volens ferro incidit, expressè præmonens, ne se vento exponat, ne fortè ventus subintrans causam mortis adferret: illa neglecto salutari mandato, messis causâ, vento se exposuit, eóque intrante scissuram, multum sanguinis effundens diem suum obijt (En tibi, omni adhibitâ cautelâ homicidium merè casuale & omninò involuntarium. Simile quid facile posset contingere in nostro casu quoad abortum) Respondit Rontifex: *Fraternitati tuæ respondemus, quòd licet ipse Monachus multum deliquerit alienum officium usurpando, quod sibi minimè congruebat: si tamen causâ pietatis, & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in arte Chyrurgiæ, omnemque studuit, quam debuit diligentiam adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium ejus accidit, adeò reprobandus, quòd non post satisfactionem condignam, cum eo misericorditer agi possit, quòd Divina Officia valeat celebrare; alioquin interdicenda est ei Sacerdotalis Ordinis executio in rigore.* Sic Pontifex. Quamvis autem tale non sit verum formale homicidiũ, censetur tamen homicidium ex interpretatione Juris, ob reverentiam Sacrorum, ad irregularitatem inducendam sufficiens, ut notat Filliucius *cit. q.* 10. Nihilominùs talem adhuc ab irregularitate non improbabiliter liberant *Coninck*, *Joannes Præpositus*, eósque citans Tamburinus *hic c.* 15. §. 4.

num. 11. & licèt antè pluribus locis contrà tandem etiam secutus est Diana *part.* 11. *tra.* 7. *resol.* 8. apud eundem. Idque ex alio directo intellectu illius apicis, quem suggeret Glos. ibid. V. *alioquin*, id est, *si non erat peritus, & non adhibuit diligentiam, quam debuit, aut ex cupiditate fecit*: tunc scilicet *merè dicenda est ii sacerdotalis Ordinis extorres in rigore*: ergò aliàs non, si erat arte peritus, & adhibuit debitam diligentiam, &c. Sed in praxi ego non ausim recedere à communissimo intellectu illius Sacri Canonis.

647 Exceptio alia necessaria est: nisi actio illa illicita de se, aut in his circumstantiis personarum, loci, temporis, instrumentorum &c. hic & nunc adeò sit periculosa ad abortum vel homicidium causandum, vel ita connexa cum periculo abortûs vel homicidii, ut nemo nisi stultus vel mentis impos exerceat talem actionem, quin velit occidere vel abortum procurare; seu adeò ut peccet contra jus naturæ præcisè ratione periculi occidendi, cui ita operans hic & nunc se exponit: ut si ferias punctim circa pectus, cæsim in capite, si fuste percutias in capite præsertim personæ teneræ vel pueri, aut in nostro casu ita vehementer percutias, tundas, terreas mulierem gravidam, ut percussio vel metûs incussio adeò sit manifesta causa abortûs vel mortis, ut percutiens vel metum incutiens cujusvis prudentis arbitrio reputetur, perinde ac si abortum vel homicidium vellet ac intende-

ret

tet (ut benè explicat Molina *tomo* 4. *tractat.* 3. *disp.* 3. *num.* 6.) secuto abortu vel homicidio, utique omnium calculo pronuntiandus erit irregularis, idque ex delicto homicidii voluntarii, non casualis. Quamvis enim eo casu, tu directè actu formali & explicitè non intenderes occidere, vel abortum procurare, sed solùm v. g. acrem vindictam sumere: Attamen ipso facto (nisi stultus sis) tacitè vis, & semper præsumeris in causâ tam periculosâ voluisse malitiosè ipsum abortum vel homicidium; etenim impossibile videtur, quòd homo mentis compos tunc periculum tam manifestum non advertat: & si advertas, nec caveas imò nec cavere possis, nisi desistendo ab actione tam periculosâ, nec tamen desistas, quid tandem aliud velle potes, quàm occidere? Posito tamen raro casu, quo talia agendo, bonâ fide reverâ nullum mortis periculum advertens, aut quid advertas, sufficienti cautelâ excludere conatus, abortum vel homicidium revera nullo modo intendisses, coram Deo & in conscientia te non fore irregularem, cum aliis meritò pronuntiat Tamburinus c. 15. §. 2. Nam in foro externo te semper præsumendum irregularem non est dubium, ut in simili innui *supra num.* 741.

748 Tandem quid de abortu vel alio homicidio merè casuali ex errore facto? Titius adulter, præter uxorem etiam ancillam imprægnavit, sed ad evitandam infamiam, & pœnas, potionem abortivam præparavit ancillæ: quæ contra

ejus intentionem per errorem potata ab uxore prægnante, eam abortire fecit fœtum diu animatum. Cajus venenum paravit inimico, sed simili errore, potatum ab alio amicissimo, eum brevi extinxit; & ita in similibus? Certum est talem non committere homicidium formaliter, ac proinde ex illo homicidio merè casuali & materiali, nec in casu nostro, aut si alius occisus Clericus fuisset, excommunicationem Sixti V. vel Canonis incurrere. Communis DD. Sanchez *l. 9. de Matrimon. disp. 32. n. 27. Molina, Coninck, Fragosus, Fagundez, Portellus*, eósque citans Diana *part. 9. tract. 4. resolut. 31.* Tamburinus *l. 6. Decalogi c. 4. §. 3. num. 26.* Ratio est; quia quamvis talis principali intentione procurandi hunc abortum, aut occidendi hunc hominem, peccaverit gravissime, alius tamen abortus secutus, aut aliud homicidium est ei simpliciter involuntarium, ideóque sicut à culpa, ità & â pœna homicidii vacans. At quid si uxor potionem illam potâsset marito inspiciente, sed monere vel contradicere non audente? Idémque est in alio casu veneni potati. Resolvit optimè Lugo *disp. 8. de justit. sect. 6. num. 86.* in simillimo casu sibi proposito, his omninò verbis: Quidam ut alium occideret, sicum veneno infecit, quam illi in prandio apposuit: quidam autem, qui proximè assidebat, sicûs venenatæ pulchritudine allectus, eam vicino arripuit, quod dum delinquens adverteret, dissimulavit, ne se ipsum, suúmque maleficium

pro-

proderet, ac permisit amicum illum comedere, qui postea veneno interiit. Censui hunc non fuisse homicidam vel irregularem: quia periculum non prævidit, & postea non tenebatur cum tanto periculo impedire damnum; quod cum non fuerit intentum, nec prævisum, non fuit ejus causa, qui ficum venenavit, sed per accidens & præter intentionem evenit, licèt ex actione illicitâ & injustâ erga illum, quem occidere volebat, non tamen injustâ erga eum, qui occisus est. *Hæc Lugo.* Eadem omninò ratio est de potione ab uxore, vidente marito, potata. Eadémque ratione resolvendum de mandante vel procurante abortum fieri vel homicidium per alium, si mandatarius, vel commissarius per errorem aliam pro alia abortire faciat, alium pro alio occidat: eóque casu â mandante non incurri irregularitatem ex voluntario homicidio indispensabilem Episcopo, responsum est à Cardinale Caraffa Episcopo Hieracensi anno 1587. ut habetur in novissimis editionibus Concilii Tridentini *ad Sess.* 14. *c.* 7. *de reform.*

Pro abortu, vel quovis homicidio dubiè causato.

REGULA I.

Quoad Irregularitatem.

QUandocunque constat *de corpore delicti*, 749
seu ipso homicidio facto ex aliqua tua actione vel cooperatione, quando nimirum certum est, fœtum animatum abortitum, aut alium

modo

hominem esse mortuum vel occisum, te aliqu
modo concurrente, dubitatur autem solùm, si
tua actio vel cooperatio fuerit efficax, vel sufficiens ad causandum abortum vel homicidium, quod fortè etiam aliundè, seclusâ tuâ actione vel cooperatione, causatum fuisset, irregularis omninò habendus es, & interim à Sacris abstinere debes. Ita enim expresè statuunt sacri Canones *tit. de homicidio.* Imprimis c. 12. *audientiam.* Posito casu de Presbytero, qui correctionis causâ famulum cingulo percutiens, cultrô, vaginâ cingulo appensâ, elapso vulnere, vit, qui posteà à vulnere quidem convalescens, superveniente alia infirmitate, obiit. Dubitantibus autem, utrum mors ex vulnere, an verò ex morbo superveniente tantùm secuta sit, & ideò Presbyter ut irregularis à Sacris arcendus sit. Respondet Pontifex Clemens III. quòd sic: *si appareat, illum aliâ infirmitate obiisse; cùm in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem.* Rursus *cap.* 18. *Significâsti*, posito alio casu de Presbytero, qui furem Ecclesiæ ornamenta auferentem ligone percussit, posteà à supervenientibus Parochianis cum gladiis & fustibus penitùs occisum. Hinc orto dubio: an ex solis percussionibus Parochianorum, an verò ipsius Parochi obierit, ideóque Sacerdos censendus sit irregularis? Respondet Pontifex Innocentius III. *In hoc dubio tanquam homicida debet haberi Sacerdos, etsi fortè homicida non fuit, à Sacerdotali Officit abstinere debet; cùm in*

ejus

casu cessare, si tutiùs, quàm temerè celebrare; proeo, quòd in altero nullum, in reliquo verò magnum periculum timeatur. Tandem *c. penult. Petitio tua.* Proponit Clericus casum, se cum cæteris Clericis & Laicis occurrisse irruentibus in castrum hostibus Dominicæ Crucis, hinc indè occisis plurimis, se quoque aliquos percussisse, dubitare autem de alicujus occisione, ideóque irregularitate contractâ: Respondet idem Pontifex: *Mandamus quatenus, si de interfectione cujusquam in illo conflictu tua conscientia te remordeat, à ministerio Altaris abstineas reverenter, cùm sit consultiùs in ejusmodi dubio abstinere, quàm temerè celebrare.* Ita sacri Canones.

Consimiles casus certæ irregularitatis sub al- 750
legatis Canonibus manifestè comprehensi possunt esse varii. Titius v. g. venenum porrexit cuidam, ut interiret, & illo inscio aliud efficacius venenum propinatum fuit: dubitat ergò Titius, an venenum suum efficax fuerit ad mortem, nec ne, an potiùs alterius venenum solùm mortem causârit: secutâ morte irregularis est. Cajus applicavit causam v. g. pharmacum, ad abortum fœtûs animati effectu & vero homicidio secuto, posteà dubitat, an causa illa vel potio à se applicata fuerit sufficiens & efficax ad causandum abortum, an verò causatus fuerit ex vi alterius causæ, ut violentâ compressione prægnantis: omninò habendus est irregularis. Item si consilium dedisti Titio ad occi-

occidendum Cajum, homicidio jam pe
comperis, Titium capitales gessisse inimici
adversus eundem Cajum, eique jam alias mo
tem minatum vel machinatum: dubitas erg
num is occiderit motus ex vi tui consilii, an
lùm ex privata inimicitia; aut similiter in nostro
casu, suasisti Titiæ, à te vel alio imprægnatæ, fa
cere abortum fœtôs animati, effectu secuto, a
telligis eam jam antea abortum attentâsse, du
bitásque similiter de efficacia tui consilii. Iri
gularem te pronuntiant sanè communiter Do
ctores apud Dianam *p. 7. tr. 5. resol. 26.* ex m
tellectu eorundem SS. Canonum. Attamen
cum Sacri Canones allegati in dubio homi
dii irregularitatem statuentes, & in re odio
strictè interpretandi, expressè solùm loquan
de homicidio dubiè, sed physicè patrato, ut a
tuenti patet, satis probabile est, non debere c
tendi ad homicidium dubiè, sed moraliter tan
tùm causatum ex tuo consilio, suasu, consen
su, in modò dictis & similibus casibus. Ita Tam
bur. hic *c. 5. à n. 11.* citans *Suarez*, utrumq
Sanchez, *Azorium*, *Merollam*, *Gibelinum*
Joan. Præpositum, aliósque citantem Diana
p. 11. tr. 6. resol. 24. & 25. (quam partem eg
nondum vidi.) Ratio jam insinuata est. Iri
gularitas enim hæc imponitur homicidio dub
commisso: at valdè differunt homicidium com
mittere, & ad homicidium dare consilium, v
moraliter tantùm concurrere: ergò probabi
valde est, eam irregularitatem, utpotè pœnam

& ideò strictè interpretandam, non extendi ad consulentem & dubitantem, an suo consilio moraliter verè influxerit in homicidium. Et hinc sit

REGULA II.

Quoad eandem Irregularitatem.

QUandocunque non constat, sed verè dubitatur de ipso *corpore delicti*, utrum revera abortus fœtûs animati, aliúdve homicidium vel mors hominis ex tua actione vel cooperatione, seu physica, seu morali, ad causandum illud factâ secutum sit, nec ne; post factam diligentem inquisitionem dubio perseverante, nulla timenda est irregularitas. v. g. scit aliquis percussisse graviter, vulnerâsse hominem, explosisse in hostem in bello seu justè seu injustè: dubitat autem invincibiliter, an indè mors secuta sit: scis te alteri mandatum, consilium, consensum vel auxilium præbuisse ad aliquem occidendum; dubitas similiter, an is obsecutus, reipsâ occiderit; an verò pœnitens omninò intermiserit: aut si fortè invasit, percussit, vulneravit, num ex eo vulnere mortuus fuerit, an verò convaluerit: & denique in casu nostro: scio me causam applicâsse, consilium dedisse vel auxilium, aut aliter induxisse fœminam ad abortum procurandum, dubito autem, an omninò abortus aliquis secutus sit, aut si constet, abortum aliquem esse secutum, dubitatur, & neque ex die coitûs, neque ex signis materiæ ejectæ, neque aliundè constare potest, 751

ideò

num fœtus jam fuerit animatus, & idu homicidium patratum, nec ne? &c. Taliter in quam, dubitans, debet quidem omnem moraliter possibilem diligentiam adhibere ad inquirendam veritatem, & interim quamdiu spes superest veritatem cognoscendi, abstinere à Sacris, quantum potest sine scandalo vel alio gravi incommodo: quòd si tandem adhibitâ frustra diligentia dubium invincibile perseveret, irregularitatem securè ne timeat, seque eâ pœnâ liberum credat. Ita universaliter contra *Navarrum, Sotum, Sanchez, Molinam*, & omnino communem Doctorum, maximè quoad dubium de animatione fœtûs aborti, apud *Dianam* mox citandum, jam tenet communis & tuta Recentiorum sententia, quos citant & sequuntur Francisc. Bardi *de conscient. discept. 6. c. 7. §. 4.* Th. Tambur. *cit. c. 5. §. un. & l. 1. in Decal. c. 3. §. 7. V. Irregularitas n. 2.* aliisque relatis probabile censet Diana *p. 4. tr. 2. resol. 16. & p. 7. tr. 5. resol.* 24. Ratio sufficientissima sumitur ex duplici principio; Unum est: *Non est ponenda irregularitas, nisi in casibus jure expressis, sæpè cit. c. 1. qui. de sent. Excomm. in 6.* Alterum est: *Odiosa restringi convenit, non ampliari: juxta Reg. 15. in 6.* Atqui Canones allegati omnes (ex quorum constitutione præcisè inducitur irregularitas in dubio homicidii) expressè loquuntur solùm in casibus, quibus constabat liquidò de corpore delicti, seu homicidio patrato, atque in subjecto certo capaci mortis, & solum dubitabatur de cooperationis vel causæ po-

sita

sitæ efficaciâ vel sufficientiâ ad mortem; seu, à quo, variis concurrentibus, mors sit illata: ergo sacri illi Canones non sunt extendendi ad casus nostros longè diversissimos, quibus de ipso corpore delicti seu homicidio vel morte causatâ ambigitur invincibiliter.

Regula hæc universaliter vera est in quocun- 752
que dubio. I. Non tantùm in dubio *Facti*, quando scilicet dubitatur de ipso homicidio facto, de quo hactenùs locuti sumus, sed etiam, & multò magis, in dubio *Juris*, quando nimirum dubitatur, an pro tali facto irregularitas aliqua decreta sit, aut non? nisi dubiè, ambiguè vel obscurè habeatur: sic enim in jure expressa non est. II. Non est tantùm in dubio *negativo*, quando videlicet intellectus merè anceps hæret, nullam habens rationem probabilem inclinandi in unam vel alteram partem, an sit, nec ne homicidium commissum: tunc etiam poteris eligere quamlibet partem etiam tibi faventem, etiamsi oppositæ rationes probabiliores videantur: sequendo enim probabilem sententiam semper prudenter te geris; juxta communem doctrinam in materia de conscientia. III. A fortiori securus eris, si habeas rationem probabilem pro te v. g. homicidium non esse secutum, & solùm negativè dubites de oppositio, nulla apparente ratione probabili in oppositum. IV. Contrà verò, si adsint rationes probabiles contra te, v. g. prudenter judicas te reverà occidisse, & solùm negativo dubio ambigis, fortè non occidisse, nullâ habitâ ratione

probabili, unde judices ex tuâ actione, consilio auxilio mortem non esse secutam, prout fuit in casu suprà allato, *c. petitio tua*: & esset, si aliquem à te globô tactum videres ex equo ruentem, & nullo indicio vel ratione probabili appareret, mortem evasisse: Atque in nostro casu, si pharmacum efficax applicâsti ad causandum abortum fœtûs jam certò animati, & postea similiter merè negativè ambigas de effectu secuto: In his & similibus casibus te irregularem habendum, meritò declarant Thomas Tamburinus *cit. c. 5. §. un. num.* 17. rationem dans: Quia tunc prudenter apparet tantùm ratio incursûs in irregularitatem; & nulla apparet ratio evasionis seu liberationis ab illa: & P. Thesaurus apud Dianam *cit. p. 7. tract. 5. resol.* 26. rationem dans: *Quia licita facta in dubio non præsumantur, fallit, quando sunt solita fieri. L. ult. C. de fid. Instr. Mascardus concluſ. 732. n. 5. & 7.* Sic ille.

REGULA TERTIA.

Quoad Excommunicationem & alias pœnas universim.

753 IN omnibus Juribus & Legibus pœnalibus, etiam censurarum & irregularitatum: non tantùm in dubio *Juris*, quando dubitatur, an pro tali facto vel casu aliqua pœna, censura, irregularitas quæcunque lege, decreta sit: sed etiam in dubio *Facti*, quando verè & invincibiliter dubitatur, an quis commiserit tale Factum, propter quod constat decretam esse pœnam, censuram, irregularitatem, nemo censendus est ligatus ex-

exceptâ solâ irregularitate ex delicto homicidii voluntarii, constante corpore delicti. Comunis jam & secura sententia, quam cum allis allegatis, docent Suarez *de cens. disp.* 5. *sect.* 5. *&* 6. Sanchez *l.* 1. *Moral. c.* 10. latissimè. Filliucius *tract.* 20. *c.* 4. Layman. *lib.* 1. *tr.* 1. *c.* 5. *n.* 39. Franciscus Bardi *de conscient. discept.* 6. *c.* 7. §. 2. Ratio est: quia in dubio factum non præsumitur: & specialiter: *Nemo in dubiis præsumitur deliquisse. L. meritò ff. pro socio.* Ergo delictum aliquod facto vel eventu completum fuisse, indéque consequens pœna, non præsumi, sed demonstrari debet. Deinde leges pœnales & censuræ tantùm ferunt delictum simpliciter: sed delictum dubium non est delictum simpliciter. Certè pœna ordinaria statuta delicto certo non est imponenda delicto dubio, sed alia arbitraria seu extraordinaria, secundùm qualitatem dubii. Tandem omnia Jura clamant: *Reum dubium esse absolvendum. In dubio neminem condemnandum: In pœnis benigniorem interpretationem faciendam. Odia restringi, favores, ampliari oportere.* Quæ sicut in aliis legibus pœnalibus, ita sanè etiam in censuris, & irregularitatibus ex delicto (nisi ipsa Jura aliud exprimant, prout exprimunt in solo casu in regula excepto) & foro conscientiæ locum habere debent: quòd si enim Judex neminem punire debet, sed absolvere, si delictum, obquod Juris pœna decreta est, dubium, vel sufficienter cognitum non sit: multò minùs in foro conscientiæ aliquis seipsum condemnare & pœ-

nam in se exequi tenetur, v. g. abstinere à Sa
tanquam excommunicatus, suspensus, irregu
ris, donec delictum certum & exploratum
ut, si verè dubites, an homo ille Clericus
quem percussisti, quamvis temerè percuss
non sine suspicione vel formidine esse forte Cl
ricum? si tamen postea veritatem deprehe
dere non possis, non debes te excommunicatu
reputare: quia licèt constet de percussione, n
tamen constat de percussione Clerici, quæ
eâ censurâ punitur, *can. si quis suadente.* Simil
ter si quis etiam temerè & malâ fide sacrum O
dinem suscepit, dubitans v. g. utrùm ætatem r
quisitam habeat, an legitimè natus sit, an u
unica virgo accesserit, &c. si postea veritate
deprehendere non possit, non est censendus
regularis, ac suspensionis censuram incurris
quamvis sic temerè accedens & suspicans p
caret, & perseverante dubio, nisi necessitas u
geat, à sacro ministerio abstinere debeat, don
certior fiat, quamdiu nimirum certiorem fie
posse spes est. Ex communi Layman. *cit.* §. 4.
38. Sic tandem in casu nostro quomodolib
figurabili: sive dubiretur, an ex tua actione
cooperatione reverà abortus aliquis secutus
nec ne: sive constet abortum esse factum, dub
tetur autem invincibiliter, fueritne fœtus
animatus nec ne: sive etiam constet fuisse a
matum, dubitetur autem similiter, an reipsà
vi tuæ actionis vel cooperationis, jussionis, co
silii, medii applicati causatus fuerit, an alium
secut

securè censeas, te liberum esse ab excommunicatione, aliisque pœnis tam Constitutionis Sixtinæ, quàm Juris communis *sect.* 2. explicatis: semper enim dubitas, an comiseris delictum illud, propter quod decreta est ejusmodi pœna. Excipe tamen id ipsum, quod *n.* 752. *num. IV.* exceptum est.

Et hactenus de Matrimonio, & annexis, ac de fœdo *Abortu*, ad pulchram tamenDEI Gloriam, ut sit & maneat

ABORTU
Solis usque ad Occasum
LAUDABILE NOMEN DOMINI.



IN.

INDEX.

Rerum notabilium in hac IV. Parte contentarum.

Numerus paginam demonstrat.

A.

ABortus quid? 695. quando censendus sit animatus, vel inanimatus? 696.

Abortum procurare quid? 696.

Summa constitutionis *Sixti V.* pœnalis in procurantes abortum 697; Ejus moderatio à *Gregorio XIV.* 699.

Abortum fœtûs etiam *inanimati* procurare est intrinsecè mortaliter malum. 700. seq. refertur opinio aliquando licere scil. ad servandam vitam prægnantis 702. sed statuitur Sententia vera, licere nunquam. 703. sed solvuntur fundamenta opposita. 705. seq.

Abortum fœtûs nondum animati procurantes non incurrunt pœnas, scil. irregularitatem, & excommunicationem. 707. seq.

An, & qualiter liceat procurare indirectè abortum fœtûs nondum animati 709. seq.

Abortum fœtûs *animati* directè procurare semper est intrinsecè malum, & mortale homicidium. 710. seq.

An, si certò vel probabiliter mater cum fœtu periclitetur, liceat ei dare, & sumere medicinam? 712. seq.

Omnis quovis modo abortum fœtûs animati directè procurans, omnisque scienter cooperans, effectu secuto, incurrit ipso facto irregularitatem. 715. seq (quis in ea possit dispensare? 716. seq. (ac etiam excommunicationem. 719. à qua tamen excusat omnis ignorantia *juris* vel *facti*, etiam culpabilis, lata, crassa, supina, imò & affectata. 720. Quis ab ea possit absolvere? 721. seq. Pœnæ reliquæ. 725. seq.

Abortum fœtûs animati etiam moraliter causantes, vel influentes, jussu, consilio, consensu, &c. contrahunt omnes pœnas statutas. 728. Ut I. *Mandans.* 730. nisi mandatum ante seriò revocaverit 731. seq. II. *Consulens*, 733. probabile

biliter etiam facta revocatione. 734. seq. sed æquè probabiliter facta sufficienti revocatione non incurrit. 736. seq. III. *Consentiens, approbans*, ratum habens *suo nomine* fieri. 739. Secùs, si non fiat ejus nomine. 740. seq. IV. *Permittens*, non *impediens* non incurrit pœnas 742. seq. etiam obligatus ex justitia impedire. 745.

Abortus casualis quid? 747. quando & quale peccatum. 748. An pœnas incurrat dans operam rei licitæ? 749. vel rei illicitæ? 750. seq. Quid de abortu vel homicidio ex errore. 761. vel dubiè causato? 763. seq.

Adulter jus petendi debitum non amittit simpliciter, ut nec validè, nec licitè petere possit, sed solùm sic, ut non possit obligatoriè petere. 497. Unde tamdiu jure petere potest, quamdiu innocens propter ignorantiam, vel sponte sua nihil excipiens reddere paratus est. *ibid.* seq.

Adulterium quid, & quotuplex? 511.

Adulterium mentale tantùm, morosa delectatione, desiderio, &c. quale & quotuplex peccatum. 512. & qualiter in confessione explicandum? 513. seq.

Adulterium formale tantùm quale peccatum? 515. seq.

Adulterium reale peccatum mortale gravissimum. 517. multiplicis malitiæ 518. & maximorum damnorum causa. 519. seq. meritò gravissimas trahens pœnas. 520.

Ex adulterio quid restituendũ? f. 521. seq. I. pro injuria. 528. II. pro infamia vel dedecore. 526. III. pro damno temporali. 527. IV. pro sumptibus Hospitalis, si infans eò tradatur alenda. 527. seq.

Adulter obligatur ad restitutionem pro damnis marito & liberis legitimis. 528 utpote pro infamia, & alimento prolis sive suaserit. f. 529. sive non suaserit eam marito supponi. 531.

Adulter, in dubio sitne proles sua, nec ne, probabiliter adhuc obligatur pro rata dubii. 533. sed æque probabiliter ad nihil obligatur. 535 Si duo vel plures cum eadem eodem tempore adulterium commiserint, nata prole, in dubio cujus sit, ad quid teneantur? 537. seq.

Adultera obligatur per se ad restitutionem. 539. omnium damnorum ex adulterio per se consequentium marito ac filiis legitimis. 541. seq. omni modo, commodo, moraliter possibili. 544. Non tamen tenetur regulariter ad ea damna aver-

avertenda ſuum crimen manifeſtare marito, velprolis ſpu-
545.
An & quando filius teneatur credere marti aſſerenti ipſum e
ſpurium? 548.
Adultera non tenetur manifeſtare ſuum crimen, & prolis illeg
timationem. I. Quando ipſa compenſat. 551. ſeq. II.
quando præſumit id nolle alios. 552. III. quando nihil p
derit. 553. ſeq. IV. nec cum periculo vitæ. 555. ſeq. V.
vel infamiæ ſuæ majoris. 557. ſeq. VI. aut cum detrim
to propriæ famæ. 559. ſeq. His verò ceſſantibus tenet
560. ſeq. ſolvuntur fundamenta contraria. 561. ſeq.
Affinitas quid, & quotuplex? 78. ex qua copula, & quan
oriatur. 79. Reſolvuntur varia. 80. ſeq.
Qualis affinitas dirimat matrimonium? ſeq. quousque, 85.
quo jure? 86. eſt impedimentum perpetuum. 86. ſolvi
dubium. 87.
Affinitas matrimonio ſuperveniens, ſeu quis & quo gra
contrahat impedimentū perendi debitum? 88. ſeq.
Aſſiſtentia Parochi, & teſtium. 337. qualis Parochus *ibid.*
quis nomine Parochi proprii intelligatur? 339. ſeq. quis
ejus licentia poſſit aſſiſtere? 343. quæ licentia cenſeatur
id ſufficere? 344. ſeq. quales requirantur teſtes? 347.
cenſeantur teſtes idonei? 348. ſeq.
Qualis requiratur Parochi & teſtium præſentia? 549. ſeq.
ceſſe non eſt, ut adſint voluntariè, 351. aut ad id rog
modò intelligant, quid agatur 352. etſi Parochus n
loquatur, *ibid.*

C.

CAuſæ ſufficientes ſolvendi ſponſalia. 216. vide *Sponſa*
Cauſæ cooperantes moraliter ad abortum, mandans, co
ſulens, &c. 728. ſeq.
Clandeſtinitas. 36. Matrimonium ſine Parocho & teſtib
nullum eſt. ex Decreto Tridentini. 36. ſeq. quod obligat ſo
lùm in locis Catholicorum, ubi promulgatum eſt 37. ſeq
unde Catholici validè contrahunt coram Prædicante, u
promulgatum non eſt, vel ubi non adſunt Paſtores Ca
tholici. 38. Quid de locis, ubi Catholici permixti
cùm hæreticis? 38. An ſi ſponſi in ſponſalibus præſen
Par-

Parocho & testibus, utantur verbis de præsenti, sit matrimonium ratum; 39.
Concubinatus quid? 574.
Conditio servilis ignorata dirimit matrimonium. 15. quo jure? 16. Non dirimit, si hæc conditio à libero contrahente sciatur, 17.
Conjugum obligationes, & de eorum peccatis. 447. seq. Nec petere, nec reddere possunt, sive utraque. 450. sive una tantùm pars. 451. physicè vel moraliter certò sciat matrimonium esse nullum. 453. Quid in dubio? 454. seq.
An reddere & petere possit habens impedimentum impediens tantùm? 466. v. g. votum continentiæ ante *ibid.* vel post nuptias, vel etiam matrimonium jam consummatum editum. 457. seq.
Qualiter privet jure petendi, impedimentum matrimonio superveniens; 460. v. g. affinitas ex incestu cum consanguinea uxoris. *ibid.* vel cognatio spiritualis ex Baptismo. 461. aut professio Religionis, vel susceptio Sacri Ordinis? 462.
Tria Confessariis valde notanda circa impeditos vel privatos jure petendi. 462.
An, & quando copula inter tales habita contrahat specialem malitiam? 463. seq.
Conjuges licitè utuntur matrimonio ad finem generationis. 465. & ad vitandam incontinentiam. 466. ex mera verò libidine & voluptate utentes peccant venialiter. 467. Quis modus servandus in usu conjugij. 468. seq. Quo loco & tempore licitè fiat? 475. seq. Quæ accessoria & dispositiva licita sint in ipso usu. 478. Quando mortaliter excedant per actus & tactus impudicos? 479. per copulam sodomiticam. 480. innaturalem. 481. se invicem polluendo. 482. Delectando, vel tangendo cum periculo pollutionis. 483. Quando tactus, amplexus, &c. inter conjuges sint, vel non sint peccatum? 485. seq. & an eis liceant etiam, dum copula est ab extrinseco impedita, interdicta, vel illicita? 488. An & qualiter eis licita sit delectatio morosa venerea sensibilis ex copula tantùm cogitata, impedita, vel altero absente? 490. seq
Conjux obligatur sub mortali reddere debitum. 492. I. Conjugi petenti *seriò*. 494. II. petenti *justè*. 495. Quando pos-

sit justè negati? 596, III. ac petenti *rationabiliter* scil, cui usu & moderamine rectæ rationis 500. unde non tenetur reddere petenti in ebrietate, furore, amentia. 500. seq. vel quoties timet periculum mortis, aut gravis morbi. 501. seq. vel periculum mortis, abortûs, nocumenti vel monstruositatis ipsius prolis. 504. An liceat negare, ne proles multiplicentur? 505. seq. IV. Petenti *licitè*. 508. quando petatur illicitè? 509. seq.

Cognatio legalis quid, quotuplex, & inter quos dirimat matrimonium? 90. seq.

Cognatio spiritualis quid & quotuplex? 92. qualis; & quo jure dirimat matrimonium? 93. seq. Quis baptizans eam contrahat. 95. & qualis patrinus eam contrahat 97. Resolvuntur varia, 98. seq. ut contrabatur, requiritur contractus physicus infantis. 100. potest tamen quis fieri patrinus per procuratorem, vel legatum. 101. Resolvuntur varia 102.

Consanguinitas quid? 70. explicantur ejus lineæ. 71. seq. quousque, & quo jure dirimat matrimonium 74. seq.

Consensus ad sponsalia. 175. seq. & ad matrimonium, quis requiratur & esse debeat? 265. & 274. seq. vide *Matrimonium*.

Consensus matrimonij conditionatus. 295.

Crimen matrimonij impedimentum est quadruplex. 103. seq.

I. Homicidium solum, si quis occidit uxorem suam, vel maritum alterius. 104. seq. ex prævia conspiratione. 105. & intentione contrahendi matrimonium cum illa vel illo 106. seq. Exempla. 108.

II. Homicidium cum adulterio jam prius cum alia commisso, factum cum intentione postea cum ea contrahendi 109. seq.

III. Adulterium solum cum promissione matrimonij de futuro. 111. seq. sive dein adulterium sit commissum ante vel post promissionem. 112. seq. debent tamen ambo, promissio & adulterium fuisse facta vivente eodem conjuge. 113. debétque illa promissio utrinque esse seria, acceptata & absoluta. 114. ac adulterium verum formale, & perfectum. 115.

IV. Adulterium solum cum alio matrimonio contracto, 116. seq.

seq. Quo jure sit inductum hoc impedimentum? 118. seq.
Cultûs disparitas impedimentum matrimonium dirimens. 120. unde nullum est matrimonium fidelis cum infideli, seu non baptizato. 121. seq.
Valida autem sunt matrimonia Catholicorum cum hæreticis regulariter 112. illicita tamen mortaliter per se loquendo. 123. & prorsùs impia cum pacto relinquendi partem prolium in fide hæretica. 124. seq.

D.

Dilectatio morosa. 669. ex aspectu turpium. 673. seq. ex tactibus, osculis, amplexibus. 676.
Delectatio *venerea*, & *sensibilis* quid? 683. Venerea voluntariè habita semper est peccatum mortale. 684. *Sensibilis* tantùm, per se solùm veniale 685. per accidens tamen sæpissimè mortale. *ibid.* seq. Imò semper mortale circa objectum per se turpe & obscœnum. 686.
In re venerea deliberatè & directè intenta non datur parvitas materiæ. 688. bene verò in re venerea indirectè tantùm voluntaria. 690. seq. Resolvuntur casus varij. 692. An & quale peccatum osculari, tangere pueros ex amore teneræ infantilis ætatis. *ibid.* aspectus inter simul balneantes, &c. *ibid.* seq. aspectus & tactus inter choreas. 639. cantare, legere, dicere turpia. *ibid.* Mittere litteras amatorias. n. 693. seq. aspicere animalia coeuntia &c. 694.
Distillatio & commotio libidinosa. 663. & non libidinosa, qualia peccata? 664. seq.

E.

Error circa personam jure naturæ irritat matrimonium. 8. non tamen circa qualitates personæ. 10. nisi talis qualitas sit per se intenta actu, vel virtute. 11. aut nisi error circa qualitatem redundet in ipsam personam. 13. quando sic censeatur redundare? *ibid.* & 14.

F.

Filij familias validè contrahunt matrimonium. 194. & sponsalia inscijs, vel invitis parentibus. 196. peccant tamen communiter. 198. etiam graviter, si cum indignis sic contrahant. 200.
Filius an, & quando teneatur credere matri asserenti, ipsum esse spurium? 548.

Fornicatio ſimplex quid 565. eſt peccatum mortale, 566. ex natura ſua intrinſecè. *ibid.* ſeq. indiſpenſabiliter. 567. ſeq. excuſabiliter tamen per ignorantiam invincibilem. 568.

Specialia ex parte ipſius actus explicandi in confeſſione. 569. ut ſi non ſervatur debitus modus, vel ſitus *ibid.* ſeq. Si copula ſolum inchoata non tamen abſoluta, licitè poteſt, & debet abrumpi etiam cum effuſione ſeminis extra vas. 570. ſeq.

Fornicatio cum infideli eſt ſpeciale peccatum contra Religionem. 571. ſeq.

Fornicatio ex parte viri an ſit gravius & ſpeciale peccatum? 572.

Specialia ex parte virginis. 575. an prima vice peccans committat ſpeciales malitias, vel innocentias. 576. & qualiter deinde peccet amiſſam virginitatem futuro marito celans. 576. ſeq.

An, & quando Virgo vel quævis fœmina pro uſu corporis licitè poſſit recipere mercedem? 577. ſeq. Quid ſi virgo fictè promittens hunc uſum, pretium vel munera recipiat? 578. ſeq.

Fornicator vel defloretor virginis cum promiſſione matrimonij, ſeu verâ. 591. ſeu fictâ, tenetur eam ducere. 592. niſi accedat alia juſta cauſa excuſans. 593. tenetur etiam non obſtante voto caſtitatis. 594. Quæ ſint cauſæ excuſantes, ut non teneatur ducere defloratam. 595. ſeq.

H.

HOneſtas publica quid? 58. quousq, dirimat matrimonium? 59. oritur ex ſponſalibus validis. 60. inter ſponſum & conſanguineas ſponſæ, ac viciſſim, in gradu primo, & non ultrà. 61. eſtque impedimentum perpetuum, nec ceſſat per mortem ſponſæ. 61. ſeq. Reſolvuntur varij caſus. 64. Oritur etiam ex matrimonio rato tantùm, nondum conſummato uſque ad quartum gradum incluſivè. 66. etiam ex tali matrimonio invalido. 66 Secus, ſi ſit invalidum ex defectu ipſius conſenſûs. 67. Reſolvuntur duo dubia. 68.

I.

IMpedimenta Matrimonii quæ, quot? 5.
Impedimentum 1. *Error.* 7. vide *Error.*

Impedimentum 2. *Conditio 5.* vide *Conditio.*
Impedimentum 3. *Vis* vel *Metus 18* vide *Metus.*
Impedimentum 4. *Raptus. 32.* vide *Raptus.*
Impedimentum 5. *Clandestinitas 36.* vide *Clandestinitas.*
Impedimentum 6. *Votum solemne. 4.* vide *Votum.*
Impedimentum 7. *Ordo Sacer. 44.* vide *Ordo.*
Impedimentum 8. *Ligamen. 51.* vide *Ligamen.*
Impedimentum 9. *Publica honestas. 58.* vide *Honestas publica.*
Impedimentum 10 *Consanguinitas. 69.* vide *Consanguinitas.*
Impedimentum 11. *Affinitas. 78* vide *Affinitas.*
Impedimentum 12. *Cognatio. 90.* vide *Cognatio.*
Impedimentum 13. *Crimen. 103.* vide *Crimen.*
Impedimentum 14. *Cultus disparitas. 121.* vide *Cultus dispar.*
Impedimentum 15. *Impotentia. 127.*
Impotentia coeundi. 127. quando censeatur adesse & unde oriatur? 129. si perpetua sit & incurabilis licitè, ac antecedens. 132. dirimit matrimonium contrahendum tantùm 134. Quid in dubio, an sit perpetua, nec ne? 135.
Impotentia superveniens non dissolvit matrimonium semel contractum. 136.
Nulla impotentia temporalis tantùm. etiam antecedens dirimit matrimonium. 137. Casus. 138.
Impotentia ætatis jure naturæ dirimit solùm inter contrahentes ante sufficientem usum rationis. 139. jure verò Ecclesiastico dirimit inter impuberes, masculum scil. ante 14. & fœmellam ante 12. annum impletum. 139. seq. nisi malitia suppleat ætatem. 140.
Impotentia sexus mixti, seu matrimonia hermaphroditorum. 141. Ponuntur quatuor casus. 142. seq
Impedimenta impedientia tantùm sunt *votum.* 145. Interdictum. 149. Feriæ. 150. & Sponsalia. 151. Crimen 152. qualiter hæc impediant matrimonium.
Impudicitia *cordis* quid & quale peccatum? 667. seq. utpote I. Cogitationes impuræ n. 668. II. Delectatio morosa. 669. consensus impudicus. 670.
Impudicitia *oris*, turpia loqui, cantare, legere. 671. & audire. quando & quale peccatum? 672.
Impudicitia *aspectus.* 673. Aspectus turpium potest esse mortaliter illicitus I. ex objecto. 673. II. ex intentione aspi-

cientis. 674. & III. ex periculo prævisо. 675. his sectis aspectus est solùm venialе. *ibid.* seq.

Impudicitia *tactûs*. ut oscula, amplexus, &c. possunt esse mortale tripliciter 676. I. Ex ipso objecto. 677. II. Ex intentione. 677. seq. & III. Ex periculo animadversо. 678.

An, quando, & quale peccatum tactus, oscula, amplexus, I. *honestatis? 680.* II. *Necessitatis ibid.* seq. III. *curiositatis*, vel *lebitatis? 681.* Et IV. *Voluptatis* & *delectationis* gratiâ 682. ubi, quid delectatio *venerea*, & *sensibilis? 683.*

Incestus quid? 603, quæ ejus malitia? 604. Probabiliter omnes incestus sive inter consanguineos, sive affines, in quocunque gradu, vel linea, sunt ejusdem speciei. 605.

In incestu inter consanguineos explicandus est primus & secundus gradus. 608. seq. inter affines primus. 609.

Incestûs in cognatione legali, & spirituali gradus quotuplex? 610. Quale peccatum? 611.

Indissolubilitas, & dissolubilitas matrimonii. 361. seq. vide *Matrim.*

L.

Ligamen seu vinculum matrimonii cum conjuge adhuc vivente dirimit matrimonium jure naturali & divino cum quovis alio contrahendum. 51. Unde neuter conjux ad secundas nuptias transire potest, nisi habitâ notitiâ moralitèr certâ de morte alterius. 51. seq. quanta notitia requiratur in foro externo? 52. & quæ sufficiat in foro interno. 53. seqq. Casus 56. Corollaria. 57.

M.

Matrimonium quid? 2. quotuplex? 3.

Matrimonij impedimenta quæ & quot? 5. vide *impedimentum.*

Matrimonium dupliciter sumi potest, ut *contractus*, & ut *vinculum.*

Ad Matrimonium, ut *contractus* est, requiritur I. consensus *mutuus* obligatorius 268. seq. Qualis sufficiat, ut valide? 269. seq. & qualis, ut licitè contrahant? 272. seqq. II. *verus*, *serius*, *voluntarius*, & *liber*, 274. III. *Absolutus*, & *proprius*. contrahentium tantùm. 274. quem nemo. 275.

nisi Deus supplere potest. 276. nec requiritur consensus parentum, vel aliorum. 277. IV. *Externus* per verba, vel signa de præsenti expressus. 278. an necessariò per verba. 279. & quibus verbis, vel signis. 280. & quo ordine, qua simultate exprimi debeat. 281. seq. præsertim inter absentes. 283.

Quæ sint personæ habiles ad matrimonium contrahendum? 285. seq.

Nullum est matrimonium, si latenter subsit impedimentum dirimens. 286. valet verò, quando solùm dubitatur tale subesse, reverà tamen non subest. 287. quando autem certò putant subesse, esto non subsit, probabilius nullum est. 288.

Matrimonium etiam contrahi potest inter absentes per Epistolam. 289. vel per procuratorem. 290. quæ requirantur ex parte principalis contrahentis, & quæ ex parte Procuratoris? 291. seq.

Matrimonium sub conditione, præsertim de futuro, rarò permitti debet. 296. contractum sub conditione de præsenti vel præterito, statim valet, si conditio vera est, si conditio falsa. 297. seq. nec eo uti possunt, donec conditio existere cognoscatur. 298.

Matrimonium sub conditione de futuro honesta & possibili initum. 301. suspenditur usque ad conditionis eventum. 302. quâ positâ, statim perficitur, sine novo consensu. 303. & sine nova assistentia Parochi ac testium. 305. Exceptio. 306.

Conditio de futuro turpis vel impossibilis an, & quando irritet matrimonium? 307. seq. irritat conditio turpis repugnans substantiæ matrimonii. 311. ejúsque triplici bono, fidei, prolis, & Sacramenti. 312. seq.

Matrimonium contractum cum pacto nunquam generandi an valeat? 314. valet contractum cum intentione nunquam co utendi. 315. seq.

De Matrimonio rato, ut Sacramentum est, ejúsque solemnitate, & indissolubilitate. 318.

Matrimonium est Sacramentum. 319. à Christo institutum. 320. cum promissione gratiæ. 321. in lege Nova inter fideles.

les. 322. seq. Materia ejus sunt corpora, & forma, volu contrahentium. 324. seq. Ministri sunt ipsimet contrahentes. 329.

An ratio Sacramenti validè possit separari à contractu inter fideles per intentionem contrahentium? 332. seq. peccant mortaliter sic facientes. 335.

Ad Matrimonii valorem requiritur assistentia Parochi, & duorum, vel trium testium. 317. Qualis Parochus requiratur? 337. seq. aut hic intelligatur? 339. quis proprius Parochus esse intelligatur? 340. valida est assistentia, etsi Parochus sit interdictus, suspensus, excommunicatus, etiam nominatus. 341.

Quis alius de licentia Parochi possit assistere? 343. Quæ licentia ad id sufficiat, an etiam tacita, præsumpta? 344 vel etiam per vim, vel metum extorta? 345. Licentia Parochi etiam necessaria est Confessario pro copulando moribundo? 346.

Quales requirantur testes? 347. qui censeantur idonei & sufficientes? 348.

Qualis requiratur Parochi & testium præsentia? 349. seqq. necesse non est, ut adsint voluntariè. 351. aut ad id rogati, modò intelligant, quid agatur? 352.

Matrimonio præmittendæ sunt tres denuntiationes. 353. et præcepto tantùm. 354. conscius alicujus impedimenti inter sponsos tenetur illud manifestare sub mortali per se loquendo. 355. Qualiter, & cui id intimandum? 356. an etiam sponsus, vel sponsa teneantur manifestare? 357 solvitur casus. 358.

Matrimonii ut Sacramenti effectus est gratia sanctificans. 359. & triplex bonum essentiale matrimonii, fidei, prolis, & indissolubilitatis. 360.

Matrimonij indissolubilitas, & dissolubilitas. 361. seqq. Jure divino. 362. ac etiam naturæ. 363. saltem inchoativè, indissolubile est omne matrimonium, *legitimum, ratum, & consummatum*, 365. adeóque etiam Matrimonia Hæreticorum aut indissolubilia sunt, aut nulla. 367.

Matrimonium infidelium, etiam consummatum, solvitur per uniu convetsi & baptizati aliud matrimonium contractum, 368.

Ma

Matrimonium fidelium *ratum* tantùm solvitur per professionem Religionis. 370. etiam post multos annos. 372. (de privilegio primi bimestris. 373.) ac etiam per dispensationem Pontificis. 376. solvuntur fundamenta contraria. 377 seqq.

Matrimonium *consummatum* fidelium est simpliciter indissolubile. 380. quoad vinculum. 382. solubile tamen quoad thorum. 383. I. Per professionem Religionis, mutuo consensu, vel de licentia alterius factam. *ibid.* seq. II Per suscep-tionem Ordinis Sacri. 385. III. Per Votum simplex castitatis mutuo consensu emissum. 387. & IV. per electionem continentiæ. 387. seqq.

Matrimonium fictè contrahens peccat mortaliter. 404. & in foro externo compellitur ad verè contrahendum. 405. nisi adsit legitima exceptio. 406. Casus difficilis. 406. seq.

Matrimonium scienter contrahens cum impedimento quocunque, peccat mortaliter. 407. seq. peccato sacrilegij. 408. contra reverentiam Sacramenti. 410. secùs, si bona fide contrahant ignorantes impedimentum. 412. Quas pœnas incurrant scienter cum impedimento contrahentes? 413.

Matrimonium cum impedimento contractum aut dissolvendum, aut dispensandum est. 414 Instructiones Confessarijs valde notandæ. 415. seqq. an pœnitens habens impedimentum sit in bona fide. 416. seq. vel mala fide. 418. seq. si impedimentum sit dispensabile, quid faciendum Confessario? 420.

Matrimonium invalidum ex defectu consensûs tantùm, qualiter revalidandum? 422. seqq. an requiratur consensus novus unius tantùm? 424. internus tantùm, vel externus? 425. seqq.

Matrimonium invalidum ex aliquo impedimento revalidatur per dispensationem. 428. in quo jure ordinariò dispensat solus Pontifex. 429. Episcopus per accidens. *ibid.* quando? 430. seqq.

Quid agendum Confessario vel Parocho, si immediatè ante nuptias jam jam celebrandas in aliquo contrahente inveniat impedimentum occultum? 431. seq.

Habita dispensatione necessariò requiritur etiam novus con-

ſenſus. 431. ſeq. & quidem utriusque, internus & externus 434. ſeq.

An impedimentum & nullitas matrimonii debeat alteri parti manifeſtari? 435. ſeq. &

An requiratur nova ſolemnitas ſeu præſentia Parochi & teſtium? 440. una ſententia affirmat, 442. ſeq. altera negat 443. ſeq.

Matrimonii uſus. 447 ſeqq. vide *uſus* Conjuges.

Metus gravis injuſtè incuſſus ad extorquendum conſenſum matrimonij, irritat illud probabiliter jure naturæ, 18. certiſſimè irritat metus gravis abſolutè. 19. etiam gravis reſpectivè. 20. non tamen metus ſimpliciter levis, vel meté reverentialis. 21. niſi quandoque per accidens. 21. ſeq.

Metus gravis autem, ut irriter, debet eſſe *injuſtus* ſeu *injuſti* incuſſus. 22. ſeq. per ſe directè ad extorquendum ipſum matrimonii conſenſum. 24. in dubio, an metus fuerit injuſtè incuſſus, præſumendum eſt pro valore. 24. ſeq.

Metum talem incutiens peccato mortaliter. 25. alter verò venialiter tantum, ſi ſolùm fictè conſentiat. 26. imò nec venialiter, ſi ſolùm conſentiat in ipſum matrimonium ſine animo conſummandi 27. mortaliter verò, ſi ex tali metu contrahat cum intentione conſummandi, ſciens talé matrimonium eſſe nullum, 28. & exercendo actus carnales meté fornicatur. 28. nec per illos actus matrimonium tale ratificatur. 29. Qualiter peccet, qui contrahit ex tali metu irretitus inſuper alio impedimento dirimente? 29. ſeq

P.

De peccatis conjugum in uſu matrimonii. 447. vide *conjuges*.

Peccatum contra naturam quid & quotuplex? 625 ſeq Bestialitas. 626. Sodomia perfecta 627. imperfecta. 628. Mollities. 629. ejus diviſio. 630. Mollities qualificata ex parte objecti cogitati. 631. ex parte perſonæ pollutæ. 633. ex parte cooperantis vel complicis. 634. ſeqq. ex parte inſtrumenti adhibiti animati, inanimati. 639.

Pollutio quid? quotuplex? 630. Qualificata I. Ex parte *objecti cogitati* 631. ſeq. II. Ex parte *perſonæ pollutæ* 633. ſeq. III. Ex parte *cooperantis vel complicis*. 634. quæ, quanta peccata? quando & qualiter explicanda in confeſſione? 635.

si fiat tactibus alterius personæ? 636. seq. ratione peccati alieni. 637. si fiat cum puero doli incapace, cum fœmina, vel masculo dormiente, cum ebrio, vel bruto &c. 638. seq. IV. Ex parte *instrumenti* adhibiti *animati* si fiat alterius personæ manibus, inter ejus brachia, ubera, &c. 639. vel in ore alterius. 640. vel *inanimati*. 640. seq. ut si fiat cum fœmina mortua, vel statua fœminæ. 641.

Pollutio directè voluntaria semper est peccatum mortale. 642. nunquam licita quocunque casu. 643. seq. An liceat eam involuntariè ortam permittere? 644. seq. aut semen jam corruptum directè expellere? 646.

Poliutio indirectè tantùm voluntaria ex causa vel actione aliqua quando, & quale peccatum? 647. Mortalis est, si causa ejus prævisa est mortalis in genere luxuriæ. 650. ut sunt impuræ cogitationes, imaginationes, desideria, tactus, amplexus &. 650. seq. Si verò causa ejus est solùm venialis, etiam pollutio secuta, sed non intenta, secluso periculo consensûs tantùm venialis est. 651. seq.

Pollutio quale peccatum, si prævideatur secutura ex ebrietate, nimio cibo, potu? 652. seq. vel ex alia actione de se honesta & licita? 654. seq.

Quid de pollutione involuntaria in somnis facta? 657. si antecedenter directè sit voluntaria, intenta &c. 858. vel indirectè in causa posita. 659. aut postea voluntaria & complacita. 660. seq.

Pollutio in somnis cæpta, sed in vigilia completa. 661. seq.

Distillatio & commotio libidinosa. 663. & non libidinosa. 664. seq

R.

RAptus generatim quid? 32. ejus pœnæ, *ibid.* Ad raptum propriè dictum requiritur violentia. 33. illata ipsi puellæ, (non patenti, vel tutoti 34.) idq; in ordine ad matrimonium, 35. Non est impedimentum, si puella rapiat virum, 35.

Rapiens puellam non pro se, sed pro alio, incurrit pœnas, non tamen impedimentum. 35. seq.

Raptus propriè quid? 598. culpa & pœna raptoris. 599.

Specialia quoad fœminam raptam, vel vi oppressam, 600. seq.

Re-

Restitutio ex adulterio debita. 521. seq. quid restituendum pro injuria. 523. II. pro infamia, vel dedecore? 526. III. pro damno temporali? 527. pro sumptibus hospitalis? ibid. seq. vide *adulter*.

S.

SAcrilegium carnale *personale* quid? 613, ejus tres gradus. 614. Habens plura vota castitatis, contra ea peccando committit unum tantùm peccatum. 615. seq. Nec probabilissime in confessione explicare tenetur votum solemne. 617. seq.
Sacrilegium *locale* ubi, & quando committatur? 618. seq.
Quando committatur sacrilegium carnale quoad res Sacras eas adhibendo ad peccatum carnale? 620.
Sacrilegium sollicitationis in confessione. 621. seq. Hujus pœnæ gravissimæ. 622. seq.
Sodomia perfecta quid? 627. quid imperfecta, & quale peccatum? 628.
Sollicitatio in confessione. 621. ejus pœnæ gravissimæ. 622. seq.
Sponsalia quid? 154. sunt essentialiter promissio mutua. 155. acceptata. 156. cum repromissione. 157. ac vera, & seria cum animo promittendi. 159. seq. & se obligandi. 161. ac implendi. 162.
Quid in dubio, an quis verè vel fictè promiserit sponsalia? 163.
Quàm voluntaria & deliberata? 163. seq. & quàm libera esse debeat promissio sponsaliorum? 167. seq.
Quando, & qualis ignorantia, error, vel deceptio, seu dolus irriter sponsalia? 169.
Quando, & qualis metus ea irritet? 171. seq.
Consensus in sponsalibus debet verbis, vel aliquo signo externo exprimi. 175. seq. quæ verba requirantur, & sufficiant? 176. seq. qualiter verba contrahentium debeant intelligi. 177. seq. verba certò sponsalia. 179. & certò matrimonium significantia. 180. seq. examinantur verba dubia. 183. seq.
Quænam alia signa sufficiant, & arguant sponsalia? 185. seq.
Quænam personæ sint habiles ad sponsalia. 187. quæ inhabiles naturaliter? 188. Quæ requiratur & sufficiat ætas? 189. seq.
Sponsalia invalida sunt inter adstrictos impedimentis matrimonij.

monii. 192. seq. tam matrimonium. 194. quàm sponsalia validè contrahunt filijfamilias insciis, vel invitis patentibus. 196. peccant tamen communiter. 198. etiam graviter, si cum indignis sic contrahant. 200.

Sponsalia fieri possunt sub conditione honesta de futuro. 202. quæ licèt inducant obligationem suspensam. 203. habent tamen vim irritandi alia sponsalia postea inita cum alia. 204. & conditione impleta, statim transeunt in absoluta. 205. seq.

Sponsalia sub conditione; *si Papa dispensaverit* in impedimento, qualiter & quandò valeant? 207. Item facta sub conditione: *si Pater consenserit?* 210. ac sub conditione impossibili, vel turpi? 212. seq.

Sponsalia quis dispensare, vel solvere possit? 217. seq.

Sponsalia solvuntur I. *Mutuo consensu* 219. etiam jurata. 220. saltem validè, non tamen semper licitè. 221 II. *Recessu* unius à sponsalibus. 223. III. *Dilatione nimia* matrimonii ultra tempus, vel terminum præfixum. 224. quid si nullus præfixus sit? 226. IV. *Absentiâ sponsi*, quæ, & quando censetur illa solvere? 226. seq. V. *Religionis ingressu*. vel *professione* 229 seq VI *Voto* Religionis ingrediendæ. 233. seq. VII. *Ordine Sacro*, ejúsque *voto* 235 seq VIII. *Voto simplici* castitatis seu continentiæ perpetuæ. 237. Quod tamen probabilius invitâ alterâ parte, nec licitè emittitur, nec solvit sponsalia. 238. seq estò non omninò invalidum sit tale votum. 239. seq. IX. *Matrimonio alio contracto* contra priora sponsalia 242. quod tamen probabiliter illa non omninò extinguit. 243. Sponsalia priora legitimè contracta non dissolvuntur per alia sponsalia sequentia cum alia 245. licet hæc posteriora fint publicè celebrata. 246. habeántque copulam annexam 246. ac sint juramento firmata. 248. X. *Fornicatione* sponsi vel sponsæ. 249. etiam, si sponsa vi oppressa sit. 250. vel oscula, amplexus, & tactus impudicos admittat ab alio; non tamen econtra. 251. seq.

Impedimentum supervenies, quando & qualiter solvat sponsalia. 252. seq.

Item aliæ mutationes notabiles particulares factæ, vel patefactæ quando solvant. 255. V. G. in bonis animæ. 257 in bonis

bonis corporis. 258. in bonis fortunæ. 259 etsi jam aut sponsalia extiterint, vel post primùm patefiant. 261. casus varij. 262. seq.

Sponsorum obligationes & peccata. 388. seq.

Sponsus vel Sponsa promittens sponsalia fictè. 389 vel fraudulenter. peccat mortaliter. 390. non tamen obligatur *ibid.* per se loquendo, & in conscientia. 391.

Qui verò ritè contraxit sponsalia, tenetur sub mortali ad contrahendum matrimonium. 392. tempore ab ipsis præscripto. 393 Ad quod centuris cogi potest & debet injustè resilire volens. 394.

Sponsi cum alijs peccant gravius cæteris. 396. non quidem est adulterium, *ibid.* tamen circumstantia speciem mutans in confessione explicanda. 397. seq.

Cum se invicem autem peccant levius. 398. mortaliter tamen exercendo copulam. 399. vel morosè delectando de ea ut præsenti sensibiliter. 399. seq. aut tactibus valde impudicis. 400. non item, si tactus non sint ita impudici. 401.

Stuprum quid? 581. ejus malitia est duplex cum onere restitutionis *ibid.* seq. si fiat cum virgine invita. 582. Imò probabiliter etiam, si fiat cum virgine consentiente. 583. Probabilius tamen cum tali est solùm simplex fornicatio. 584.

Stuprator virginis consentientis ad nullam restitutionem obligatur per se loquendo. 585. etiam in dubio, an virgo consenserit, nec ne. 586. aut si nullum aliud damnum passa sit. *ibid.* seq. vel non amplius fuit virgo. 587.

Stuprator virginis invitæ sine promissione matrimonii, tenetur illam ducere vel dotare. 588. si non possit pecuniâ compensare, tenetur eam ducere? 589. Quid si ipsa nolit? *ibid.* seq. Quid si procus eam solùm sit violenter osculatus, vel tetigerit cum infamia, vel damno? 590.

V.

An Virgo prima vice fornicando committat malitias vel indecentias speciales? 576. An & quando virgo vel quævis fœmina pro usu corporis possit recipere mercedem? 577. Quid si virgo fictè promittens hunc usum pretium vel munera acceperit? 578. seq.

Votum *solemne* castitatis dimittit matrimonium contrahendum

dum. 41. jure Ecclesiastico tantùm. 42. seq. ac eodem jure solvit matrimonium ratum tantùm. 44.
Votum *simplex* castitatis non dirimit. 44. sed est impedimentum impediens tantùm. 145. seq. éstque quadruplex. scil. votum Castitatis integræ; Religionis ingrediendæ. & profitendæ; suscipiendi SS. Ordines. & Cœlibatûs 146. seq. debent tamen esse vota perfecta. 148.
An & quando peccet contrahens contra tale votum matrimonium conditionatum tantùm. 149.

FINIS.




R. P. SPORER
THEOLOGIA
SACRAMENTA.